הָמָה Hama. tumultuari. sonare. conturbare. rugire. 1. Re. Personare. Tumultuari. 4. Et personuit terra. 3. Reg. 1. Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis. Et in eodem. Et insonuit ciuitas. Prouer. 20. Luxuriosa res vinum & tumultuosa ebrietas. Sonare. Ps. 45. sonuerũt & turbate sunt aque eorum. Ps. 82. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Esa. 16. Super hoc venter meus ad moab quasi cithara sonabit. Et in eodem. 17. Et multitudo maris sonantis. Pro quo hebrei legunt. Vt sonitus maris sonabunt. Hiere. 6. Vox eius quasi mare sonabit Et in eodem. 31. Qui conturbat mare & sonant fluctus eius. Et in eodem. 48. Cor meum ad moab quasi tibia eris sonabit. Et in eodem. 51. & sonabunt fluctus eorum quasi aque multe. cõturbare. Ponitur etiam pro conturbare. vt Ps. 45. Conturbate sunt gentes. Ps. 54. Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum. Ps. 76. Memor fui dei & delectatus sum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Recordans dei conturbabar. Hiere. 31. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum. Ezech. 7. Quasi columbe in conuallibus omnes trepidi. idest conturbati. Ponitur etiam pro latrare. Ps. 58. Et famem patientur vt canes. Pro quo beatus hieronymus in Latrare. psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et latrẽt vt Rugire. canes. Ponitur etiam pro rugire. vt Esa. 51. Et rugiemus q̃ si vrsi omnes. vide etiam supra in dictione הִים Him. & inde הֹמְיָה Homia. idest tumultuosa vel sonans: aut conturbata. Pro quo beatus hieronymus transtulit frequens. vt Esa. 22. Vrbs frequens ciuitas exultans. & inde הֲמִיָּה Hemia. i. sonitus. Esa. 17. Concidit cadauer tuũ. Pro quo hebrei legunt. Sonitus organorum tuorum. scilicet detractus est ad inferos. sed propter equiuocationem dictionum potest etiam legi sicut beatus hieronymus transtulit. Inde הָמוֹן Hamon. idest tumultus. sonit9. multitudo. populus. diuitie. 1. Reg. 4. Quis est hic sonitus tumultus huius. Et in eodem 14. Tumultus magnus exortus est. Hiere. 46. Ecce ego visitabo super tumultum alexandrie. Amos. 5. Aufer a me tumultum carminum tuorum. Ezech. 17. Nec ex sonitu eorum. significat etiam multitudinem siue populum. vt Geñ 17. Quia pater multarum gentium constitui te. 3. Reg. 18. Quia sonus multe pluuie est. Et. 4. Reg. 7. Quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine israel. 2. Paralip. 20. Venit contra te multitudo magna. Et in eodem. Nolite timere neq; paueatis hanc multitudinem. Esa. 13. Vox multitudinis in montibus. Et in eodem. 16. Et auferetur gloria moab super omni populo multo. Et in eodem. 17. Ve multitudini populorum multorum. Hiere. 5. Vere mendaces erãt colles & multitudo montium. Ezech. 32. Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem egypti. Et in eodem. Deficiam multitudinem tuam. Et in eodem. Et attraxerunt eam & omnes populos eius. Et in eodem. 39. Et vocabitur vallis multitudinis gog. & scribitur in plurali הֲמוֹנִים Hamonim. idest populi. Ioel. 3. Populi populi in valle concisionis. Et inde dicitur הֲמוֹנָה Hamona. nomen proprium ciuitatis in qua sepelienda erat multitudo Gog vt Ezech. 39. Nomen autem ciuitatis Hamona & mundabunt terrã. Ponitur ẽt הָמוֹן Hamon. pro diuitiis: vel pro multitudine diuitiarum. Ps. 36. Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Eccls. 5. Qui amat diuitias. Ponitur etiam pro angelo. Esa. 33. A voce angeli fugerunt populi. Sed beatus hieronymus in explanationibus Esaie super predicto loco sic ait. A voce enim angeli quem symmachus ita vt in hebreo scriptum est transtulit Hamon quem hebrei gabrielem autumant & habere etymologiam populi. Inuenitur etiam אָמוֹן Amon cum aleph in principio loco he: & significat populum vel multitudinẽ. Hiere. 52. Et ceteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militie.

הֲמוּלָה Hamula. loquela. vociferatio. sonitus. Hiere. 11. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea. Ezech. 1. Quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. Pro quo hebrei legunt. sonus siue vox vociferationis vel loquele vt sonus castrorum. scilicet erat. Et dicunt aliqui hebrei q̃ littera he que ponitur in principio non est de substantia dictionis: sed est littera articularis: vt supra in principio huius littere dictum est. & dicunt q̃ idem significat quod מִלָּה Milla. idest verbum vel sermo aut loquela. sicut infra dicetur.

הָמַן Haman. multiplicari. aut superare: scilicet multitudine. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestri sunt. Et inde dicunt aliqui q̃ deriuatur הָמוֹן Hamon idest multitudo. Populus. tumultus. sonitus. de quo vide supra in dictione הָמָה Hama.

הָמַס Hamas. Tabescere. contabescere. Esa. 64. Sicut exustio ignis tabescerent. Hebrei tamen dicunt q̃ significat arefacere. Vnde in predicto loco ipsi legunt. sicut exustio ignis arefacti. scilicet sunt: vel essent. Nam ponitur ibi הֲמָסִים Hamasim in numero plurali. Alii vero dicunt q̃ deriuatur a dictione מָסַס Masas. que significat tabescere. vt Ps. 67. Sicut fluit cera a facie ignis. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem. transtulit. Sicut tabescit cera a facie ignis.

הָמַר Hamar. fouea. Et scribitur cum mem in principio: & in numero plurali. scilicet מַהֲמַרוֹת Mahamoroth. vt Ps. 139. In miseriis non subsistent. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit in foueas vt non resurgant. & solum inuenitur in predicto loco.

ה

הֵן Hen. Ecce. en. Aduerbium demonstratiuum. vt Geñ. 3. Ecce adam quasi vnus ex nobis factus est. Et in eodem. 4. Ecce eiicies me hodie a facie terre. Et in eodem. 11. Ecce vnus est populus. Et in eodem. 30. Gratum habeo quod petis. Pro quo hebrei legunt. Ecce siue en iam esset secundum verbum tuum. Deut. 10. En domini dei tui celum est. Iob. 33. Ecce & me sicut & te fecit deus. Et in eodem. quia querelas in me reperit. Pro quo hebrei legunt. Ecce querelas siue occasiones in me reperit. Et in eodem. Hoc est ergo in q̃ non es iustificat9. Et in eo. Ecce hec oĩa operatus est deus. Ps. 50. Ecce. n. in iniquitatib9 cõcept9 sũ. et i eo.

כִּי Ecce enim veritatem dilexisti. Ponitur etiam הֵן Hen. pro si vt Exo.8. quod si mactauerimus ea que colũt egyptii corã eis lapidibus nos obruent. Iob.13. Etiã si occiderit me in ipso sperabo. Hiere.2. Et videte si factũ est huiusce modi. Itẽ. הֵן Hen. pronomen est tertie persone pluralis numeri femi nini generis. Nu.27. Et ei in hereditatem succedant. Pro quo hebrei legunt. Et transire facies hereditatẽ patris earũ ad eas vel ad ipsas. Et aliquando accipitur in genere masculino. Ruth.1. Si eos expectare velitis donec crescant. De q̃ vide supra in dictione הֵם Hem.

Si

Ipse.

הִנֵּה Hine. ecce. en. sicut dictio precedens. vt Gen̄.1. Ecce dedi vobis omnem herbam. Et in eodem.12. Ecce cõiux tua. Et in eo.18. Ecce in tabernaculo est. & in eo.22. Ecce inquit ignis & ligna. Et in eo.24. En rebeca coram te est. Et in eo.28. Et ero custos tuus quocunq; perrexeris. Pro quo he.le. Ecce ego tecum & custodiam te vbicunq; p rexeris. Et cõponitur cũ pronominibus hoc modo. ſ. הִנֵּנִי Hinéni. i. ecce ego. Gen̄.6. Ecce ego adducã diluuii aquas super terram. Esa.65. Dixi ecce ego ecce ego. הִנְּךָ Hinecha siue הִנָּךְ Hinach. idest ecce tu. vt Gen̄.16. Ecce ait concepisti. Pro quo he.le. Ecce ait tu concepisti. Deut.31. Ecce tu dormies cum patribus tuis. הִנּוֹ Hino. i. ecce ille: siue ecce ipse. vt Iob.2. Ecce in manu tua est. Pro quo he.le. Ecce ille ĩ manu tua. ſ. est. הִנֵּנוּ Hinénu. idest ecce nos. vt Gen̄.14. En omnes nos serui sumus domini mei. Ios.9. Nunc autem in manu tua sumus. Pro quo hebrei legunt. Nunc autem ecce nos in manu tua. ſ. sumus. 2.Reg.5. Ecce nos os tuum & caro tua sumus. Hiere.3. Ecce nos venimus ad te. הִנָּכֶם Hinechem. idest ecce vos. הִנָּם Hinam idest ecce illi. Et quando componitur cum pronomine prime persone vel tertie aut per se positum ponitur aliquando pro hoc verbo adsum siue paratus sum. aut presto sum. vt Gen̄.22. At ille respondit adsum. Et in eodem. Quid vis fili. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego fili mi siue adsum fili mi. Et in eodẽ. 27. Audio: quis es tu fili mi. Pro quo hebrei legunt. Ecce ego siue adsum: quis es tu fili mi. Et in eodem.37. Quo respondente presto sum ait. Nu.14. Parati sumus ascendere ad locum. 1.Reg.12. Presto est rex vester quem elegistis. 3.Reg. 1. Adest nathan propheta. Esa.58. Primus ad sion dicet ecce adsum. Pro quo hebrei legunt. Primus ad sion ecce adsunt. idest dicet ad sion: ecce adsunt filii tui. Item הֵנָּה Hẽna idest huc. modo. aduerbium loci vel presentis temporis. & vtroq; modo ponitur. Gen̄.15. Vbi dicitur generatione autem quarta reuertentur huc: necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum vsq; ad presens tempus. Et in eodem.44. Et huc vsq; non comparet. Et in eodem.45. Et adducite eum ad me. Pro quo hebrei legunt. Et adducite patrem meum huc. 2.Reg.5. Non ingredieris huc. Hiere. 50. Huc facies eorum veniẽt. Item הֵנָּה Hena. Pronomen ẽ tertie persone pluralis numeri femini generis. vt Exo.1. Ipse enim obstetricandi habent scientiam. Nu.31. Nonne iste sunt que deceperunt filios israel. Accipitur etiã in genere masculino. 2.Reg.4. Ingressi sunt autem domũ. Pro quo hebrei legunt. Et ipsi ingressi sunt domũ. Accipitur etiam pro verbo substantiuo. Gen̄.6. Videntes autem filii dei filias hominum q̃ essent pulchre.

Ecce.

En.

Ecce ego.

Adsum.

Presto sũt. Parati sumus.

Presto est. Adsunt.

Huc. Quousq; usq;

הֵנָּה

Ipse. Ipsa.

Ipsi.

Esse.

הַס Has. silere. tacere. Amos.6. tace & nõ recorderis nominis dñi. Soph.1. Silete a facie dñi dei. Zach.2. Sileat omnis caro a facie dñi. Nu.13. Inter hec caleb compescẽs murmur populi qui oriebatur contra moysen ait. Pro quo hebrei legunt. Et silere fecit caleb populum ad Moysen vel pro moyse. idest propter murmur qui oriebatur contra eũ

Tacere. Silere.

הַפַּךְ Hapach. vertere: siue verti. reuerti. conuertere. conuerti. Euertere vel euerti. Subuertere: aut aduersari. Peruertere. mutare. Deut.23. Vertitq; maledictionem eius in benedictionem. 3.Reg.22. Verte manum tuam & eiice me de exercitu. Prouer.12. Verte impios & non erunt. Iudi.20. Quod cum cernerẽt filii israel in ipso certamine positi. Pro quo hebrei legunt. Et versus est vir israel in certamine. & in eodem. Versa facie fortissime resistebant. 1. Re. 4. Irruerant enim in ea dolores subiti. Pro quo hebrei legunt. Versi enim fuerant dolores eius in eam. Siue euerse vel dissolute sunt compages eius in ea. Nam eadem verba ponuntur. Dañ.10. vbi dicitur. Dñe mi in visione tua dissolute sunt compages mee. Ester.9. Versa vice superiores iudei esse ceperunt. Iob.30. redactus sum in nihilũ. i. versus sum in nihilum. Et in eodem.41. in stipulam versi sunt ei lapides funde. Prouer.12. verte impios et non erunt. Threñ. 5. hereditas nostra versa est ad alienos. Itẽ significat reuerti. vt. i. Reg.25. reuersi sunt itaq; pueri dauid per viam suã. 4. Reg.5. Quando reuersus est homo de curru suo. 2. Paralip. 9. que reuersa abiit in terrã suã. Ios.8. presertim cum ii qui simulauerunt fugã et tendebãt ad solitudinẽ contra persequentes fortissime restitissent. Pro quo hebrei legunt Et populus qui fugerat ad desertum reuersus est contra persequentem. idest contra populum persequentem. Osee.7. Ephraim factus est subcineritius panis qui non reuersatur. Item significat conuertere siue conuerti. Ps.77. Conuertit in sanguinem flumina eorum. Et in eodem. Conuersi sunt in die belli. Ps.104. Conuertit cor eorum vt odirẽt populum eius. Iob.38. Restituetur quasi lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: conuertetur siue vertetur vt lutum signaculum. Esa.34. Et conuertentur torrentes eius in picem. Threñ.3. Et conuertit manum suam tota die. Osee.11. Conuersum est in me cor meum. Ioel.2. Sol conuertetur in tenebras. Item significat euertere vel aduersari. 2. Reg.10. Et exploraret ciuitatem & euerteret eam. 1.Paralipo.19. vt explorent & inuestigent & scrutentur terram. pro quo hebrei legunt. Vt scrutentur & euertant & explorent terram. Iob.19. Et quem maxime diligebam aduersatus est mihi. Item significat subuertere. Gen̄.19. Vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. Et in eodem. Et subuertit ciuitates has. Iob.9. Quos subuertit in furore suo. & in eodem.28. Subuertit a radicibus montes. Thren.4. Que subuersa est in momento. & inde הַפֵּכָה Haphecha. idest subuersio. Gen̄. 19. Et liberauit lot de subuersione vrbium. & aliquãdo scribitur cum mem in principio. vt Deut.29. In exemplũ subuersionis sodome & gomorre. Itẽ ponitur pro peruertere Hiere.23. Et peruertistis verba dei viuentis. Et inde הַפֵךְ Haphech. idest peruersio siue peruersum. Esa.29. Peruersa est hec vestra cogitatio. Et aliquando scribitur pluraliter. & cum tau in principio & dicitur תַּהְפֻּכוֹת Thahpuchoth. Deut.32. Generatio enim peruersa est. Pro quo hebrei legunt. Generatio enim peruersionum vel auersionũ est. Prouer.2. Ab homine qui peruersa loquitur. Et in eodem. Et exultant in rebus pessimis. Pro quo hebrei legunt. Et exultant in subuersionibus pessimis. Et in eodem.25. Et cor tuum loquetur peruersa. Et aliquando duplicantur littera pe & littera caf. & dicitur הַפְכְפַךְ Haphachpach. Prouer.21. Peruersa viri via aliena est a deo. & inde מַהְפֵּכֶת Mahapécheth. Quod ponitur pro neruo carceris quo malefactores vel qui peruerse agunt vinciuntur. Hiere.29. Vt mittas eum in nerum & in carcerem. Significat etiam predicta dictio voluere. Iudi.7. Videbatur mihi quasi subcineritius panis ex ordeo volui & in castra madian descendere. Iob. 37. Et nubes spagũt lumẽ suũ: que lustrãt cuncta per circui

Euertere.

Conuertere. Conuerti.

Euertere.

Aduersari.

Subuertere

הַפֵּכָה Subuersio

Peruertere הַפֵךְ Peruersi.

תַּהְפֻּכוֹת Peruersa.

הַפְכְפַךְ Peruersa.

מַהְפֵּכֶת Peruersa.

Neruus.

Voluere.

tum Pro quo hebrei legunt. Et ipse siue & ipsum in circuitu voluitur. Et in eodem. 38. Restituetur vt lutum signaculum. Pro quo hebrei legunt: voluetur siue reuoluetur vt lutum signaculum. Item significat mutari. idest ab alio in aliud verti vel conuerti. vt Exo. 14. Mutatumq; est cor pharaonis & seruorum eius super populum. Leuit. 13. Et pilos in album mutatos. Iob. 30. Mutatus es mihi in crudelem. Hiere. 13. Si mutare poterit ethiops pellem suã. Dañ. 10. Et species mea ĩmutata est in me. & ide הֵפֶךְ hephech. i. econuerso. econtrario. contrarium. vel contra consuetudinem. vt Ezech. 16. Et factum est in te contra consuetudinẽ mulierum. Et in eodem. Et factum est in te contrarium. in de מִתְהַפֶּכֶת Mithapécheth. idest versatilis. Geñ. 3. Et flamem gladium atq; versatilem.

Mutari.

הֵפֶךְ contra.

contrariũ.

מִתְהַפֶּכֶת Versatilis.

הָצַן Instruct⁹.

Hosen. instructio. scilicet belli vel exercitus. Ezech. 23. Et venient superte instructi curru et rota. et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q̃ significat quoddam instrumentum bellicum: vel quoddam genus vehiculi quo in bellis vtebantur.

הַר Mons.

Har. mons. Geñ. 10. Vsq; sephar montem orientalem. Exo. 3. Et venit ad montem dei. Et in eodem. 25. Secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est. Ps. 3. Et exaudiuit me de monte sancto suo. Ps. 10. Transmigra in montem sicut passer. Ps. 14. Quis requiescet in monte sancto tuo. Ps. 23. Quis ascendet in montem domini. Et aliquando scribitur cũ he in fine. vt Geñ. 14. Et qui remanserant fugerunt ad montem. Et in eodem. 19. In montem saluum te fac. Et in eodem. Nec possum in monte saluari. & in predictis locis ponitur he finalis loco ad vt in. sicut מִצְרַיְמָה Misráima. idest ad egyptum: vel in egyptum. & in plurali הָרִים Harim idest montes. Geñ. 7. Oppertiq; sunt omnes montes excelsi. Iob. 28. Subuertit a radice montes. Ps. 71. Suscipiant montes pacem populo. Et aliquando duplicatur littera res. vt in sequenti dictione.

הָרַי Mons.

הָרָר Harar. mons. Geñ. 14. In montibus seir vsq; ad campestria. Pro quo hebrei legunt. In monte suo seir vsq; ad campestria. Ps. 28. Prestitisti decori meo virtutem. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Prestitisti monti meo fortitudinem. Et in plurali הָרָרֵי Harere. Deut. 8. Et de montibus eris metalla fodiuntur. Ps. 35. Iustitia tua sicut montes dei. Ps. 49 Iumenta in montibus & boues. Ps. 85. Fundamenta eius in montibus sanctis. Et inde הָרָרִי Harari. idest montanus. Hiere. 17. Sacrificantes in agro. Pro quo hebrei legunt. Montanus in agro. Nam dicitur montanus ex multa consuetudine sacrificandi in monte vel in agro.

הָרִים Montes.

הָרָרֵי Montes.

הָרָרִי mõtanus.

הָרַג Interficẽ

הָרַג Occidere.

Harag. occidere. interficere. Geñ. 4. consurrexit cain aduersus fratrem suum abel & interfecit eum: & in eodem. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me. Et in eodem. Omnis qui occiderit cain. Et in eodem. Quoniam occidi virum in vulnus meum. Exo. 2. Nũ occidere me vis sicut occidisti heri egyptium. Et in eodem. 4. Ecce ego interficiam filium tuum primogenitũ. Et in eodem. 11. Obsecro vt interficias me. Et in eodem. 25. Occidat vnusquisq; proximos suos: qui initiati sunt beelphegor. 2. Reg. 5. Igitur ioab & abisai frater eius interfecerunt abner. Iob. 5. Virum stultum interficit iracundia. Et in eodem. 20. Occidet eum lingua vipere. Ps. 44. Quoniam propter te mortificamur tota die. idest occidimur. Ps. 77. Et occidit pingues eorum. Et in eodem. Cum occideret eos querebant eum. Et in eodem. Occidit in grandine vineas eorum. Prouer. 1. Auersio paruulorum interficit eos. Eccls. 3. tempus occidendi & tempus sanandi. Esa. 22. Et ecce gaudium & letitia occidere vitulos & iugulare arietes. Ezech. 26. Filie quoq; eius que sunt in agro gladio interficientur. & inde הֲרוּגִים Harugin. siue הֲרֻגֵי Haruge. idest interfecti vel occisi Prouer. 7. Et fortissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Hiere. 18. Et viri earum interficientur morte. pro quo in hebreo habetur. Et viri earum erũt interfecti morte. Ezech. 37. Et insufla super interfectos istos. Et inde הֲרֵגָה Harega. idest occisio vel interfectio. Hiere. 12. Sanctifica eos in die occisionis. Et in eodem. 19. Non vocabitur amplius locus iste thophet & vallis filii ennon: sed vallis occisiõis. Zach. 11. Pasce pecora occisionis. Et aliquando scribitur sine he in fine: & dicitur הָרֵג Héreg. vt Ester. 9. Percusserunt iudei inimicos suos plaga magna & occiderunt eos. Pro quo hebrei legunt. Percusserunt iudei inimicos suos percussione gladii & occisione & perditione. Esa. 27. Aut sicut occidit interfectos eius sic occisus est. pro quo hebrei legũt: aut sicut occisio interfectorum eius sic occisus est. Et in eodem. 30. In die interfectionis multorum cum ceciderint turres. Ezech. 26. Cũ occisi fuerint in medio tui. Pro quo hebrei legunt. In occidendo occisionem in medio tui. Sed beat⁹ hieronymus transtulit sensum.

הֲרוּגִים Interfecti

הֲרֵגָה Occisio.

הָרֵג Occisio

interfectio

הָרָה concipere.

Hara. concipere. vt Geñ. 4. Que concepit & peperit cain. Et in eodem. 16. At illa concepisse se videns despexit dominam suam. Et in eodem. 38. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. Nume. 11. Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem. Iudi. 13. Sed concipies & paries filium. Iob. 3. Et nox in qua dictum est conceptus ẽ homo. Esa. 8. Ecce virgo concipiet. Et in eodem. 33. Concipietis ardorem. Et in eodem. 26. Concepimus & quasi parturiuimus. Et in eodem. 59. Conceperũt dolorem & pepererunt iniquitatem. Et in eodem. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacii. Osee. 1. Et concepit & peperit filium. Significat etiam gignere. vt. 1. Paralip. 4. Genuit q; mariam & samai & iesba. inde הָרָה Hara. idest pgnãs. vel concipiens aut conceptus. vt Geñ. 16. Ecce concepisti. Pro quo hebrei legunt. Ecce tu pregnãs. Et in eodem. 38. Et videtur vterus illius intumescere. Pro quo hebrei legunt. Et ecce illa pregnãs. Et in eodem. De viro cuius hec sunt concepi. Pro quo hebrei legunt. De viro cuius hec sũt ego pregnans. Exo. 21. Et percusserit quis mulierem pregnantem. Hiere. 30. Et vulua eius conceptus eternus. Et in plurali הָרוֹת Haroth. idest pregnantes. 4. Reg. 8. Et paruulos eorum ellides: & pregnantes diuides. & in eodem. 15. Et interfecit omnes pregnantes eius. Amos. 5. Eo quod dissecuerunt pregnantes galaad. & inde הֵרוֹן Heron. idest conceptio vel cõceptus. vt Geñ. 3. Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos. & aliquando scribitur cum iod & dicitur הֵרָיוֹן Heraion. idest conceptus. Ruth. 4. Et dedit illi dominus vt conciperet. Pro quo hebrei legunt. Et dedit illi dominus conceptum. Osee. 9. Gloria eorum a partu & ab vtero & a conceptu. & inde הֳרִים Horim. siue הֳרֵי Hore idest progenitores vel patres. vt Geñ. 49. Confortate sũt benedictionibus patrum eius.

הָרָה Pregnãs.

הָרוֹת pregnãtes

הֵרוֹן conceptus

הֳרִים conceptus

הֳרֵי Patres.

הָרַהּ Harhar. in lingua chaldaica significat cogitationẽ & solum inuenitur in nũero plurali. scilicet הַרְהֹרִין Harhorin. Dan. 4. Et cogitationes mee in stratu meo.

הַרְהֹרִין cogitatões

הָרַס Destruere

הָרַס Haras. destruere. dissipare. conterere. deponere. terminos transcendere. Exo. 23. Sed destrues eos. Iudi. 6. Et destrues aram baal. Iob. 12. Si destruxerit: nemo est qui edificet. Ps. 10. Quoniam quem perfeciti destruxerũt Prouer. 14. Insipiens structam quoq; manibus destruet. & in eo. 24. & maceria lapidum eius destructa erat. Esa. 49 Destruẽtes te & dissipantes a te exibunt. Thren. 2. Destru

xit in furore suo munitiones virginis iuda. Ponitur etiam pro dissipare. Hiere.1. Et dissipes & edifices & plantes. Et in eodem.31. Et dissiparem & disperderem & affligerem. Ezech.36. Quia ego dominus edificaui dissipata. Et supra in eodem ponitur pro suffosis: vbi dicitur. Et destitute atq; suffose munite sederunt. Ioel.1. Dissipate sunt apothece quoniam confusum est triticum. Item ponitur pro deponere vel conterere. Exo.15. Deposuisti aduersarios tuos Ps.67. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum. significat etiam transcendere terminum. Exo.19. Ne forte velit transcendere terminos ad videndum dominum. Et in eodem. Sacerdotes autem & populus non transeant terminos. Inde הֶרֶס Héres. idest destructio vel dissipatio. Esa.19 Ciuitas solis vocabitur vna. Pro quo hebrei legunt. Ciuitas destructionis vel dissipationis vocabitur vna. Sed si pdicta dictio. הֶרֶס Héres scribatur cum cheth: que est quasi eiusdem figure cum littera he: tunc significat solem vel testam aut testeum. Et fortasse in bibliis hebraicis antiquis erat scriptum חֶרֶס chéres cum littera cheth: sicut beat⁹ hieronymus transtulit. Nam in suis explanationibus sup hoc loco sic ait. חֶרֶס chéres enim verbum ambiguum est: & testa dicitur & sol: eo q vtrunq; areat & siccum sit. Hec hieronymus. in translatione autem chaldaica sic habetur. Ciuitas solis que destruenda est vocabitur vna. Et inde הֲרִיסוּת Harisuth. idest destructio siue ea que corruerant: aut ruina. vt Esa.49. Et terra ruine tue. Amos. 9. Et ea que corruerant restaurabo.

Dissipare. Destructio Testa. Ruina.

הָתַת Hathath. insidiari. irruere. Ps.61. Quousq; irruitis in hominem. Et solum inuenitur in predicto loco. Et dicunt aliqui hebrei q derivatur a supradicta dictione הָוָה hauu. De quo vide in predicta dictione.

Irruere.

הָתַל Hathal. circumuenire. fallere. mentiri. illudere. Gen. 31. Sed & pater vester circumuenit me. Exo.8. Verumtamen noli vltra fallere. Iudi.16. Per tres vices mentitus es mihi. 3.Reg.18. Illudebat eis helias. Iob.13. Aut decipietur vt homo vestris fraudulentiis. pro quo hebrei legunt. Aut sicut illuditur homini illudetis ei. vel sic: aut sicut mentimini homini mentiti estis ei. Hiere.9. Et vir in fratrem suum deridebit. idest illudet. Et inde הוּתַל Huthal. idest deceptum siue illusum. pro quo beatus hieronymus transtulit. insipientem. vt Esa.44. cor insipiens adorabit illud. Et in de הֲתֻלִּים Hathulim. idest mendaces: siue illudentes aut illusores. Iob.17: Non peccaui. pro quo hebrei legunt. Si nō mendaces mecum. Et idem dicit Burgen. in suis additionibus super predicto loco. Et inde מַהֲתַלֹּת Mahathaloth. pro quo beatus hieronymus transtulit errores. vt Esa.30. Vidite nobis errores.

circumuenire. Fallere. Mentiri. Illudere. Decipere. Insipiens Mendaces. Errores.

De incipientibus a littera. ו Vau.

Vau littera nunquam reperitur sola per se: sicut nec vlla alia littera hebraica: vt dictum est in precedentibus. Sed apponitur nomini & verbo & aliis partibus orationis: et tunc communiter ponitur pro coniunctione scilicet. &. q3. quo q3. autem. at. atq3. vero. ac. igitur. sed. cumq3. aut. vt Gen. 1. In principio creauit deus celum & terram. & in eodē. Terra autem erat inanis & vacua. & in eodem. Et tenebre erāt super faciē abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas Et in eodem. Et fecit deus firmamentum. Et in eodem. 4. Fuit autem Abel pastor ouium & cain agricola. Et in eodem. Iratusq; est cain vehementer. Et in eodem. Dixitq; dominus ad eum. Et in eodem. 5. Vixit quoq; seth. Et in eodem. 6. Ostium autem arce pones in latere. Et in eodem 9. Vixit autem noe. Et in eodem. 15. Turturem quoq; & columbam. Et in eodem. 24. At illa cito tollens pallium. Exo. 2. At ille vbi est inquit. Et in eodem. 14. In curribus atq; equitibus. Et in eodem. 16. Atq; computruit. Iob. 1. Simplex & rectus ac recedens a malo. Ps. 1. Et in lege eius meditabitur die ac nocte. Ponitur etiā in nostra translatione aliis modis quī plurimis. Nam aliquando ponitur pro vero. vt Prouer. 2. Impii vero de terra pdentur. Et in eodē. 10. filius vero stultus mestitia est matri sue. Eccls. 1. terra vero in eternū stat. Ponitur etiā pro igitur: siue pro ergo. vt Gen. 2. formauit igitur dominus hominem. Et in eodē. Tulit ergo dominus deus hominē. Et in eodē. Igitur perfecti sunt celi & terra. Et in eodem. 3. Vidit igitur mulier. Et in eodem. 12. Nunc igitur ecce coniux tua. Et in eodem. 16. Igitur sarai vxor abraam nō genuerat. Exo. 1. Bene ergo fecit deus obstetricibus. Et in eodem. Precepit ergo pharao omni populo. Item ponitur pro sed. vt Gen. 2. Sed fons ascendebat de terra. & in eodem. 31. Sed deus patris tui dixit mihi. Exo. 5. Sed postulabit mulier a vicina sua. Ps. 6. Sed tu domine vsquequo. Canti. 1. Nigra sum sed formosa. Itē ponitur pro cumq3. vt Gen. 3. cumq3 agnouissent se esse nudos. Et in eodem. 4. cumq3 essent in agro. Exo. 2. cumq3 iā celare non posset. Deut. 4. cumq3 quesieris ibi dominum deum tuum. Iob. 2. cumq3 eleuassent procul oculos. Et in eodem. 29. cumq3 sederem quasi rex circūdante exercitu. Item ponitur pro aut. siue pro vel. vt Gen. 31. Aut si tu preterieris malum mihi cogitans. Et in eodem. 41. Absq3 tuo imperio non mouebit quisq3 manum aut pedem. Exo. 21. Qui percusserit patrem suum aut matrem. Et in eodem. Qui maledixerit patri suo aut matri. Leuit. 17. Quod si nō lauerit vestimenta sua vel corpus. Et in eodem. 22. Sin autē vidua vel repudiata. Et in eodē. 25. vel qui ex his nati fuerint. Iob. 38. Aut thesauros grandinis aspexisti. Ps. 8. Aut filius hominis quoniam visitas eū. Ps. 14. Aut quis requiescet in monte sancto tuo. Item ponitur pro etiam. Gen. 1. Dixit etiam deus producant aque. Et in eodē. 2. Lignum etiam vite in medio paradisi. Et in eodem. 28. Vouit etiam votum dicens. Hiere. 5. Si etiam viuit dominus dixerint. Item ponitur pro enim: vel nam: aut nanq3. vt. Gen. 20. Habet enim virum. Et in eodē. 24. Habitabat enim in terra australi. Exo. 19. Nam profecti de raphidim. 1. Reg. 4. Egressus est nāq3 israel. Canti. 2. Nam vinea nostra floruit. Abach. 1. Equites nāq3 eius de longe venient. Ponitur etiā pro itaq3. Gen. 11. Tulit itaq3 thare abrā filium suum. Exo. 1. Posuit itaq3 eis magistros operum. Et in eodem. 14. Timuit itaq3 populus dominum. Deut. 11. Ama itaq3 dominum deum tuum. Item ponitur pro siquidē. vt. 1. Reg. 28. Siquidem philistiim pugnant aduersum me. 4. Reg. 7. Si quidem dominus audiri fecerat. Item ponitur pro interea aut interim vel preterea. vt. Gen. 55. Interea locutus est dominus ad iacob. Et in eodem. 43. Interim fames omnem terrā premebat. Exo. 1. Surrexit interea rex nouus super Egyptum. Et in eodem. 38. Fuerūt pretera centum talenta argenti. 2. Paralip. 34. Ossa preterea sacerdotum combusit. Ponitur etiam pro quādo vel pro vnde. vt. Gen. 11. Semi erat centum annorum quando genuit Arphaxath. Et in eodem. 15. Vnde facta rixa inter pastores gregum. Et in eodē. 26. Vnde appellauit eum abundantiam. Et cum precedenti negatione ponitur pro Neq3. vt. Exo. 20. Non facies tibi sculptile neq3 omnem similitudinem. Et in eodem. Nec eorum que sunt in aquis sub terra. Deut. 18. Neq3 incantor: neq3 phythones consulat. Nume. 23. Neq3 filius

Et. Ast. Atq3. Ac. Vero. Igitur. Ergo. Sed. Cumq3. Siquidem Interea Interim. Preterea. Quando. Vnde. Neq3.

homínis vt mutetur. Eſa. 28. Neq; vexabit eum rota plauſtri. Thren. 3. Non eni humiliauit ex corde ſuo & abiecit filios hominum. ideſt neq; abiecit filios hominum. Ezech. 13. Neq; oppoſuiſtis murum pro domo iſrael. Habet fortaſſe in noſtra tranſlatione alios modos ſignificandi qui poſſunt reduci ad ſupradicta. Hebrei tamen in omnibus locis ſupradictis dicunt quod ponitur pro coniunctione. Et aliquando ponitur vau littera vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Geñ. 22. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul. Pro quo in hebreo habetur. In die tertio & leuauit abraam oculos ſuos & vidit locum procul. Et in eodem. 36. Et hi filii ſebeon Aya & anna. Pro quo in hebreo habetur. Et hi filii ſebeon & aya & anna. Et ſimiliter ponitur in principio librorum: vbi nihil videtur copulare vel coniungere. vt Exo. 1. Hec ſunt nomina filiorum iſrael. Pro quo in hebreo habetur. Et hec ſunt nomina filiorum iſrael. Iudi. 1. poſt mortem ioſue conſuluerunt filii iſrael dominum. Pro quo hebrei legunt. Et factum eſt poſt mortem ioſue & conſuluerunt filii iſrael dominum. Ruth. 1. In diebus vnius iudicis quando iudices preerant. pro q̃ hebrei legunt. Et factum eſt in diebus quando iudicabant iudices. 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de ramathaim. pro quo hebrei legunt. Et fuit vir vnus de ramathaim. Eſdre. 1. In anno primo cyri regis perſarum. Pro quo hebrei legunt. Et in anno primo cyri regis perſarum. Eſter. 1. In diebus aſueri. Pro quo in hebreo habetur. Et factum eſt in diebus aſueri. Et aliquando ponitur in noſtra tranſlatione in principiis librorum. vt Leuit. 1. Vocauit autem moyſen. Nu. 1. Locutuſq; eſt dominus ad Moyſen. Ezech. 1. Et factum eſt in triceſſimo anno. Item littera vau prepoſita verbo preteriti temporis facit ipſum temporis futuri: & econuerſo. vt Geñ. 27. Tempuſq; veniet cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. Et in eodem. Eritq; ſemen tuum q̃ ſi puluis terre & dilataberis ad orientem & occidentem. Et in eodem. Et benedicentur in te & in ſemine tuo. Item facit de preterito futurum. vt in eodem. Cumq; veniſſet ad quendam locum. Et in eodem. Tulitq; de lapidibus que iacebant. Pro quo hebrei legunt. Et tulit de lapidibus loci. Et in eo. Viditq; in ſomnis ſcalam. Et de hoc plenius in arte grãmatica dictum eſt.

Sequuntur dictiones quarum prima littera ſubſtantialis eſt vau. & ſunt due tantum & aliqua nomina propria: ſunt autem que ſequuntur.

וָו Vau. Paxillus. ſiue clauus: cuius caput eſt curuum inſtar littere vau. Et ſolum inuenitur in numero plurali. Pro q̃ beatus hieronymus tranſtulit capita. Exo. 26. Quarum capita aurea & baſes enee. Et in eodem. 27. Et capita earum cum celaturis ſuis argentea. Et dicunt hebrei q̃ erant quidam paxilli vel clauí affixi in capitibus colũnarum ex quibus pendebant cortine et velamina.

capita.

וְהַב Vaheb. facere. vt Nu. 21. Sicut fecit in mari rubro ſic faciet in torrentibus Arnon. Vbi pro eo quod in littera noſtra eſt fecit: in hebreo ponitur ſupradicta dictio. ſcilicet וְהַב Vaheb. Et ſolum inuenitur in predicto loco. Et dicunt hebrei q̃ eſt nomen proprium loci ſic dicti propter aliquã cauſam ignotam apud illos. Vnde in hebreo de verbo ad verbum ſic legitur. ſcilicet: ad vaheb in rubrum et ad torrẽtes Arnon. ideſt venerunt ad locum qui dicitur vaheb. et inde in mare rubrum et ad torrentes Arnon. ſcilicet venerunt. vnde in ſequentibus dicitur profectiq; ſunt de ſolitudine in mathana: de mathana in nahaliel: de nahaliel in bamoth. ſcilicet venerunt. Et in hebreo non habetur illud profectiq; ſunt. Sed ſubintelligitur. Et licet in aliis locis ſacre ſcripture vbi ponuntur manſiones filiorum iſrael nõ inueniatur locus dictus וְהַב Vaheb. non repugnat ſupradictis: ſicut nec inuenitur locus dictus mathana neq; nahaliel niſi tantum in predicto loco: vbi dicitur quod profecti ſunt de ſolitudine in mathana: et de mathana in nahaliel. Aliive ro dicunt q̃ predicta dictio וָהֵב Vaheb deriuatur a dictione יְהַב Iehab. Que ſignificat molem vel onus. vt. p̃s. 54. Iacta ſuper dominum curam tuam. Pro quo ipſi legunt. Iacta ſuper dominum onus tuum ſiue mollem tuam. Vnde in predicto loco legunt ſic. A mole in mare rubrũ vſq; ad torrentes arnon. Et ſecundum beatum Hieronymum ſupradicta dictio יְהַב Iehab ſignificat charitatem. Nam in ſupradicto pſalmo iuxta he. ve. ſic tranſtulit. ſcilicet. Proiice ſuper dominum charitatem tuam. Et in lingua chaldaica ſignificat dare vel tradere aut afferre. De quo vide infra in dictione יָהַב Iahab. ſunt etiam aliqua nomina propria a littera vau incipientia. Sicut eſt וַפְסִי vapſi. vt Nu. 13. De tribu nethalim naabi filium vapſi. Et ſimiliter וַשְׁתִּי Vaſthi. Eſter 1. Vaſthi quoq; regina fecit conuiuium feminarum.

De incipientibus a littera. ז zain.

זְאֵב Zeeb. Lupus. vt geñ. 49. Beniamin lupus rapax. Eſa. 11. Et habitabit lupus cum agno. Et in plu. זְאֵבִים Zeebim ſiue זְאֵבֵי Zeebe. ideſt lupi. Ezech. 22. Quaſi lupi capientes predã. Abach. 1. Et velociores lupis veſpertinis.

זְאֵב Lupus.
זְאֵבִים Lupi.

זֹאת Zoth. Iſta. vel hec. De quo vide infra in dictione זֶה Ze.

זֹאת Iſta.

זְבוּב zebub. muſca. vt Eſa. 7. ſybilabit dñs muſce q̃ ẽ in extremo fluuiorũ egypti. & in plu. זְבוּבִים zebubi. ſiue זְבוּבֵי zebube. Eccl's. 10. muſce moriẽtes pdũt ſuauitatẽ vnguẽti

זְבוּב Muſca.
זְבוּבִים Muſce.

זָבַד Zabad. dotare. vt Geñ. 30. Dotauit me deꝰ dote bona. et ide זֶבֶד Zebed. i. dos. ſiue dotatio. vt in p̃dicto loco.

זָבַד Dotare.
זֶבֶד Dos.

זָבַח zabach. immolare. ſacrificare. occidere. mactare vt Geñ. 31. Immolatiſq; victimis in mõte. pro quo in hebreo habetur. Et immolauit iacob victimã in mõte. Exo. 5. Et ſacrificemus dño deo nro. Et in eo. Ite et ſacrificate deo vro in terra hac. Et in eo. 8. et dimittã pplm vt ſacrificent dño. Et in eodem. abominationes enim egyptiorũ immolabimꝰ Et in eo. Q̃d ſi mactauerimus ea q̃ colũt egyptii. Et in eo. 22. Qui immolat diis occidetur. Et in eo. 25. Nõ immolabis ſup fermẽto ſanguinẽ victime mee. Leuit. 17. Et nequaq; vltra immolabũt hoſtias ſuas demonibus. Nu. 22. Cumq; occidiſſet balac boues & oues miſit ad balaã. Deut. 16. Immolabiſq; phaſe dño deo tuo. Et in eo. q̃d immolatũ ẽ veſpe. pro quo. he. le. q̃d immolabis veſpe. Et in eo. 33. Ibi immolabunt victimas iuſtitie. 1. Reg. 1. vt adoraret & ſacrificaret dño. Et in eo. Et immolauit elcana. Et in eo. 15. vt immolet dño deo tuo in galgalis. 3. Reg. 8. mactauitq; ſalomon hoſtias pacificas q̃s immolauit dño. Et in eo. 15. Et immolabit ſup te ſacerdotes excelſorũ. & in eo. 19. Tulit par boũ & mactauit illud. 1. Paralip. 29. Immolauerũtq; victimas dño. 2. Paralip. 7. Rex aũt & oĩs ppl's immolabãt victimas. Et in eo. Mactauit igitur rex ſalomõ hoſtias boũ. Et in eo. 28. quos ego placabo hoſtiis. pro quo he. le. Eis ſacrificabo ſiue immolabo. & in eo. 33 Cũctis idolis quos manaſes fuerat fabricatus immolauit. p̃s. 4. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitie. Ps. 26. Et immolabo in tabernaculo eius hoſtiã vociferationis. p̃s. 49. Immola deo ſacrificiũ laudis. Ps. 115. tibi ſacrificabo hoſtiã laudis. Eſa. 65. qui immolãt i hortis. & in eo. 66. qui mactat pecꝰ q̃ſi q excerebret canẽ. Oſee. 4. Sup capita mõtiũ ſacrificabãt. & ide זֶבַח zebach. i. victima. hoſtia. ſacrificiũ. Exo. 12. dicetis eis victima trãſitus dñi eſt. Leuit. 3. Si hoſtia pacificorũ fuerit eius

זָבַח Victima. Hoſtia.

Sacrificiū זְבָחִים Zebachim. oblatio. Ps. 39. sacrificiū & oblationē noluisti. & in plurali. זְבָחִים Zebachim. siue זִבְחֵי Zibche. Exo. 24. Immolauerunt pacifica victimas pacificas dño. Deut. 33. Ibi īmolabūt victimas iustitie. 1. Reg. 15. Nūquid vult deus holocausta & victimas. Et aliqñ scribitur in plu. זְבָחוֹת Zebachoth secūdū formā noīm femininorū. vt Osee. 4. Et cōfundētur a sacrificiis suis. & inde מִזְבֵּחַ Mizbeach. siue מִזְבַּח Mizbach. i. Altare vbi sacrificia vel hostia offerūtur. Geñ. 8. Edificauit aūt noe altare dño. Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. & in eo. 21. Ab altari meo euelles eū vt moriatur. Accipitur ēt pro altari incensi. vt Exo. 30. Facies quoq; altare ad adolendū thymiama. & in plu. מִזְבְּחוֹת Mizbechoth. vt Ps. 83. Altaria tua dñe virtutū. Osee. 10. secūdū multitudinem fructus sui multiplicauit altaria.

Sacrificia

Altare.

Altaria.

זָבַל Zabal. cohabitare. vt Geñ. 30. Etiā hac vice mecū erit vir meus. Pro quo hebrei legunt. Hac vice cohabitabit mihi vir meus. Et inde זְבֻל Zebul. i. habitaculum. vt. 3. Reg. 8. Edificans edificaui domū et habitaculū tuū. Abach 3. Sol & luna steterunt in habitaculo suo.

Cohabitat

זְבֻל Habitaculum.

זָבַן Zabā. in lingua chaldaica significat. Emere. seu vēdere Dañ. 2. Quod tempus redimitis. idest emitis.

Emere.

זָג Zag. Folliculus vuarū. Nu. 6. Ab vua passa vsq; ad acinū nō comedet. Pro quo he.le. Ab acinis vsq; ad folliculum s. vue nō comedet. Et solum inuenitur in predicto loco.

acinus Folliculus

זֶה Ze. Pronomen est demonstratiuū vel relatiuū. i. iste. hic ipse. ille. qui vel quod. iā. Et est oīs casus & vtriusq; numeri & generis masculini vel neutri. vt Geñ. 5. Iste consolabitur nos. Et in eo. 11. Ceperuntq; hoc facere. Et in eo. 31. Sicq; per viginti annos in domo tua seruiui. p quo he.le. Isti mihi viginti anni in domo tua. s. trāsacti sunt. siue iste mihi vigesimus annus in domo tua. s. transactus est. Et in eo. 41. Nun inuenire poterimus talē virū qui spū dei plenus sit. Pro quo he.le. Nun inuenire poterimus sicut hic. s. est: virū qui spiritu dei plenus sit. Exo. 32. Moysi eī huic viro qui nos eduxit de terra egypti ignoramus quid acciderit. Et in eo. Egressusq; est hic vitulus. Et in eo. 33. Et verbū istud quod locutus es faciā. Deut. 5. Montem istū egregiū & libanum. Ios. 2. Innoxii erimus a iuramento hoc. 1. Reg. 14. Et occidite super istud. 2. Reg. 11. Et nunc hūc & nunc illū consumit gladius. vbi ponitur etiā pro illo. 3. Reg. 19. Et ecce angelus dñi tetigit eū. pro quo he.le. Et ecce angelus dñi iste tetigit eū: siue qui tetigit eū. Ps. 23. quis est iste rex glorie. Ps. 47. Q̄m hic est deus deus noster in eternū. Ps. 55. Ecce cognoui quia deus meus es. p quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Hoc scio quia deus meus es. Ps. 67. Sinai a facie dei israel. pro quo he.le. Iste siue ille sinai a facie dei israel. s. motus est vel distillauit Beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et sinai a facie dei israel. Eccls. 7. Bonum est te sustētare istū: sed ab illo ne subtrahas manū tuā: vbi ponitur pro isto & pro illo. Et in eo. 8. Oīa hec tractaui in corde meo. Canti. 2 Ecce iste venit saliens in mōtibus. Et i eo. En ipse stat post parietē nr̄m. Esa. 25. Iste dñs sustinuimus eū. Zach. 1. Iste iā septuagesimus annus est. ponitur ēt pro iam. 2. Reg. 14. Quasi mulier iam plurimo tpe lugens mortuū. zach. 7. Sicut feci iā multis annis. Et aliqñ ponitur relatiue. Iob. 19. Et quē maxime diligebā aduersatus est mihi. Ps. 73. mons sion in quo habitasti. Ps. 103. In locū quē fundasti eis. Et in eo. Draco iste quē formasti ad illudendū ei. Vbi ponitur p demōstratiuo & relatiuo simul. Prouer. 23. Audi patrem tuum qui genuit te. Ponitur etiam pro aduerbio hac. vt Nu. 13. Ascendite per meridianam plagam. pro quo hebrei legunt. Ascendite hac in meridiem siue per meridiem. Scribitur ēt cum beth in principio & dicitur בָּזֶה Baze & significat. hic. idest in hoc loco. vt Exo. 24. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Apponitur etiā ei mem in principio et dicitur מִזֶּה Mize. i. ab hoc vel ab isto aut ab ipso. Et aliquādo ponitur aduerbialiter & signāt hinc vel istinc. i. ab hac vel ab ista parte vel de isto loco. Geñ. 42. Non egrediemini hinc. Exo. 17. Sustentabant manus eius ex vtraq; parte. Pro quo he.le. Sustentabant manus eius hinc vnus & hinc vnus. i. vnus ex vtraq; parte. Exo. 33. Vade ascende de loco isto. Scribitur etiā זֹה Zo cum puncto holē & tunc est generis feminini vel neutri. Eccls. 2. Et gaudio dixi quid frustra deciperis. Pro quo he.le. Et letitie. s. dixi quid ipsa facit. Et in eo. 5. Hoc est domū dei. Et in eo. 7. Cuncta tētaui in sapiētia. Pro quo he.le. Omnia hec tētaui in sapientia. Et aliqñ scribitur cum vau loco he & puncto holem & dicitur זֹו Zo. vt Eccls. 5. Miserabilis prorsus infirmitas. Pro quo hebrei legunt. Etiam hec mala infirmitas. s. est. Osee. 7. Ista subsannatio eorum in terra egypti. Et aliqñ scribitur cum pūcto surech & dicitur זוּ Zu. Ps. 11. Custodies nos a generatiōe hac in eternū. Ps. 61. Duo hec audiui. Esa. 42. nōne dñs ipse cui peccauimus. & in eo. 43. Populum istū formaui mihi. Abach. 1. Hec est fortitudo eius deo suo. Et aliquando ponitur relatiue. vt Exo. 15. Populo quem redemisti. Ps. 9. In consiliis quibus cogitant. Ps. 16. A facie impiorum qui me afflixerunt. Et aliquando scribitur pro relatiuo & demonstratiuo simul. Ps. 9. In laqueo isto quem absconderunt. Ps. 31. Intellectum tibi dabo et instruam te in via hac qua gradieris. Ps. 67. Cōfirma hoc deus quod operatus es in nobis. Ps. 151. Et testimonia mea hec que docebo eos. Ps. 141. In via hac qua ambulabam. Scribitur etiam cum littera aleph & tau in fine & dicitur זֹאת Zoth. & communiter est generis feminini. Leuit. 6. Hec est lex holocausti. Deut. 33. Hec est benedictio. 4. Reg. 8. Domine mi rex hec est mulier & hic est filius eius. Ps. 131. Hec est requies mea in seculum seculi. Et aliquando ponitur in nostra translatione in genere neutro: quia hebrei non habēt genus neutrum: sed pro eo aliquādo vtuntur masculino & aliquando feminino. Geñ. 42. Iam nunc experimentum vestri capiam. Pro quo hebrei legunt. In hoc probabimini. idest experimentum vestri capiam. 4. Reg. 5. Sic & sic locuta est puella. Pro quo hebrei legunt. vt hoc & vt hoc locuta est puella. idest taliter & taliter: vel sic et sic. sicut est in littera nostra. Iob. 22. Hoc scio a principio. Et in eo. 33. Hoc ē ergo in quo nō est iustificatus. Et in eo. 34. Audi quod dicitur. Et in eo. 35. Nunquid equa videtur tibi tua cogitatio Pro quo hebrei legunt. Nunquid hoc cogitasti in iudicio. Ps. 26. In hoc ego sperabo.

Sacrificiū

Victime.

זְבוּל Habitaculum.

Iste. Hoc.

Ista.

Ille.

Iam.

Qui

Hac.

זָהָב Zahab. aurū. Geñ. 2. vbi nascitur aurum: & aurum terre illius optimum. Exo. 25. Et deaurabis eā auro mūdissimo. Iob. 23. Probauit me quasi aurum quod per ignē transit. Et in eodem. 37. Ab aquilone aurum venit. Sed in predicto loco dicunt hebrei q̄ accipitur aurū p puritate vl serenitate aeris ad similitudinem auri purissimi. & etiā dicunt q̄ accipitur translatiue pro oleo mundissimo & purissimo. vt Zach. 4. In quibus sunt suffusoria ex auro. pro q̄ ipsi legunt. Infundentia ex se aurum. idest oleum purum & mundissimum & aurei coloris.

זָהַב aurum.

Oleum.

זָהַם Zahā. Inquare. abominabile facere. Iob. 33. abominabilis ei fit in vita panis. & solū inuenitur in p̄dicto loco.

זָהַר Zahar. oīdere. monere. admōere. p̄uidere. p̄ostēdere anūciare. cauere. obseruare. Exo. 18. oīdasq; ppīo ceremonias & ritus colendi. 4. Reg. 6. Et preoccupauit eū. Pro q̄ he.le. Et admonuit eū siue obseruauit eū. Eccls. 4. q ne-

זָהַם abominabile fieri.

זָהַר Ostendere Admonere

Preuidet

ſcit preuidere in poſterū. Et in eo. 12. His ampliꝰ fili mi ne requiras. pro quo he.le. His amplius fili mi caue: ſiue admonitus ſis: aut preuide. Ezech. 3. Et annunciabis eis ex me. idest admonebis. Et in eo. Si dicēte me ad impiū morte morieris nō ānūciaberis. & in eo. Vt auertatur a via ſua mala. Pro quo he.le. vt caueat impius a via ſua mala. Et in eo. qa nō annūciaſti ei. Et in eo. Si aūt tu ānunciaberis iuſto. Et i eo. Viuēs viuet quia annunciaſti ei. Pro quo he.le. Viuēs viuet qa admonitus eſt: vel quia obſeruauit ſe. & in eo. 33. Et cecinerit buccina: & annūciauerit populo. Et in eo. Et non obſeruauerit ſe. Et in eo. Sonū buccine audiuit & nō ſe obſeruauit. Et in eo. vt ſe cuſtodiat īpius a via ſua mala. ſigñat ēt fulgere. i. ſplēdere. vt Dañ. 12. Et qui docti fuerint fulgebunt ſicut ſplēdor firmamēti. & inde זֹהַר Zohar. ideſt ſplēdor. vt in p̄dicto loco. & Ezech. 8. Quaſi aſpect⁹ ſplēdoris & viſio electi.

Obſeruat.

Fulgere. זָהַר

Splendor

זוּ

זוּ Zo. ſiue זו Zu. Pronomen eſt demonſtratiuum vel relatiuū aut vtrūq; ſimul. De quo vide ſupra in dictiõe זֶה Ze.

זוֹב

Fluxū pati

Fluere.

זוֹב Zob. fluere. Manare. fluxum ſanguinis vel ſeminis pati. vt Leuit. 15. Mulier que patitur multis diebus fluxū ſanguinis. Et in eo. Vel que poſt mēſtruū ſanguinē fluere non ceſſat. Ps. 77. qm̄ percuſſit petrā & fluxerunt aque. Eſa. 48. Et ſcidit petrā & fluxerunt aque. Accipitur etiā זוֹב Zob. pro ipſo fluxu. & aliqñ ſcribitur ſine vau. vt Hiere. 49. Fluxit vallis tua. ſ. ſanguine iterfectorū. ſicut exponūt hebrei. & inde זָב Zab. i. fluēs vel manās: ſiue ille qui patitur fluxū. vt Leui. 15. Vir q patitur fluxū ſeminis. & i ge. fe. זָבָה zaba ſiue זָבַת zabath. vt in eo. & Exo. 3. In terrā q̄ fluit lacte & melle. & in eo. 13. Vt daret tibi terrā fluentem lacte & melle. Nu. 16. que lacte & melle manabat. Deut. 6. Terrā lacte & melle manātē. Ponitur ēt זוֹב zob pro extabeſcere. vt Threñ. 4. qm̄ iſti extabuerūt conſumpti a ſterilitate terre. Sed etiam in hoc loco hebrei dicunt q̄ ſignificat fluere. & legūt ſic. qm̄ ex iſtis fluebant confoſſi vel perfoſſi.

Fluxus.

זָב

Qui patit fluxum.

זָבָה

Que fluit. ¶ lucus.

Manans.

זוֹב

Extabeſcere

זוּד Zud. ſuperbire. ſuperbe agere. temere operari. & ſcribitur ſine vau. Exo. 18. Eo quod ſupbe egerint contra eos. Hiere. 50. Quia cōtra dñm erecta eſt. pro quo he.le. Quia cōtra dñm ſuperbiuit vel ſupbe egit. & aliqñ ſcribitur cū iod in medio loco vau. vt Exo. 25. Si quis p̄ iduſtriā occiderit fratrē ſuū vel p̄ inſidias. pro quo he.le. & cū ſupbierit vel cū temere egerit vir cōtra fratrē ſuū vt occidat eū p̄ inſidias. Nec. 9. Cognouiſti enī quia ſupbe egerūt cōtra eos. Et in eo. Ipſi vero & pres nr̄i ſupbe egerūt. Et inde זֵד Zed. i. ſupbus. vt Prouer. 21. Supbus & arrogās vocatur in doctus. & in plu. זֵדִים Zedim. Ps. 18. Et ab aliēis parce ſeruo tuo. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. trāſtulit. A ſupbis quoq; libera ſeruū tuū. Ps. 118. Increpaſti ſupbos. & in eo. Superbi iniq̄ agebant vſquequaq;. Ps. 159. Abſcōderūt ſupbi laqueū mihi. & inde זָדוֹן zadon i. ſupbia ſiue ſupbus. Prouer. 11. Vbi fuerit ſupbia: ibi erit contumelia. Et in eo. 21. Qui in ira operatur ſuperbiā. Hiere. 50. Ecce egoad te ſuperbe. Et in eo. Et cadet ſupbus & corruet. & in plu. זֵדִים Zedonim. Ps. 123. Forſitā ptrāſiſſet aīa nr̄a aquā itolerabilē. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. tranſtulit. forſitan tranſiſſent ſuper animam noſtram aque ſuperbe.

Temere agere.

Supbus.

זֵד

Supbi

זָדוֹן

Supbia.

Supbus.

זֵדִים

Superbe.

זָוָה

זָוִית Zaua. angulus. & inuenitur tm̄ in numero plu. ſ. זָוִיוֹת Zauioth. i. anguli. vt Ps. 143. Filie noſtre cōpoſite. pro quo btūs hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. filie nr̄e quaſi anguli ornati. Zach. 9. Et quaſi cornua altaris. i. quaſi anguli altaris. ide מְזוּזִים Mezauim. pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Promptuaria. Ps. 143. Prōptuaria eorū plena. & etiam in hoc loco he.le. anguli nr̄i pleni.

Angulꝰ

מְזוּזִים

Ꝑ rēptuaria.

זוּז Zuz. limen. poſtis. ſ. porte. & ſcribitur cū mē in principio & he i fine & dicitur מְזוּזָה Mezuza. vt Exo. 12. Ac ponēt ſup vtrūq; poſtē. Et in eo. 21. Et applicabitur ad oſtium & poſtes. Deut. 6. Scribeſq; ea in limine & oſtiis domꝰ tue. Ezech. 45. Fabricati ſunt limen eorū iuxta limē meū.

Poſtis. Limen.

זוּל Zul. vilipendere. ſpnere. & ſcribitur ſine vau. Eſa. 46 qui confertis aurū de ſacco. pro quo he.le. qui paruipēditis ſiue vilipenditis aurū de ſacco. ſ. ad fabricandū idola producebant aurum de ſacco paruipendentes illud a c ſi eſſet alia res parui valoris. Et aliqñ ſcribitur cū iod loco vau vt threñ. 2. Oēs qui glorificabant eam ſpreuerunt eam. Et inde זוֹלֵל Zolel cū duplici lamed. i. vile: Hiere. 15. Et ſi ſeparaueris p̄cioſū a vili. & de hoc vide īfra in dictiõe זוֹלֵל Zolel

vilipẽdere

Spernere.

זוֹלֵל

Vile

זוּן zun. in lingua chaldaica ſignat veſci vel nutriri. Dañ. 4 Et ex ea veſcebatur oīs caro. & inde מָזוֹן Mazon. i. eſca ſiue nutrimentū. Geñ. 45. Et totidem aſinas triticū in itinere paneſq; portantes. Pro quo he.le. Et totidem aſinas portantes triticū & panes & pulmentū ſiue eſcā. Dañ. 4. & eſca vniuerſorum in ea. Et aliqñ ſcribitur ſine vau & dī זָן Zan. Ps. 143. Eructantia ex hoc in illud. Pro quo hebrei legunt. Eructantia de nutrimēto in nutrimentū: ſiue de pulmento in pulmentum. & in lingua chaldaica ſignificat genus vel ſpeciem. vt Dañ. 3. Et vniuerſi generis muſicorū. Vnde in ſupradicto loco aliqui hebrei legunt. Eructantia ſiue educentes de genere in genus. et ſimiliter. 2. Paralipo. 16. Vbi dicitur poſueruntq; eum in lectulum ſuū plenum aromatibus et vnguentis meretriciis: vbi pro meretriciis ponitur in hebreo. זְנִים Zenim. pro quo aliqui hebrei legunt. Plenum aromatibus et vnguentorum ſpeciebus vel generibus. i. plenum diuerſis generibus vnguentorum. poteſt etiam ſignificare ſicut eſt in lr̄a nr̄a. De quo vide infra in dictione זָנָה zana. Dicunt etiam hebrei q̄ a predicta dictione poteſt deriuari זוֹנָה zona: quod ponitur pro meretrice. vt Ioſ. 2. Vbi dicitur ingreſſi ſunt domum mulieris meretricis. et q̄ poteſt etiam ſignificare hoſpitatricē vel cauponā: que ſolet eſcas vendere. Cui cōcordat tranſlatio chaldaica. et ſimil'r Ioel. 3. Vbi dicitur. Et poſuerunt puerum in proſtibulo. vbi pro proſtibulo ponitur predicta dictio. ſcilicet זוֹנָה zona. Alii interpretantur ſic. ſ. Et poſuerunt ſiue tradiderunt puerum in cauponam. ideſt vendiderunt eum p̄ nutrimēto vel eſca vñ ſequitur. et puellā vēdiderūt p̄ vino ut biberēt. vide ēt de hoc infra in dictiõe זָנָה zana. Itē זֵן Zen. i. arma ſiue baltheū. et ſcribitur cū aleph ī p̄ncipio et dī אֵזֶן Azen. Deut. 23. Gerēs paxillū in baltheo. inde זוֹנוֹת zonoth. pro quo beatus hieronymus tranſtulit Habenas. ut. 5. Reg. 22. Et habenas lauerunt iuxta uerbum domini.

Nutrimentum.

Eſca

זָן

Veſci.

זוּעַ zua. mouere. cōmouere. cōtremiſcere. Eccl's. 12. qñ cō mouebūtur cuſtodes domꝰ. Eſter. 5. et nō ſolū nō aſſurexiſſe ſibi ſed neq; motū quidē de loco. p̄ q̄ he. le. Et non ſurrexit et nō mouit ſe p̄ eo. Dañ. 6. cōtremiſcāt et paueāt deū danielis: et aliqñ duplicātur p̄ia et ultia lr̄a. ut Abach. 2. Et ſuſcitabuntur cōmouentes te. i. uexātes te. et ide זְוָעָה zeuaa. pro quo beatus hieronymus tranſtulit uexationē. ut Eſa. 28. ſola uexatio intellectum dabit auditui.

Habene.

זוּעַ

Cōmouere Mouere. cōtremiſcere.

זְוָעָה

Vexatio.

זוּר zur. exprimere. p̄mere. cōculcare. circūligare. exhorreſcere. alienare. extraneū fieri. Iudi. 6. exp̄ſſo uellere cōcham rore ipleuit. Iob. 39. Pes cōculcet ea. Eſa. 59. Et q̄d cōfotū ē erūpet ī regulū. p̄ quo he.le. Et q̄d cōculcatū uel fractū fuerit erūpet in regulū. pōitur ēt p̄ circūligare. Eſa. 1. nō ē circūligata nec curata medicamine. Sed ēt in hoc loco hebrei legūt. nō ē exp̄ſſa. ſ. a ſanie uł putredie q̄ medici ſolēt exprimere ut ulter⁹ mūdificetur. et ide מִזּוֹר mazor. i. cōculcatio ſiue cōfractio: aut ifirmitas ſcdm hebos. p̄ q̄ bēs

זוּר

Exprimere conculcare

circūligare.

מִזּוֹר

hieronymus transtulit vinculum: siue alligandū. Hiere. 30
Alligādi. Vinculus. Ad alligandum curationem tuā vtilitas nō est tibi. Osee. 5
Et vidit ephraim languorē suū: & iudas vinculū suū. Et in
eo. Nec soluere poterit a vobis vinculum. Ponitur etiā in
nostra translatione pro insidiis. vt Abdie. 1. Ponent insidi
Insidie. Exhorrescere. Alienare. Extraneus fieri. as subter te. Ponitur etiam pro exhorrescere aut alienare
vt Iob. 19. Halitum meū exhorruit vxor mea. Ps. 57. alie
nati sunt pctōres a vulua. p̄s. 68. Extraneus facti sū fratri
bus meis. Ps. 67. Non sunt fraudati a desiderio suo. Pro q̄
he. le. Nō sunt alienati. i. nō recesserūt a desiderio suo. Esa.
Recedere. 1. Abalienati sunt retrorsum. Ezech. 14. Quia recesserūt
a me in cūctis idolis suis. i. quia alienati sunt a me. Et ī eo.
זָרָא Si alienatus fuerit a me. & inde זָרָא Zara cū aleph in fine.
Nausea זָר Alienus. Extraneus זָרִים Extranei. Alieni. i. alienatio: & ponitur ꝓ nausea. vt Nu. 11. Donec exeat per
nares vr̄as & vertatur in nauseā. & inde זָר Zar. i. alienꝰ vl̄
extraneus. Leuit. 10. Offerētes corā dño ignē alienū. Nu.
3. Quisquis alienus accesserit morietur. Prouer. 11. qui fi
dē facit pro extraneo. & in plu. זָרִים Zarim. i. extranei vel
alieni. Prouer. 5. Ne forte impleantur extranei viribus tu
is. Esa. 1. Regionē vestrā corā vobis alieni comedūt. Et in
eo. Sicut in vastitate hostili. pro quo he. le. Sicut subuersio
Erūpētes. vētilatores alienorū. ponitur ēt זָרִים Zarim pro erūpētibus vel ꝓ vē
tilatoribus. Hiere. 18. Aut euelli possunt aque erūpētes fri
gide. Et in eo. 51. Et mittā in babylonē ventilatores & ven
tilabūt eū: & de hoc vide infra in dictione זָרָה Zara. Item
Oscitare. Sternutare. זוֹרֵר Zorer cū duplici res signāt oscitare. vt. 4. Reg. 4. Et
oscitauit puer septies. Hebrei tñ legūt. & sternutauit puer
septies. quia in lingua chaldaica significat sternutare.
Separare זָחַח Zachach. separare. leuare. & scribitur cum simplici
cheth. Exo. 28. Et a se iuicē rōnale & suphumerale ne
queant separari. & solū inuenitur in predicto loco.
Demisso capite. Incuruari expauescere זָחַל Zachal. incuruari. expauescere. serpere. reptare. Iob.
25. Iccirco demisso capite veritus sum vobis indicare
meam sentētiam. Pro quo he. le. Iccirco incuruatus sum si
ue expaui & timui indicare meam scientiam vobis. Signāt
Serpere. Reptile זָחֳלֶת Zocheleth ēt reptare vel serpere. Deut. 32. Cū furore trahentiū super
terrā atq; serpētiū. mich. 7. velut reptilia terre. & ide זָחֳלֶת
Zocheleth. Nomen propriū cuiusdam lapidis. 3. Reg. 1. Iu
xta lapidem zoeleth.
Zio. זִיו Ziu. Nomē mēsis: qui apud nos dicitur aprilis. 3. Reg.
6. In anno quarto mense zio ipse est mensis secundus re
gni salomōis. & ī ligua chaldaica signāt splēdorē vel ame
nitatē. vnde scdm hebreos sic dē ab apparitione florum. I
Statura. Aspectus. tem זִיו ziu. in lingua chaldaica signāt staturā siue aspectū.
Dañ. 2. Statura sublimis. Et in eo. 3. Et aspectus faciei eius
mutatus est.
Omnimodum Vniersitas זִיז Ziz Omnimodū: siue vniuersitas. Esa. 66. Et delitiis af
fluatis ab oīmoda gloria eius. Ps. 49. Et pulchritudo
agri mecum est. pro quo beatus hieronymus in psalterio iu
xta he. ve. transtulit. Et vniuersitas agri mecū est. Ps. 79.
Et singularis ferus depastus est eam. Pro quo beatus hie
Omnes. ronymus transtulit. Et oēs bestie agri depaste sunt. & dicūt
aliqui hebrei q̄ predicta dictio זִיז Ziz est genus ad omnia
animalia fera & agrestia. Alii vero dicunt q̄ est nomen be
stie fere ignote sic dicte. & solum inuenitur in locis p̄dictis
Flame. זִיקִים זִיק Zic. flama. & solum inuenitur in numero plurali. s.
זִיקוֹת Zicoth scdm formā femininorū. Esa. 50. Ecce
oēs vos accendentes ignem accincti flamis: ambulate in lu
mine ignis vestri & in flamis quas succendistis. Inuenitur
Cōpedes. etiam זִיקִים Zicim scdm formā pluralē masculinorū & po
nitur pro compedibus. Ps. 149. Ad alligandos reges eorū
in cōpedibus. Naū. 3. Optimates eius cōfixi sunt in com
pedibus. Ponitur ēt ꝓ lanceis. vt Prouer. 26. Qui mittit sa
gittas & lanceas in mortem.
Lancee זַיִת Zaith. sine זֵית Zeth. oliua siue oliuetum. Gen. 8. Por
Oliua. Oliuetum tans ramū oliue virentibus foliis. Exo. 23. Ita facies in
vinea & in oliueto tuo. Hiere. 11. Olīuam vberē pulchrā. &
זֵתִים in plu. זֵתִים Zethim. Ps. 127. Filii tui sicut nouelle oliuarū
Oliue. זָכַךְ Zachach. Purificare. Mūdare. Siue mūdū vel cādidū
Fulgere. Mūdare. Mundū eē cādidū eē. fieri. & scribitur cū simplici chaph. Iob. 9. Et fulserint
velut mundissime manus mee. Pro quo he. le. Et munda
uerim siue purificauerim in mūditia manus meas. Et ī eo.
15. Et celi non sunt mūdi in conspectu eius. Thren. 4. can
didiores nazarei eius niue. & inde זָךְ Zach. i. purus seu mū
dus aut lucidus. Leuit. 24. Vt afferant tibi oleum de oliuis
purissimū. Iob. 8. Si mundus & rectus incesseris. Et in eo.
purissimus. Mundus. 33. Mundus sum ego & absq; delicto. & in genere femini
no זַכָּה Zacha. i. mūda. Exo. 30. Galbanū boni odoris & thus
Lucidissimum. lucidissimū. Pro quo in hebreo habetur lucidissima: quia
thus apud hebreos est generis feminini. Iob. 16. Cum ha
berem mundas ad deum preces. Pro quo hebrei legunt. &
Munda. oratio mea munda. s. est. Vide etiā de hoc in dictione sequē
זְכוֹכִית ti. & inde. זְכוֹכִית. Zechochith. i. vitrum: eo quod est mun
Vitrum dum & lucidum. Iob. 28. Non adequabitur ei aurum vel vi
trum. & dicunt hebrei q̄ ponitur ibi pro vitro crystallino.
quod est purissimum et preciosissimum.
Immaculatum esse. Mundum apparere. Iustificar. זַכָּה zaca. immaculatū esse. mundare. seu mūdū apparere
Mūdū eē. corrigere. Vincere. iustificare. corrigere. Iob. 15. Quid est homo vt imma
culatus sit. Pro quo he. le. Quid est homo vt mundus sit si
ue vt mundus appareat. Et in eo. 25. Aut apparere mūdus
natus de muliere. Ps. 72. Ergo sine causa iustificaui cor me
um. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve.
transtulit. Ergo frustra mūdaui cor meum. Esa. 1. Lauami
ni: mūdi stote. Ps. 118. In quo corrigit adolescentior viam
suam. Ponitur etiam pro vincere. Ps. 50. Et vincas cum iu
dicaris. Potest etiam legi sic. scilicet: et mundes vl̄ corrigas
cū iudicaueris. Vide ēt de hoc in dictiōe precedenti. Et in
Iustitia. de זְכוּ zachu. siue זְכוּת zechuth. quod in lingua chaldaica
signāt iustitiā vel mūditiā. Dañ. 6. quia corā eo iustitia inuē
ta est in me.
Recordari meminisse זָכַר zachar. recordari. meminisse. memorari. Gen. 8. recor
datus aūt est dñs noe. Et in eo. 9. Et recordabor fede
ris mei. Et in eo. 40. Memento mei cū bñ tibi fuerit. Et in
eo. Vt suggeras pharaōi. ꝓ q̄. he. le. & memīeris mei apud
pharaonē. & in eo. Et tñ succedētibus ꝓsperis p̄posit⁹ pin
cernarū oblitus est interp̄tis sui. pro q̄ in hebreo hē. & nō ē
recordat⁹ p̄positus pincernarū ip̄ius ioseph & oblitus ē e
ius. Sed beatus hieronymus transtulit sensum. Exo. 20.
Memēto vt diē sabbati sctifices. Et in eo. In oī loco in quo
memorari. memoria fuerit nois mei. ꝓ q̄. he. le. ī oī loco ī q̄ recordari
vel memorari fecero nomē meū. & in eo. 23. Et p nomē ex
terorū deorū nō iurabitis. ꝓ q̄. he. le. & nois exterū deorū
nō recordabimini. Siue nomē exterorū deorū nō noiabi
tis. Nu. 10. Et erit recordatio vr̄i corā dño deo vr̄o. Et ī eo.
11. Recordamur pisciū q̄s comedebam⁹ in egypto gratis.
Deut. 16. vt memineris diei egressiōis tue de egypto. Et in
eo. Et recordaberis qm̄ seru⁹ fueris in egypto. & ī eo. 25.
Memēto qd fecerit tibi amalech. 1. Re. 25. Et recordaberis
ancille tue. 4. Re. 9. memini q̄ ego & tu sedētes in curru
seq̄bamur achab. Et in eo. 20. Memēto queso quō ambu
lauerim corā te. Ester. 9. Isti sunt dies quos nulla vnq̄ dele
bit obliuio. ꝓ q̄. he. le. Et isti dies mēorati. s. erūt. Iob. 4. re
cordare q̄s vnq̄ ꝑ innocēs piit. p̄s. 18. Memor sit oīs sacrificii
tui. p̄s. 41. Hec recordatus sum. Ps. 77. Et recordatus ē qa
caro sunt. Ps. 113. Dominus memor fuit nostri. Ps. 136. Si
non meminero tui. Et in titulo Ps. 137. Ybi dicitur. Psal

mus dauid in rememorationem sabbati. Pro quo hebrei le gunt. Psalmus dauid ad commemorandum siue ad recor dandum. Canti. 1. Memores vberum tuorum super vinum Esa. 43. Ne memineritis priorum. Et in eodē. 62. Qui re
Reminisci mini scimini domini: ne taceatis. Et in eodem. 66. Qui re cordatur thuris quasi qui benedicat idolo. Hiere. 13. cum recordati fuerint filii sui ararum suarum. Thren. 3. Memo ria memor ero. Et in eodem. 5. Recordare domine quid ac ciderit nobis. Ezech. 3. Et non erunt in memoria iustitie eius quas fecit. Et in eodem. 18. Et omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Et in eodem. Om nes iustitie eius quas fecerat non recordabuntur. Et in eo dem. 21. Ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendū. Et in eodem. Pro eo quod recordati estis manu capiemini Ione. 2. Domini recordatus sum. Ponitur etiam pro nomi
Molare זָכַר nare. 1. Reg. 4. Cumq; ille nominasset arcam dei. & inde
Memoria זֵכֶר Zecher. idest memoria. recordatio. commemoratio. E xo. 17. Delebo enim memoriam amalech. Ps. 9. Periit me moria eorum. Ps. 29. Et confitemini memorie sanctitatis eius. Ps. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum. Osee. 14. Memorabile eius sicut vinum libani. & aliquando scri
זִכָּרוֹן bitur cum nun in fine & dicitur זִכָּרוֹן zicharon siue זִכְרוֹן zi chron. i. memoria. recordatio. monumentum. memoriale.
monumētū recordatio Exo. 39. In monumentum filiorum israel. Nu. 10. Vt sint vobis in recordationem dei vestri. Eccls. 1. Non est prio
Memoria memoriale rum memoria. Esa. 57. Et post ostium & retro postem po suisti memoriale tuum. & in plurali. זִכְרוֹנוֹת zichronoth. & זִכְרוֹנוֹת ponitur pro historiis vel annalibus: eo quod in eis comme morantur preterita. Ester. 6. Iussitq; sibi afferri historias &
Annales. annales priorum temporum. inuenitur etiam מַזְכֶּרֶת maz
מַזְכֶּרֶת chereth. cum mem in principio. idest commemorans vel commonefaciens. Pro quo beatus hieronymus transtulit
Inuestigāo inuestigans. Nu. 5. Et oblatio iuestigans adulterium. inde
אַזְכָּרָה אַזְכָּרָה Azchara. idest commemoratio vel memoriale aut
memoriale monumentum. Leuit. 2. Et ponet memoriale super altare Et in eodem. Qui cum obtulerit ea: tollet memoriale de sa
Memoria Monumē tum. crificio. Et in eodem. De qua adolebit sacerdos in memori am muneris. Et in eodem. 24. Vt sit panis in monumen tum oblationis domini. & dicunt hebrei ף significat suffu migationem vel odorationem. & dicunt quod predicta di
Suffumi gare. ctio זָכַר Zachar est equiuoca & ף etiam significat suffumi gare vel odorari. nam Esa. 66. vbi nos legimus: qui recor
זָכָר datur thuris. Ipsi legunt. Qui odoratur vel qui suffumi
Masculus gat thus. & similiter in aliquibus locis predictis. Item זָכָר Zachar. masculus. Geñ. 1. Masculum & feminam fecit eos. Exo. 12. Agnus absq; macula masculus anniculus. Leuit. 12. Mulier si suscepto semine peperit masculum. & in plu
זְכָרִים rali זְכָרִים Zecharim. idest masculi. Exo. 13. Quidquid ha
masculi bueris masculini sexus. Pro q̄ in hebreo habetur. Quosc̄ q; habueris masculos. & inde זָכוּר Zechur. idest masculinū
זָכוּר Exo. 23. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum
masculinū תִּזָּכֶר coram domio. & inde verbum. תִּזָּכֶר Thizachar. idest si fue rit masculus: vel si fuerit generis masculini. Exo. 34. omne
Si fuerit masculus. quod aperit vuluam generis masculini meum erit. idest si fuerit masculus.
זל Zel. Vilipendere. contemnere. De quo vide supra in di
Vilipēdere. זלל ctione זול Zul.
Commessa tiōibus va cans. זוֹלֵל Zolel. vorator: siue commessationibus vacans. vilis.
Vile. זלות despectus. Deut. 21. comessationibus vacat & luxurie atq; conuiuiis. Ponitur etiam pro vili. Hiere. 15. Si separa ueris preciosum a vili. Thren. 1. Vide domine & considera quoniam facta sum vilis. & inde זלות Zuluth. idest vilissi mum: aut contēptus. Ps. 11. Cum exaltati fuerint nouissimi filiorum hominum. Pro quo btūs hieronymus in psalte rio iuxta he. ve. transtulit. cum exaltati fuerint vilissimi fili orum homiū. & in hebreo ponitur ibi singulare pro plu.
Vilissimi. זלנ Zaleg. fuscinula. tridens. & scribitur cum mem in prin
Fuscinula cipio & dicitur מזלג Mazleg. vt. 1. Reg. 2. Et habebat fu
מזלגות scinulam tridentem. & in plu. מזלגות Mizlagoth. Exo. 27.
Fuscinule. Et forcipes atq; fuscinulas. 1. Parali. 28. Ad fuscinulas quo q; & phialas.
זלזל Zalzal. propago. ramuscul⁹. Esa. 18. Prescindētur
ramuscule. ramuscul⁹. & solū iuenitur in nu. plu. & ī p̄dicto loco.
זלעף Zalaaph. horror. procella. tempestas. Ps. 118. Defe
ctio tenuit me pro peccatoribus. Pro quo beatus hie ronymus in psalterio iuxta he. ve. transtuli. Horror tenuit me ab impiis. & ī plurali. זלעפות Zilaaphoth. Ps. 10. Spiri tus procellarum pars calicis eorum.
Horror. זלעפות
Procelle. זלת Zulath. absq;. preter. Excepto. 4. Reg. 24. Exceptis
pauperibus populi terre. Scribitur etiam cum iod in fine: & dicitur זולתי Zulathi. Deut. 1. Preter caleph filium iephone. & aliquando illa littera iod ponitur pro pronomi ne prime persone. Osee. 13. Deum absq; me nescies.
Excepto. זולתי
Preter Absq. זמם Zamam. cogitare. Deut. 19. Sicut fratri suo facere co gitauit. Ps. 30. Vt acciperent animā meā consiliati sūt idest cogitauerunt. Thren. 3. Fecit dñs que cogitauit. Ps. 139. Cogitauerūt cōtra me: ne derelinquas me. Sed hebrei in predicto loco dicunt ף est nomen & legunt sic. Cogita tionem eius ne educas. idest ne educas eam in actu. vñ bea tus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Scelera eius ne effundantur. Hiere. 51. Quia cogitauit dominus & fecit. & aliq̄ scribitur cū simplici mē. vt Geñ. 11. Ne desistēt a cogitationibus suis: donec eas opere compleant. pro quo hebrei le. Et nunc nō p̄hibebitur ab eis quodcunq; cogita uerint ad faciendū. Ps. 16. Et non est inuenta in me iniqui tas: vt nō loquatur os meū opera hoīum. Pro quo he. le. nō inueniśti: quod cogitaui non transisset os meum vel nō trā sire os meum. & hic est finis versus in hebreo. & sequitur a lius versus. in opera hoīum. Beatus hieronymus in psalte rio iuxta he. ve. transtulit sic. Et nō inueniśti cogitationes meas non transire os meum. Hiere. 4. Cogitaui & non pe nitebit me. & inde זִמָּה Zima siue זִמַּת Zimath. i. cogitatio. Prouer. 24. Cogitatio stulti peccatum. significat etiā malā cogitationem vel peccatum ex proposito: aut piaculum si ue scelus vel nefas. Leuit. 19. Ne contaminetur terra: & im pleatur piaculo. Et in eodem. 20. Qui supra vxorem filiā duxerit matrem eius: scelus operatus est. & in eodem. Nec permanebit tantum nefas in medio vestri. Ezech. 16. Et nō fecit iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. Et in eodem. Scelus tuum & ignominiā tuā tu portasti. Et in eodem. 22. Scelus operati sunt in medio tui. Et in eo. 25. Sic ingrediebantur ad oolam & oolibam mulieres nefari as. Et in eodem. Et auferam scelus de terra. Osee. 6. Quia scelus operati sunt. & in plurali. זִמּוֹת Zimoth. idest co gitationes vel scelera. Iob. 17. Cogitationes mee dissipate sunt. Esa. 32. Ipse vero cogitationes concinnabit ad perdē dos mites. & aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מְזִמָּה Mezima. idest cogitatio vel consilium. vt p̄s. 138. Quia dicitis in cogitatione. Prouer. 2. Consilium cu stodiet te. & in eo. 5. Custodi legem meā atq; consiliū. Et in eo. 5. Vt custodias cogitationes. Hiere. 11. Quid est q̄ di lectus meus in domo mea facit scelera multa. Vbi ponitur מְזִמָּתָה Mezimátha cum tau & he in fine. & p̄ponitur ibi in he breo singulare p̄ plurī: nā plurr dicitur מְזִמּוֹת Mezimoth. Prouer. 14. Et vir versutus odiosus est. Pro quo he. le. & vir cogitationum vel scelerum odiosus est.
Cogitare. זמם
Cogitatio זִמָּה
Consilium
Scelus. זִמָּתָה
Piaculū. Scelus.
Nefas.
Cogitatiōes זִמּוֹת
Scelera. מְזִמָּה
Cogitatio Consilium
מְזִמָּתָה מְזִמּוֹת

זְמַן Tempus

זמן Zeman. tempus. Nec. 2. Et constitui ei tēpus. & Eccl's. 3. Omnia tempus habent. & Dañ. 2. vt tempus daretur ei. & in lingua chaldaica scribitur aliquando cum aleph in fine. vt in eodem. 3. Statim vt audierūt. pro quo hebrei legunt. Eodē tempore vt audierūt. &c. & in plu. זִמְנִין Zímnin. siue זִמְנָיָא Zimnaia. i. tempora. Dañ. 2. Et ipse mutat tempora. & in eodē. 6. Et tribus temporibus in die flectebat genua. Item זְמַן Zamen. in lingua chaldaica significat componere vel preparare. Dañ. 2. q interpretationem quoq; fallacem & deceptiõe plenam composueritis. & inde מְזַמָּנִים Mezumanim secūdum terminationem pluralem masculinorum. siue מְזַמָּנוֹת Mezumanoth secūdum terminationem femininorum. i. tempora statuta aut constituta vel determinata. Nec. 10. Per tempora a temporibus anni ad annum. pro quo hebrei legunt. Per tempora statuta vel determinata de anno in annum. & in eodem. 13. In temporibus constitutis & in primitiis.

זִמְנָיָא Tempora.

זְמַן Cõponere

מְזַמָּנִים מְזַמָּנוֹת tpa statuta

זָמַר Psallere

זמר Zamar. psallere. cantare. secare. putare. s. vites. Iudi. 5 Psallam domio deo israel. Ps. 46. Psallite regi nostro psallite. & in eodem. Psallite sapienter. Ps. 137. In conspectu angelorū psallā tibi. Ps. 146. Quoniam bonꝰ est psalmus deo nostro. Pro quo hebrei legunt. Quoniam bonū est psallere vel cantare deo nostro. & inde מִזְמוֹר Mizmor. i. psalmus vel canticū. vt in titulis psalmorū. Ps. 3. Psalmus dauid cū fugeret a facie absalom. & sic de reliquis. & inde זְמִיר Zamir. i. cantus. s. auium circa ver. vel putatio. s. arborum. Canti. 2. Tempus putatiõis aduenit. Quod alii interpretantur. Tempus cantus aduenit. & in plurali זְמִירוֹת Zemiroth. i. cantica vel carmina. Iob. 35. Qui dedit carmina in nocte. Ps. 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tue. & inde. זִמְרָה Zímra siue זִמְרַת Zímrath. i. laus siue canticum. Exo. 15. Fortitudo mea & laus mea dominus. Ps. 117. Vbi eadem verba habentur. & in vtroq; loco deficit iod littera in fine: que ponitur pro hoc pronoie mea: tamē sub intelligitur. Esa. 51. Gratiarum actio & vox laudis. Põitur etiam pro canticis. Amos. 5. Et cantica lyre tue non audiā. & inde זְמָרָא Zemara. qđ in linga chaldaica signiat musicam siue canticū. Dañ. 3. Et vniuersi genīs musicorum. & inde זַמְּרָיָא Zemaraia. i. cantores. Esdre. 7. Cantoribus & ianitoribus. Significat etiam זִמְרָה Zímra optimum: eo qđ est laudabile. Gen. 43. Sumite de optimis terre frugibꝰ. & inde מִזְמָרוֹת Mezameroth. Quod significat quedā instrumenta musica secūdum hebreos. pro quo beatus Hieronymus trāstulit psalteria. Hier. 52. Psalteria & phialas & mortariola. in alio vero loco traduxit Fuscinulas. vt. 3. Reg. 7. Et forcipes aureos & hydrias & fuscinulas. 4. Reg. 12. Et fuscinule & turibula. Item זָמַר Zamar. i. secare vel putare. Leuit. 25. Sex annis putabis vineam tuam. & in eodem. Et vineam tuam non putabis. Esa. 5. Non putabitur & nō fodietur. & inde זְמִיר Zamir. i. putatio. Canti. 2. Tempus putationis aduenit. Potest etiam interpretari tempus cantici aduenit. Signiat ēt palmitē vel ꝓpaginē: eo q putatur & scidit ur ex arbore. Esa. 25. Propaginem fortium marcescere faciet. & inde זְמוֹרָה Zemora. i. palmes. propago. ramꝰ. germē. vitis. Nu. 13. Abscinderunt palmitē cū vua sua. Eze. 8. Et ecce applicant ramū ad nares suas. & in p̄dicto loco dicunt hebrei q significat fetorem vel malum odorem. ponitur ēt pro vite vel germine. Eze. 15. Quomodo fiet de lignovitis Esa. 17. Et germen alienum seminabis. & in plurali זְמוֹרִים Zemorim. i. propagines. Naū. 2. Et propagines eius corruperunt & inde מַזְמֵרוֹת Mazmeroth. i. falces siue ligones. Esa. 2. Et cōflabūt gladios suos in vomeres: & lanceas suas in falces. & in eodem. 18. Et prescindentur ramusculi eius falcibus. Ioel. 3. Concidite aratra vestra in gladios: & ligones in lanceas. Et solum inuenitur in numero plurali. Item זְמֵר Zámer. nomen cuiusdam animalis: pro quo beatꝰ Hieronymus transtulit Camelopardalum. Deut. 14. Orygen & camelopardalum.

זְמִירוֹת Carmina Cãtabilia.

זִמְרָה Laus.

זְמָרָא Musica

זַמְּרָיָא Cantores.

זִמְרָה Optimum Cantica.

מְזַמָּרוֹת Psalteria

Fuscinule.

זְמַר Putare

זְמִיר Putatio

זְמוֹרָה Palmes Ramus

זְמוֹרִים Propagies

מַזְמֵרוֹת Falces.

זָנָב Cauda.

זנב Zanab. cauda. Exo. 4. Et apprehēde caudam eius. Deut. 28. Constituet te dominus in caput & non in caudam. Esa. 9. Et disperdet dominus ab israel caput & caudā & in eodem. Et propheta docens mendacium ipse est cauda. & in plurali זְנָבוֹת Zenaboth. Iudi. 15. Et falces ligauit in medio. pro quo hebrei legūt. Et posuit falcem in medio duarum caudarum. Esa. 7. Et cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum. & inde זָנַב Zíneb. i. caudam abscidit vel extremos percussit aut cecidit. Deut. 25. Et extremos agminis tui qui lassi residebant ceciderit. Ios. 10. Et extremos quoq; fugientium cedite.

זְנָבוֹת Caude.

זָנַב Cedere extremos

זָן

זן Zan. siue זִן Zen. esca. nutrimentum. species siue genus De quo vide supra in dictione זִן Zun.

זָנָה Fornicari.

זנה Zana. fornicari. luxuriari. Gen. 38. Fornicata est tamar nurus tua. Leuit. 19. Ne prostituas filiā tuam. Pro quo hebrei legunt. Non contaminabis siue non violabis filiam tuam: vt facias eam fornicari. i. ne exponas eam fornicationi. & in eodem. 20. Vt fornicaretur cum moloch. & in eodē Et fornicata fuerit cum eis. & in eodem. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro. i. si fornicata fuerit. Deut. 31. Populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos. Iudi. 19. Que reliquit eū. pro qꝰ hebrei legunt. Et fornicata est ab eo concubina eius. 2. Paralip. 21. Et fornicari fecit habitatores ierusalem. Ps. 72. Perdidisti omnem qui fornicatur abs te. Esa. 23. Et fornicabitur cum vniuersis regnis terre. Hiere. 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis Ezech. 6. Quia contriui cor eorum fornicans & oculos eorum fornicantes. Osee. 1. Quia fornicans fornicabitur terra a domino. & in eodem. 2. Quia fornicata est mater eorū & in eodem. 3. Non fornicaberis & non eris viro. & in eodē 4. Fornicati sunt & non cessauerunt. & in eodem. Fornicatione fornicati sunt. & in eodem. 5. Quia nunc fornicatus est ephraym & ide זוֹנָה Zona. i. meretrix. fornicaria. Gen. 38. Suspicatus est esse meretricem. Leuit. 21. Sordidā & meretricem non accipiant. Ios. 2. Ingressi sunt domum mulieris meretricis. & dicunt aliqui hebrei q in predicto loco significat hospitatricem vel cauponam. De quo vide supra in dictione זוּן Zun. Iudi. 11. Filiꝰ mulieris meretricis. Prouer. 7. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio. 2. Paralip. 16. Posuerunt eum super lectulum plenum aromatibus & vnguentis meretriciis. vbi ponitur זְנִים Zenim. De quo vide supra in dictione זוּן Zun. Esa. 1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis. & in plurali זְנוֹת Zonoth. i. meretrices. 3. Reg. 3. Tunc venerunt due mulieres meretrices. ponitur etiam זנות Zonoth pro habenis. De quo vide supra in dictione זוּן Zun. & inde זְנוּת Zenuth. i. fornicatio. Nu. 14. Et portabunt fornicationem vestram. Osee. 4. Fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. & aliquando scribitur cū littera tau in principio & dicitur תַּזְנוּת Thaznuth. Ezech. 16. Et exposuisti fornicationem tuam omni transeunti. & in eodem. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra chanaā. & in eodem. 23. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in egypto non dereliquit. Et aliquando duplicatur littera nun in nūero plurali & dicitur זְנוּנִים Zenunim siue זְנוּנֵי Zenune. Osee. 1. Sume tibi vxorē fornicationū & fac filios fornicationum. & in eodem. 2. Auferat fornicationes suas a facie sua. Naū. 3. Propter multitudinē fornicationū meretricis.

זוֹנָה Meretrix.

זנות meretrices

זְנוּת fornicatio.

תַּזְנוּת fornicatio.

זְנוּנִים fornicationes.

זָנַח Abũcere Repere. Polucre.

זנח Zanach.abiicere.repellere.deficere.i.parali.11.Eoqđ abiecíſſet eos ieroboã & poſteri ei?.& in eodẽ.29. Cũ ctamq; tẽpli ſupellectilẽ quã polluerat rex achaz.pro quo hebrei legunt.quã abiecerat rex achaz.Threñ.2.Repulit al tare ſuum.& in eodem.3.Et repulſa eſt anima mea.& in eo dem.Quia non repellet in ſempiternum dñs.ponitur etiã pro deficere.Eſa.19.Et deficient flumina vbi additur litte ra aleph ante litterã Zain.

זָנַק Fluere. Saltare.

זנק Zanac.fluere. Deut.33.Dan catulus leonis fluet largi ter de baſan.& ſolum inuenitur in predicto loco.& di cunt hebrei q̃ ſignificat ſaltare:quia in lingua ſyra idem ſi gnificat.& in hebreo non habetur largiter:ſed ſic.Fluet de baſan ſiue ſaltabit de baſan.

זִיעַ Sudor.

זיע Ziaa.ſudor. De quo vide infra in dictione יזע Iazaa.

זַעֲוָה Diſperſio. Cõmotio

זעוה Zaaua.diſperſio ſiue cõmotio.Deut.28.Vt diſperga ris per omnia regna terre.pro quo hebrei legunt. Et eris in diſperſionem vel in cõmotionẽ p omnia regna terre

זָעַר Breuiare Amputare

זער Zaach.breuiare.Iob.17.Dies mei breuiabuntur.& ſo lum inuenitur in predicto loco.& dicunt hebrei q̃ ſi gnificat ſcindere ſiue amputare.vnde ipſi legũt.Dies mei conſciſſi ſunt ſiue amputati ſunt.

זָעַם Deteſtari Iraſci Indignari

זעם Zaam.deteſtari.iraſci. indignari. Nu.23. Propera & deteſtare iſrael.& in eodem. Qua ratiõe deteſter quẽ dominus non deteſtatur.Ps.7.Nunquid iraſcetur per ſin gulos dies.& Prouer.24.Et deteſtabũtur eos trib?. Daſi. 11.Et indignabitur contra teſtamentum ſanctuarii.Zach.1 Vſq;quo tu non miſereberis ieruſalem & vrbiũ iuda quib? iratus es.& inde זַעַם Záam.i.ira.furor.indignatio. deteſta tio.Ps.68.Effunde ſuper eos iram tuam.Oſee.7.Cadẽt in gladio principes eorũ a furore lingue ſue. & inde זַעַם Zeum ideſt deteſtandus ſiue ille cui aliquis iraſcitur. Prouer. 22. Cui iratus eſt dominus incidet in eam.& in genere femini no זַעֲמָה Zeuma.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit plenam ire.Michee.6.Et menſura minor ire plena.& inde נִזְעָמִים Nizaamim.i.irati vel deteſtabiles. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit triſtem. Prouer.25. Et facies triſtis linguam detrahentem.& in hebreo ſcribitur pluraliter Quia facies eſt in hebreo pluralis nũeri & gñis maſculini.

זַעַף Iraſci Minari Feruere.

זעף Zaaph. iraſci. ira feruere. Minari.2. Paralip. 26. Ira tuſq; ozias tenens manu thuribulum.& in eodem.Mi nabatur ſacerdotibus.Prouer.19.Et contra dominum fer uet animo ſuo.& inde זָעֵף Záaph.i.ira feruor. Michee.7. Iram domini portabo. Ione.1.Et ſtetit mare a feruore ſuo. & inde זָעֵף Zaeph.i.furibundus.3.Reg.20.Furibundus ve nit in ſamariam.& in plurali זֹעֲפִים Zoaphim.i. furibundi vel triſtes.Geñ.40.Ad quos cum introiſſet ioſeph mane& vidiſſet eos triſtes.Ponitur etiã pro macilẽtis. Dañ.1. Qui ſi viderit vultus vr̃os macilẽtiores pre ceteris adoleſcẽtib?.

זָעַק Clamare

זעק Zaac.Clamare.vociferari.vocare.conuocare.congre gare.accerſere.1.Reg.15.Et clamauit ad dominũ tota nocte.2.Reg.3.Ibat ingrediens & clamans. 2. Paralip.18. At ille clamauit ad dominum.Nee.9.Cõuerſiq; ſunt & cla mauerunt ad te. Iob.35.Propter multitudinem calũniato rum clamabunt.Ps.21.Ad te clamauerunt & ſalui facti ſũt. Eſa.15.Clamauit eſebon & eleale. & in eodem.57. Cunq; clamaueris liberent te.Ezech.17.Clama & vlula fili homi nis.Oſee.7.Et non clamauerunt ad me in corde ſuo.Poni tur etiam pro vociferari.Exo.2.Et ingemiſcẽtes filii iſrael propter opera vociferati ſunt.Ioſ.8.At illi vociferantes pa riter & ſe mutuo cohortantes. Abach.1. Vociferabor ad te vim patiens.Item ponitur pro vocare ſiue inuocare. Oſee 8. Me inuocabunt deus meus.Zach.6.Et vocauit me & lo cutus eſt ad me. Significat etiam accerſere vel congregare aut conuocare ſiue conclamare.Iudi.4.Qui accerſitis za bulon & neptalim aſcendit.& in eodem.18.Cõclamãtes ſe cuti ſunt. pro quo hebrei legunt. Congregati ſiue collecti ſunt.& in eodem.Quid tibi vis cur clamas.pro quo hebrei legunt.Cur congregatus vel collectus es.ſ.cum viris dom? tue.2.Reg.20.Conuoca mihi oẽs viros iuda. & in eodem. Abiit ergo amaſa vt conuocaret iudam.& inde זַעֲקָה Zaaca ſiue זַעֲקַת Zaacath.i.clamor vociferatio. vt Geñ.18.Cla mor ſodomorum & gomorreorũ multiplicatus eſt.Nee.9 Clamorẽq; eorum audiſti.Iob.16.Neq; inueniat in te locũ latendi clamor meus.Eſa.15.Q̃m circũdedit clamor termi num Moab.Hiere.50.Et clamor inter gẽtes auditus eſt.

Accerſere. cõclamare cõgregare Cõuocare. זַעֲקָה Clamor

זְעַר Paululũ. Modicum מְזְעָר Paucus

זער Zeer.paululũ.parũ.modicũ. Iob.36.Suſtine me pau lulum & indicabo tibi.Eſa.28.Modicum ibi: modicũ ibi.& ſcribitur cũ mem in principio & dicitur מְזְעָר Mizaar. Eſa.24.Et relinquentur homines pauci.Quod in hebreo legitur ſingulariter.ſ.& relinquetur homo paucus.& poni tur ibi ſingulare pro plurali.& in eodem.29. Nõne adhuc in modico & in breui conuertetur líbanus in chermel.

זֶפֶת Pix.

זפת Zépheth.ſiue זֵפֶת Zápheth.Pix. Exo.2. Et liniuit eã bitumine & pice.Eſa.34. Et cõuertentur torrẽtes ei? in picem & erit terra eius in picem ardentem.

זָקַק Purgare. Colare.

זקק Zacac.purgare.cõflare.colare.diſtillare.Ps.11.Purga tum ſeptuplum.Eſa.25.Vindemie defecate.pro quo hebrei legunt. Feces colate ſeu purificate. Malach.3.Et co labit eos quaſi aurum & quaſi argentum.& aliquando ſcri bitur cum ſimplici coph. Iob.28. Et auro locus eſt in quo conflatur.& in eodem.36.Et effundit imbres inſtar gurgi tum.pro quo hebrei legunt. Et diſtillabunt imbres. Item זִקִּים Zicim.i.compedes. Pa.149. Ad alligandos reges eo rum in cõpedibus.De quo vide ſupra in dictione זִיק Zic.

Cõflare Diſtillare. זִקִּים Cõpedes

זָקַן Seneſcere

זקן Zacan.ſeneſcere.Geñ.18.Nũ vere paritura ſum anus. Pro quo hebrei legũt.Nũ vere paritura ſum cum ego ſenuerim.& in eodẽ.27. Senuit aũt iſaac. Ioſ.13. Senuiſti & longeuus es.1.Reg.12.Ego autem ſenui & incanui.Iob. 14.Si ſenuerit in terra radix eius.Prouer.22. Etiam cum ſenuerit nõ recedet ab ea.& inde זָקֵן Zachen.ſiue זָקֵן Zecã ideſt ſenex aut ſenior.Geñ.19.A puero vſq; ad ſenem. & in eodem.24.Erat aũt abraã ſenex.& in eodẽ.Dixitq; ad ſer uum ſeniorem domus ſue. Leuit.19. Et honora perſonam ſenis.& in plurali זְקֵנִים Zechenim ſiue זְקֵנִי Zicne. Geñ. 18.Erant autẽ ambo ſenes.Exo.24. Et ſeptuaginta ſenes ex iſrael.& inde זָקֵן Zóchen.i.ſenectus.vt Geñ.48. Oculi enim iſrael caligabant pre nimia ſenectute. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur זְקֵנָה Zicna.i.ſenecta vel ſenectus. Ps.70.Ne proiicias me in tempore ſenectutis.& in eodem Et vſq; ad ſenectam & ſenium de? ne derelinquas me. Eſa. 46.Et vſq; ad ſenectam ego ipſe.Declinatur etiam plurali ter.& dicitur זְקֵנִים Zecunim.i.ſenectus. Geñ.21. Et pepe rit filium in ſenectute ſua.& in eodem.38.Eo quod in ſene ctute genuiſſet eum.pro quo hebrei legunt. Quia filius ſe nectutis fuit ſibi. Itẽ זְקַן Zacan ſiue זְקָן Zecan.ideſt barba ſiue mentũ. Leuit.13. Vir ſiue mulier in cuius capite vl̃ bar ba germinauerit lepra.1.Reg.17.Et apprehendebãmentũ eorum & ſuffocabam interficiebãq; eos.2. Reg.10. Raſitq; dimidiam partem barbe eorum.& in eodẽ.Manete in hie rico donec creſcat barba veſtra.& in eodẽ.20. Et tenuit ma nu dextera mentum amaſſe.Ps.132.Quod deſcẽdit in bar bam barbam Aaron.Eſa.7.Et pilos pedum & barbã vni verſam.Hiere.41.Raſi barba & ſciſſis veſtibus.

Senecta זְקֵנִים Senes. זֹקֶן Senectus זִקְנָה Senecta זְקָן Barba. Mentum.

זָקַף Erigere

זקף Zacaph.leuare.erigere.Ps.144. Et erigit omnes eli ſos.& ſolum inuenitur in predicto loco.

זָר Extraneus

זר Zar.extraneus.alienus. De quo vide ſupra in dictione.

זֹר Circulus

זוֹר Zur. Item זֵר Zer. circulus siue corona. De quo vide infra in dictione זָרָה Zara.

זָרַר Ocitare

Zarar. oscitare. 4. Reg. 4. Et oscitauit puer septies. Hebrei tamen dicũt ק significat sternutare. De quo vide supra in dictione זוֹר Zur.

זָרַב Dissipare.

Zarab. Dissipare. Iob. 6. Tempore quo fuerint dissipati peribunt. & solum inuenitur in predicto loco.

זָרָה Spargere ⁊ dispergere

Zara. spargere. dispergere. ventilare. circundare. alienare. exhorrere. Exo. 32. Quem sparsit in aquã. Nu. 16. Ignem huc illuc ꝙ dispergat. Iob. 18. Aspergatur in tabernaculo eius sulfur. Prouer. 1. Frustra enĩ iacitur rete ante oculos pẽnatorum. i. frustra spargitur vel extenditur. Hiere. 31. Qui dispersit israel cõgregabit eum. & in eodem 49. Dispergam eos in omnem ventũ. Ezech. 5. Tertiã vero aliam disperges in ventum. & in eodem. Tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam. & in eodẽ. 6. Et dispergã ossa vestra circa aras vestras. Malach. 2. Et dispgam super vultum vestrũ stercus solẽnitatum vestrarũ. Signific etiam ventilare. Ruth. 3. Et hac nocte areã hordei ventilat. Hiere. 4. Non ad ventilandũ & non ad purgandũ & in eodẽ. 49. Et ventilabo eos in omẽs vẽtos istos. & in eodem. 51. Et mittã in babylonem ventilatores & ventilabũt eam. vbi ponitur etiã זָרִים Zarim ꝑ vẽtilatorib⁹. Ezech. 5 Et ventilabo vniuersas reliquias tuas. & in eodẽ. 22. Et vẽtilabo te in terras. & in eodẽ. 29. Et ventilabo eos in terras. Zach. 1. Hec sunt cornua que ventilauerunt iudam per singulos viros. & inde מִזְרֶה Mizre. i. ventilabrum. Esa. 30. Sicut in area vẽtilatum est. Pro quo hebrei legunt. Quod vẽtilatũ est cũ pala & cũ ventilabro. Hiere. 15. Et dispergam eos vẽtilabro in portis terre. & inde מְזָרִים Mezarim. qđ se cũdũ hebreos significat ventos ventilãtes a parte septẽtrionali qui sunt frigidissimi. pro quo beatus Hieronym⁹ trãstulit arcturũ. Iob. 37. Ab interioribus egredietur tẽpestas & ab arcturo frigus. Item זָרָה Zara. i. circunligare. circundare. 2. Reg. 22. Accinxisti me fortitudine ad preliũ. Ps. 138. Semitã meã & funiculum meum inuestigasti. pro quo hebrei legunt. Semitã meã & accubationem meam circundedisti vel circunligasti. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ primã significationem sequens ita trãstulit. Semitam meã & accubationẽ meã euentilasti. Inde זֵר Zer. pro quo btũs Hieronymus transtulit coronã siue labium quod fiebat per circuitũ arce vel mense aut altaris thymiamatis. Exo. 25. Faciesq; supra coronam aureã per circuitũ. & in eodẽ. Faciesq; illi labium aureum per circuitum. & in eodem. Et super illam alteram coronã aureolam. & in eodem. 30. Faciesq; ei coronã aureolam per gyrũ & duos anulos aureos sub corona. Item זָרָה Zara. i. alienare siue alienatũ eẽ. exhorrere. De quo vide supra in dictione זוֹר Zur. & inde זָרָא Zara cũ aleph in fine loco he. idest alienatio vel horror. pro quo beatus Hieronymus transtulit nauseam. vt Nu. 11. Donec exeat per nares vestras & vertatur in nauseã. & inde dicũt aliqui ק deriuatur מַמְזֵר Mamzer. quod significat adulterinũ. i. natus de adulterio vel de scorto natus. De quo vide infra in dictione מָזַר Mazar.

זֵר Circulus

זָרַר Ocitare

זָרַב Dissipare.

זָרָה Spargere ⁊ dispergere

זֵר Corona Labium.

זָרָה Alienare

זָרָא Nausea

מַמְזֵר De scorto natus.

זָרְזִיף Stillare.

זָרַר Irrorare

זַרְזִיר Gallus succinctus.

זָרְזִיף Zarziph. stillare. irrorare. Ps. 71. Sicut stillicidia stillantia super terram. vbi pro eo quod in littera nostra est stillantia in hebreo ponitur זַרְזִיף Zarziph. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ sic transtulit. vt stille irrorantes terram. & solum inuenitur in predicto loco.

זַרְזִיר Zarzir. nomen est cuiusdã animalis. pro quo beat⁹ Hieronymus transtulit Gallus succinctus. Prouer. 30. Gallus succinctus lumbos suos & aries. & solum inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei ק significat canem leporarium qui est precinctus lumbos & velocissim⁹ ac fortis. Alii vero dicunt ק significat leopardum qui etiã est gracilis circa lumbos r & fortissimus. & põt deriuari a dictione זָרַז Zaraz. que in lingua chaldaica significat accingere vel precingere.

זָרַז Accingere

זָרַח Oriri. Exoriri

Zarach. oriri. vt Gen. 19. Sol egressus est super terrã. pro quo hebrei legunt. Sol ortus est super terrã. Iob. 9. Qui precipit soli & non oritur. Ps. 111. Exortum est in tenebris lumẽ rectis corde. Eccl's. 1. Et oritur sol & occidit. 2. Paralip. 26. Statimq; orta est lepra in fronte eius. Esa. 58. Et orietur in tenebris lux tua. & in eodem. 60. Et gloria domini super te orta est. & in eodem. Super te autem orietur dominus. & in eodem. Et reges in splendore ortus tui. Malach. 4. Et orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitie. & inde locus vbi oritur sol dicitur מִזְרָח Mizrach. i. ort⁹ siue oriẽs. Ps. 102. Quantum distat ortus ab occasu. Ps. 112. A solis ortu vsq; ad occasum. Esa. 45. Ab oriente adducam semen tuum. & in eodem. 46. Vocans ab oriente iustũ & inde אֶזְרָח Ezrach. i. indigena quasi inde ortus. Exo. 15. Tam de aduenis ꝙ de indigenis terre. & in eodem. Eadem lex erit indigene & colono qui peregrinatur apud vos. Leuit. 19. Sed sit quasi indigena inter vos aduena qui habitauerit in vobis. Significat etiam אֶזְרָח Ezrach quoddam genus arboris: quam cedrũ nominat translatio nostra. Ps. 36 Vidi impium super exaltatum & elevatum sicut cedrus libani. & dicunt aliqui hebrei ק significat quandã arborem que semper est viridis & recens quasi sit in ortu suo: quam aliqui putant esse laurum. vnde legunt sic. Vidi impium robustum & fortem quasi laurum virentem. Sed beatus Hieronymus primã significationem sequẽs in psalterio iuxta hebraicã veritatẽ sic transtulit. Vidi impium robustũ & fortissimũ sicut indigenam virentem. Est etiam אֶזְרָחִי Ezrachi cognomẽ cuiusdã viri: fortasse eo quod erat orientalis. vt in titulo psalmi. 88. vbi dicitur. Intellect⁹ ethã ezraites.

מִזְרָח Ortus. Oriens

אֶזְרָח Indigena.

אֶזְרָח Cedrus

אֶזְרָחִי Ezraites

זֶרֶם Impetus. Turbo. Tẽpestas. Imber.

זֶרֶם Zérem. impetus. tempestas. turbo. ſ. aquarum. imber gurges. fluxus. Esa. 28. Sicut impetus grãdinis turbo consurgens: sicut impetus aquarum multarum. & in eodem 25. Quasi turbo impellens parietem. & in eodem. 32. Erit vir sicut qui absconditur a vento & celat se a tempestate. ponitur etiam pro imbre. Iob. 24. Quos imbres mõtium rigant. Hebrei tamen dicunt ק in predicto loco significat rivos vel fluctus qui impetuose descendunt de montibus. & legunt sic: a fluctibus montium siue a riuis montium humectabuntur. Itẽ ponitur pro gurgite. Abach. 3. Gurges aquarum transiit. Scribitur etiam cũ tau in fine & dicitur זִרְמָה Zirma in genere feminino. pro quo beatus Hieronymus transtulit fluxum. vt Ezech. 25. Sicut fluxus equorũ fluxus eorum. & inde verbum זָרַם Zarom. i. impetuose fluere: siue impetuose percutere. Ps. 76. Multitudo sonitus aquarũ vocem dederũt nubes. Pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Excusserũt aq̃s nubila. i. impetuose fluxerũt aque de nubib⁹. Ps. 87. Que pro nihilo habentur eorum anni erunt. pro quo beat⁹ Hieronymus in psalterio iuxta hebraicã veritatem transtulit. Percutiente te eos vt somnium erunt.

Gurges זִרְמָה

Fluxus זָרַם

Impetuose fluere.

זָרַם percutere.

זָרַע Serere Seminare

Zaraa. seminare. serere. Gen. 26. Seuit autem isaac in terra illa. Exo. 23. Sex annis seminabis terram tuã. Leuit. 19. Agrum tuum non seres diuerso semine. & in eo. 25. Non seretis neq; metetis sponte in agro nascẽtia. & in eodem. Seretisq; anno octauo. Deut. 22. Non seres vineam tuam altero semine. & in eodẽ. 29. Ita ut non seratur. Iudi. 6. Cũq; seuisset israel. Iob. 4. Seminant dolores & metunt

eos.& & in eodē.31.Seram & alij comedat.Ps.106.Et semi nauerunt agros & plantauerunt vineas.Ps.125.Qui semi nant in lachrimis in exultatione metent.Eccl's.11.Mane se mina semen tuum.Esa.17.Et germen alienū seminabis.& in eodē.32.Beati qui semiatis super oēs aquas.& in eo. 40 Et quidem neq; plantato ueq; sato:quod in hebreo legitur pluraliter.s.neq; plantati sunt neq; sati sunt..& in eodē.55 Et dat semē serenti. Hiere.4.Et nolite serere inter spinas. & in eodem.12.Seminauerunt triticū & spinas messuerūt. Ezech.36.Et arabimini & accipietis semētem.pro quo in hebreo habetur.& seminabimini.Osee.2.Et seminabo eā mihi in terra.Accipitur etiam pro generare.Leuit.12.Mu lier si suscepto semie peperit masculum.pro quo hebrei le gunt.Mulier si seminificauerit.i.si fecit semē & genrauit & peperit masculum.Nu.15.Erit innoxia & faciet liberos. Pro quo in hebreo habetur.& erit innoxia & seminabitur semine.i.faciet liberos.sicut est in littera nostra.& inde זֹרֵעַ Zoréaa siue מַזְרִיעַ Mazriaa.i.seminificans; vel semē faciēs aut semen afferens.Gen.1.Germinet terra herbā virentē & facientē semen.vbi ponitur מַזְרִיעַ זֶרַע Mazriaa zéraa. Pro quo hebrei legunt.Seminificantem semen.& in eodē Et protulit terra herbam virentem & facientem semen. & in eodem.Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem se men.& inde. זְרוּעַ Zarūaa.i.seminabile vel seminatum. Leuit.11.Si ceciderit super sementem.pro quo hebrei le gunt Si ceciderit super omnē sementem seminabilem vel seminatā. Ps.96.Lux orta est iusto.pro quo in hebreo ha betur.Lux seminata est iusto.Sed si scribatur cum lēa cheth in fine.tunc interpretatur orta est. Sed in bibliis hebraicis reperitur זָרוּעַ Zaruaa cū ain in fine.quod interpretatur se minata est. et inde זֶרַע Zéraa siue זָרַע Záraa .i.semen vl'se mentis.Gen.1.Cuius semen in semetipso sit. & in eodem. 3.Inimicitias ponam inter te & mulierem & semen tuū & semen illius.Et in eodem.8.Cunctis diebus terre sementis et messis.Et in eodē.15.Semini tuo dabo terrā hanc. Et in eodem.15.Scito prenoscēs q̄ peregrinū futurum sit semē tuū.Leuit.11.Si ceciderit super sementē non polluet eam. Nu.11.Erat aūt man quasi semen coriandri.Et in eodē.24 Et semen illius erit super aquas multas. Deut.4. Et elegit semen eorum post eos.1.Reg.1.Dederisq; serue tue sexum virilem.pro quo hebrei legunt. Dederisq; serue tue semen virorum.i.semen virile.Esa.17.Et mane semen tuum flore bit.Dicitur enim semen tā de frumento q̄ de herbis vel plā tis & etiā de hominib?.sicut dicitur fructus arboris & fru ctus ventris.Et aliquando scribitur cum mem in principio & dicitur מִזְרַע Mizraa.Esa.19.Et omnis semētis irrigua siccabitur.& in plurali זְרָעִים Zeraim.1.Reg.8. Sed et sege tes vestras et vinearū reddit? addecimabit.pro quo hebrei legunt.Semina vestra et vineas vestras addecimabit. Esa. 61.Et sicut hortus germen suum germinat.pro quo hebrei legunt.Et sicut hortus semina sua germinat.& inde זְרֹעִים Zeroim.i.legumina.Dañ.1.Et dentur nobis legumina ad uescendum . Scribitur etiam cum littera nun & dicitur זְרֹעִנִים Zeronim .i. legumina.Itē זְרוֹעַ Zeroa.i. brachiū siue armus.Exo.6 .Ac redimā vos in brachio extēto. & in eodē.15.In magnitudine brachii tui fiant inmobiles q̄si lapis.Iob.26.Et sustentas brachium eius qui nō est fortis. Et in eodē.40.Et si habes brachium sicut deus.Ps.135. In manu potenti & brachio extento. Esa.33.Esto brachiū nō strum in mane.Et in eodem.52.Parauit dominus brachiū sanctum suum.& in eodem.53.Et brachium domini cui re uelatum est.Malach.2.Ecce ego proiiciam vobis brachiū. Sed in predicto loco hebrei habent זְרַע Zéraa.i.semen. vt supra. Vnde ipsi legunt sic.s.Ecce ego increpabo vobis se men vel sementem.Et aliquādo additur aleph in principio & dicitur אֶזְרֹעַ Ezróaa.i.brachium. Iob. 31. Et brachium meū cū suis ossibus confringatur. Hiere.32.Et in manu ro busta & in brachio extento .Significat etiam זְרֹעַ Zeróaa. Armū.Nu.6.Et armum coctum arietis.Deut.18.Dabūt sa cerdoti armū ac ventriculum.& in plurali זְרֹעִים Zeroim siue זְרֹעֵי Zeroe secūdum terminationem masculinorum aut זְרֹעוֹת Zerooth secundū terminationē femininorū. Gen. 49.Et dissoluta sunt vincula brachiorū eius. Deut.33.Sub ter brachia sempiterna.Ps.17.Et posuisti vt arcum ereum brachia mea.Ps.36.Qui brachia pctōrū cōterētur.Esa.51. Et brachia mea populos iudicabunt.Dan.11.Et brachia au stri non sustinebunt.& in eodem.Et brachia pugnantis ex pugnabuntur a facie eius.& in eo.Et brachia ex eo stabūt.

זָרַק Zarac.spargere.aspergere.dispergere.fundere.effun dere.Exo.9.Et spargat illud moyses in celum.Nu.19. Quia aqua expiationis non est aspersus.& in eodē.Et non est aqua lustrationis aspersus.2.Paralip.34.Et super cumu los eorū qui eis immolare consueuerant fragmenta disper sit.ponitur etiā pro fundere vel effundere. Exo. 24. Partē aūt residuā fudit super altare.Leuit.1.Fundentes per altaris circuitum.& in eodem.Sanguinem vero illius fundent sup altare.Ezech.36.Et effundam super vos aquam mundam. Osee.7.Sed & cani effusi sunt in eo.& inde מִזְרָק Mizrac.i. phiala vel peluis aut vas in quo recipiebant sanguinem vel aquam ad aspergendum.Nu.7.Phiala argentea habens se ptuaginta siclos.& in eodem.Phialā argenteā habentem se ptuaginta siclos.& in plurali מִזְרָקִים Mizracim siue מִזְרָקֵי Mizrece scīm terminationē masculinorū aut מִזְרָקוֹת .Miz racoth .secūdum terminationem femininorū .Nu.7.Phia le argentee duodecim.3.Reg.7.Et phialas & mortariola & thuribula ex auro purissimo.1.Paralip.28. Fuscinulas q̄q; & phialas.Hiere.52. Et psalteria & phialas & mortariola. Amos.6.Bibentes in phialis vinū.Zach.14.Quasi phiale coram altari. In alio vero loco beatus Hieronymus inter pretatus est Amulas.3. Reg.7.Fecit ergo hiram lebetes & scutras. & amulas.& similiter infra i eodē. Ponitur etiā pro thuribulis.4.Reg.12. Fuscinule & thuribula & tube.

זֶרֶת Zéreth.palmus:aut mensura palmi.vt Exo.28.Men suram palmi babebit tam in longitudine q̄ in latitu dine.Esa.40.Et celos palmo ponderauit.

זָרַק Zarac, spargere, aspergere, dispergere, fundere, effundere, Exo, Phiala, מִזְרָקִים Phiale, זֶרֶת Mensura palmi.

De incipientibus a littera.ח.Cheth.

חַח Chach siue חֹחַ choach.armillea.circulus.spina.compes. siue catena.Exo.35.Viri cum mulieribus prebuerūt ar millas & inaures. Quod in hebreo legitur singulariter.s. prebuerunt armillam & inaurem.& ponitur ibi singulare pro plurali.Iob.40.Aut armilla perforabis maxillam ei?. Ponitur etiam pro circulo.4.Reg.19.Ponam itaq; circulū in naribus tuis.Esa.37.Vbi eadē verba habentur.Et in duo bus locis predictis scribitur cum iod in fine.i. circulū meū. Et dicunt hebrei q̄ in trib? locis predictis signficat hamū Ponitur etiā pro Carduo vel spina.2.Paralip.25. Carduus qui est in libano.Prouer.26.Quō si spina nascatur in ma nu temulenti .vbi ponitur pro spina חֹחַ Choach cū vau in medio dictionis.Potest etiā legi sic.Quomō si armilla ascē dat in manu temulenti.& in plurali חֹחִים Chochim.Cāti.2 Sicut lilium inter spinas.ponitur etiam pro catenis vel cō pedibus:eo q̄ sunt in figura rotunda sicut circuli. vt.2.Pa ralip.33.Et vinctum catenis atq; cōpedibus duxerunt eum in babylonem.Ezech.19.Et adduxerunt eum in catenis in terram egypti.vbi pro catenis ponitur חֲחִים Chachim.&

חַח Armilla, Circulus, Cardus, Spina, חֹחַ, חֹחִים Spine, Catene, חֲחִים

renum. in eodem. 29. Beatus Hieronymus transtulit frenum. vbi dicitur & ponam frenum in maxillis tuis. vbi pro freno ponitur in hebreo חָחִים Chachim. in plurali.

חָבַב Diligere חֵ֫ב Sinus. חָבַב Chabab. diligere. Deut. 32. Dilexit populos. & inde חֵ֫ב Chub. pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit sinū. Iob. 31. Et zelaui in sinu meo iniquitatem meam. Potest ēt deriuari a dictione sequenti.

חָבָא Ebscōdere חָבָא Chaba. abscondere. celare. latere. Geñ. 3. Et abscōdit se adam & vxor eius. & in eodem. Et timui eo quod nudus essem & abscondi me. & in eodem. 31. Cur ignorante me fugere voluisti. Pro quo hebrei legunt. Cur absconditus es vt fugeres. Ios. 6. Abscondit eñ nuncios quos direxeramus. & in eodem. Eo quod absconderit nuncios quos miserat. Et in eodē. 10. Fugerant enim quinq; reges & se abscōderant in spelunca. & in eodē. Latentes in spelūca vrbis maceda. 1. Reg. 10. Ecce absconditus est domi. & in eodem. 13. Absconderunt se in speluncis. & in eodē. 14. En hebrei egrediuntur de cauernis in quibus absconditi fuerant. & in eodem. Qui se absconderant in monte ephrain. 3. Reg. 18. Tulit ille centū prophetas & abscondit eos. 4. Reg. 6. Que abscondit filium suum. 2. Paralip. 18. Quādo ingressus fueris cubiculum de cubilo vt abscōdaris. Iob. 5. A flagello lingue absconderis. & in eodē. 24. Et oppresserūt pariter mī suetos terre. pro quo hebrei legunt. Pariter abscōditi sunt mansueti terre. Esa. 42. Et in domibus carcerum abscōditi sunt. Ponitur etiam pro indurari. Iob. 38. vbi dicitur. In similitudinem lapidis aque durantur. i. indurantur. Et etiā in predicto loco hebrei legunt absconduntur: quia quando aque indurantur in lapidem: iam non ibi apparent aque: sed absconduntur & latent. Ponitur etiam pro protegere. Esa. 49. In vmbra manus sue protexit me. i. abscondit me vel celauit me. Scribitur etiam sine aleph vel cum he in fine loco aleph. De quo vide infra in dictione sequenti. & inde מַחְבֵּא Machabe. i. latibulum. Esa. 32. Et erit vir sicut qui absconditur a vento. Pro quo hebrei legunt. Et erit vir sicut latibulum venti. i. locus vbi absconditur a vento. & in plurali מַחֲבָאִים Machaboim. i. latibula. 1. Reg. 25. Considerate & videte omīa latibula in quibus absconditur. Vide ēt de hoc in dictione sequenti.

Indurari Protegere מַחְבֵּא Latibulū מַחֲבָאִים Latibula

חָבָה Latere. חָבָה Chaba. abscōdere. celare. latere: sicut dictio precedēs. Ios. 2. Ibiq; latitate tribus diebus. 3. Reg. 22. Quando ingredieris cubiculum intra cubiculū vt abscondaris. Esa. 26. Abscondere modicum ad momentum. Hiere. 49. Et celari nō poterit. & inde חֲבִיוֹן Chebion. i. abscōsio. Abach. 3. Ibi abscondita est fortitudo eius. pro quo hebrei legunt. Et ibi absconsio fortitudinis eius. s. est. & inde מַחֲבַת Machabath. i. craticula siue sartago. Leuit. 2. Si autem de craticula fuerit sacrificium. Ponitur etiam pro sartagine. vt in eodem. 6. Que in sartagine oleo conspersa frigetur. Ezech. 4. Et tu sume tibi sartaginem ferream.

Ebscōdere Celare. חֲבִיוֹן Ebsconsio מַחֲבַת Craticula. Sartago

חָבַט Excutere. חָבַט Chabath. excutere. purgare. Deut. 24. Si fruges collegeris oliuarum. pro quo hebrei legunt. Quando excutteris olīuas tuas. quod est idem sensus cū littera nostra. Nam olīue virga excutiuntur & postea fructus colligūtur. Iudi. 6. Cūq; gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta. Ruth. 2. Virga cedens & excutiens. Esa. 28. Sed in virga excutietur git. & in eodem. 27. Excutiet dominus ab alueo fluminis.

חָבַל Pign⁹ accipere. חָבַל Chabal. pignorare vel pignus accipere. aut pign⁹ auferre. corrūpere. cōputrescere. fedare. dissipare. demoliri. dispderere. parturire. dolere. nocere. obligare. Exo. 22 Si pignus a proximo tuo acceperis. Deut. 24. Nō accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. pro quo hebrei legunt. Null⁹ pignorabit. i. nullus accipiet loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam ipse pignorat. Quod exponens translatio chaldaica ita transtulit. Quia cum eis fit nutrimentum ad sustentationem anime. & in eodem. Neq; auferes pignoris loco vidue vestimentum. Iob. 22. Abstulisti enim pignus fratrum tuorum. & in eodem. 24. Abstulerunt pro pignore bouē vidue. & in eodem. Et vulgus pauperum spoliauerunt. Pro quo hebrei legunt. Et super pauperem acceperunt pignus siue abstulerunt pign⁹. Prouer. 20. Et pro extranea aufer pignus a eo. Ezech. 18. Pignus non retinuerit. pro quo hebrei legunt. Pignus non pignorabit. & inde חֶבֶל Chabol siue חֲבֹלָה Chabola. i. pignus vel res pignorata. vt in eodem. 18. Pignus debitori reddiderit & in eodem. Pignus non reddentem. & in eodem. 33. Et pignus restituerit ille impius. Amos. 2. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt. Item חָבַל Chabal. i. corrumpere vel computrescere fedare. Nee. 1. Peccauimus: vanitate fedati sumus. Pro quo hebrei legunt. Peccauimus: corruptiōe corrupti sumus tibi. siue feditate fedati sumus tibi. Esa. 10. Et computrescet iugum a facie olei. Mich. 2. Propter imūditiam eius corrumpetur putredine pessima. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Item significat dissipare vel demoliri aut dispderere. Eccl⁹. 4. Et dissipet cuncta opera manuum tuarum. Canti. 2. Capite nobis vulpes: que demoliuntur vineas. Esa. 13. Vt dispderat omnem terram. & in eodem. 54. Ego creaui interfectorem ad dispderēdū. Iob. 34. Quia ergo ego locutus sum ad deum: te quoq; nō prohibebo. Pro quo hebrei legunt. Quia ad deum dicitur peperci non dissipabo vel non dispderdam. i. solus deus pōt dicere peperci non dissipabo. vel ad deū pertinet dicere peperci non dissipabo vel non dispderdam. Item ponitur pro parturire. Ps. 7. Ecce parturit iniustitiam & concepit dolorem. Canti. 8. ibi corrupta est mater tua: ibi violata est genitrix tua. pro quo hebrei legunt. Ibi parturiuit te mater tua. Ibi pturiuit gēitrix tua. Sed in hoc locotrāslator noster secutus est aliā significationem supra positam. & inde חֶבֶל Chebel. i. partus siue dolor. Esa. 66. Anteq; veniret partus eius. & in plurali חֲבָלִים Chabalim siue חֲבָלִי Cheble. i. dolores. Iob. 21. Dolores diuidet furoris sui. & in eodem. 39. Et rugitus emittunt. vbi ponitur rugitus pro doloribus. s. parturientium. Ps. 17. Dolores inferi circundederunt me Esa. 15. Torsiōes & dolores tenebūt. Osee. 13. Dolores parturientis venient ei. & inde חֶבֶל Chabal siue חֲבוּלָה Chabula. i. corruptio vel delictum. Dañ. 3. Et nihil corruptionis in eis est. & in eodem. 6. Et coram te rex delictum non feci. Significat etiam predicta dictio in lingua chaldaica nocere Dañ. 6. Et non nocuerūt mihi. Item חָבַל Chabal. i. obligare. irretire. Prouer. 13. Qui detrahit alicui rei ipse se in futurū obligat & inde חֶבֶל Chebel. i. funis vl funicul⁹. Deut. 32. Iacob funicul⁹ hereditatis eius. Ios. 2. Demisit ergo eos per funem de fenestra. Zach. 2. Et in manu eius funiculus messorum. & in plurali חֲבָלִים Chabalim siue חִבְלֵי Cheble idest funes. 2. Reg. 22. Funes inferni circundederunt me. 3. Reg. 20. Ponamus itaq; saccos in lumbis nostris & funiculos in capitibus nostris. Iob. 36. Et vinciantur funibus paupertatis. Ps. 15. Funes ceciderunt mihi in preclaris. Ps. 118. Funes peccatorum circūplexi sunt me. Esa. 53. Et omīes funiculi eius non rumpentur. Ezech. 27. Que obuolute & astricte erant funibus. Osee. 11. In funiculis adā trahā eos. Zach. 11. Et alteram vocaui funiculos. vbi pro funiculis ponitur חֲבָלִים Choblim. & potest etiam legi. corrumpentes siue dissipantes. Et quia terra siue possessio metitur cū fu-

Pignorat Eraferre pignus. Pign⁹ retinere. חָבַל Pignus חָבַל Corrūpere Computrescere. Dissipare. Demoliri. Dispdere. parturiuit חֶבֶל Partus. חֲבָלִים Dolores. חָבַל Corruptio Delictum. חָבַל Obligare. חֶבֶל Funiculus Funis. חֲבָלִים Funes. חֲבָלִים

niculo ſicut dicitur Amos.7. Et humus tua funiculo metie
tur. Ideo pōitur etiam חֶבֶל Chébel. pro hereditate vel poſ-
ſeſſione aut regione. Deut.3. Tradidi medie tribui manaſſe
omnem regionem argob vſq; ad terminos geſuri. Ioſ.17.
Cur dediſti mihi terram in poſſeſſionem & ſortis & funicu
li vnius. Ezech.47. Quia ioſeph duplicem funiculum ha
bet. i. duplicem poſſeſſionem vel hereditatem. Accipitur
etiam חֶבֶל Chébel. pro pedica vel laqueo: eo quod fit ex fu
ne. Iob.18. Abſcondita eſt in terra pedica eius. & inde חֶבֶל
Chibel. i. malus nauis. eo quod in eo ligantur omnes funi-
culi nauis. Prouer.23. Et quaſi ſopitus gubernator amiſſo
clauo. pro quo hebrei legunt. Et quaſi dormiens in capite
mali. ſ. nauis. & inde חֹבֵל Chobel. i. nauta vl' gubernator na
uis. Ione.1. Et acceſſit ad eū gubernator & dixit ei. Ezech.
27. Sapientes tui tyre facti ſunt gubernatores tui. & in eo
dem. Et vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt. & in
de תַּחְבֻּלוֹת Thachbuloth. i. gubernacula. Prouer.1. Et intel-
ligens gubernacula poſſidebit. Et in eodem.20. Et guber-
naculis tractanda ſunt bella. & in eodem.24. ponitur pro
diſpoſitione. vbi dicitur. Quia cum diſpoſitione initur bel
lum. Hebrei tamen dicūt ꝙ in predictis locis accipitur pro
conſiliis uel aſtutiis aut verſutiis. Sicut ſupra in eodem.12.
Vbi dicitur & conſilia impiorum fraudulētia: vbi ponitur
pro conſiliis. & eadem dictio ponitur in noſtra tranſlatiōe
pro gubernante. vt Iob.37. Vbicūq; eas voluntas gubernā
tis duxerit. Pro quo hebrei legunt. In conſiliis ſuis. i. in vo-
luntate ſua. Item חֶבֶל Chébel. i. cuneus. congregatio. grex.
vt.1.Reg.10. Obuium habebis gregem prophetarū. Et in
eodem. Et ecce cuneus prophetarum. & ab hoc ſignificato
dicunt aliqui hebrei ꝙ deriuatur dictio חֲבָלִים Chabalim.
quam ſupra diximus ſignificare funiculos. Ps.108. Funes
peccatorum circūplexi ſunt me. pro quo ipſi legunt. Cater
ue ſiue cunei peccatorum. Et ſimiliter Zach.11. Vbi dicitur
& alteram vocaui funiculos.

חֲבַצֶּלֶת Chabaſéleth. flos vel lilium. Canti.2. Ego flos cā-
pi. Eſa.35. Et florebit quaſi lilium. & ſolum inue-
nitur in predictis locis.

חָבַק Chabac. amplexari. complecti. Geñ.29. Cōplexuſq;
& in oſcula ruens. & in eodem.33. Amplexatus eſt eū
4.Reg.4. Habebis in vtero filium. Pro quo hebrei legunt
Tu amplexaberis filium. Iob.24. Et non habētes velamē
amplexantur lapides. Prouer.24. Glorificaberis cum eam
fueris amplexatus. Eccl's.3. Tempus amplexandi & temp?
longe fieri ab amplexibus. ubi ponitur verbum & nomen
ab eo deriuatum. & in eodem.4. ponitur pro complicare
vbi dicitur. Stultus complicat manus ſuas. Canti.2. Et dex
tera illius amplexabitur me. Threñ.4. Amplexati ſūt ſter-
cora. & inde חִבֻּק Chibuc. i. amplexus ſiue amplexatio vel
complicatio. Prouer.24. Pauxillū manus conſeres vt qui-
eſcas. Pro quo hebrei legunt. Pauxillum amplexationis vl'
complicationis manuum. ſ. erit tibi vt quieſcas.

חָבַר Chabar. iungere. coniungere. congregare. colligere.
ſociare. copulare. amicitiā vl' fedus inire. participare.
incantare. i. incantationes facere. Geñ.14. Omnes hi cōue-
nerunt in vallem ſilueſtrem. i. coniūcti vel cōgregati ſunt.
Exo.26. Quinq; cortine ſibi iūgētur mutuo: & alie quinq;
nexu ſimili coherebunt. i. coniungentur. & in eodem. Ex
quibus quinq; iunges ſeorſum. & in eodem.28. Duas oras
iunctas habebit in vtroq; latere. & in eodem. Et in vnū red
dent. Pro quo hebrei legunt. Et iungatur. ſ. in vnum. & in
eodem.36. Coniunxitq; cortinas quinq; alteram alteri. Et
in eodem. Quorum quinq; iūxit ſeorſum. Et inde dicitur
מַחְבֶּרֶת Machbéreth ſiue חֹבָרֶת Chobáreth. i. illa ora cortine
in qua ponebātur circuli vel anſe ad cōiungēdas cortinas.
vt in p̄dicto loco. Iob.16. Cōſolarer & ego vos ſermonib?.
Pro quo hebrei legunt. Coniungerē ſiue copularem ſuper
vos ſermones. i. cōponerē ſermones conſolatorios ad con-
ſolandum vos. Ps.93. Nunquid adheret tibi ſedes iniqui-
tatis. ideſt nunquid iungetur tibi ſedes iniquitatis. Ezech.
1. Iunctiq; erant penne eorum alterius ad alterum. & in eo.
Due penne ſingulorum iungebantur. Significat etiā ami-
citias vel fedus inire aut confederari vel participare. 1. Para
lip.20. Poſt hec iniuit amicitias ioſaphath rex iuda cum
ochozia rege iſrael. & in eodem. Et particeps fuit vt face-
ret naues. & in eodem. Quia habuiſti fedus cum ochozia.
Dañ.11. Et poſt finem annorum federabuntur. & in eodem
Et poſt amicitias cum eo faciet dolum. ideſt poſtq̄ iniuit
amicitias cum eo faciet dolum. Ps.121. Vt ciuitas cuius par
ticipatio eius in idipſum. & inde חָבֵר Chaber. i. particeps.
ſocius. ſodalis. Ps.118. Particeps ego ſum omnium timen-
tium te. Prouer.28. Particeps homicide eſt. & in plurali.
חֲבֵרִים Chaberim ſiue חַבְרֵי Chabre. i. participes vl' ſocii aut
ſodales. Iudi.20. Quaſi homo vnus eadem mente vnoq; cō
ſilio. pro quo hebrei legunt. Quaſi homo vnus participes
ſiue ſocii. i. conformes in vnum. Iob.40. Cōcidant eū ami
ci. i. ſocii vel participes. Canti.1. Ne vagari incipiā poſt gre
ges ſodalium tuorum. Eſa.1. Principes tui infideles: ſocii fu
rum. Ezech.37. Et ſcribe ſup illud iude & filiis iſrael ſocis
eius. & in eodem. Et cuncte domus iſrael ſociorūq; eius. Po
nitur etiam חָבוּר Chabur pro participe. vt Oſee.4. Parti-
ceps idolorum ephraim. Pōitur etiam in genere feminino
Malach.2. Et hec particeps tua. & inde חֶבְרָה Chebra ſiue
חֶבֶר Cheber. i. ſocietas. congregatio. participatio. Iob.34.
Qui graditur cum operantibus iniquitatem. Pro quo he-
brei legunt. Qui graditur in participationem vel ſocietatē
cum operantibus iniquitatem. Oſee.6. Participes ſacerdo-
tum. pro quo hebrei legunt. Participatio vel congregatio
ſacerdotū. & inde מְחֻבָּרוֹת Mechaberoth. i. iuncture ſiue co
miſſure. 1. Paralip.22. Ferrum quoq; plurimum ad clauos
ianuarum & ad cōmiſſuras atq; iuncturas. 2. Paralip.24.
Et ligna ad cōmiſſuras edificii & ad cōtignationem domo-
rum. Item חָבַר Chabar ſignificat incantare ſiue incantatio
nes facere. Eo quod fit cum amicitia & pacto vl' participatio
ne demonum. vel cum congregatione ſerpentum. Deut.18
Ne ſit maleficus neq; incantator. Pro q' hebrei legūt. Neq;
maleficus neq; incantans incantationem. ſiue neq; qui in-
cantat incantationem. vbi ponitur verbum & nomen ab-
eo deriuatum. Ps.57. Et venefici incantātis ſapienter. Pro
quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam ve-
ritatem tranſtulit. Neq; incantatoris incantationes callidas
Eſa.47. Et propter duriciam incantatorum tuorum. Pro-
uer.21. Quam cum muliere litigioſa & in domo communi
Pro quo hebrei legunt. Quam cum muliere litigioſa & in
domo incantationis. Poteſt etiam legi ſicut eſt in littera no
ſtra: nam poteſt ſignificare participationem vel ſocietatem
aut congregationem: ſicut ſupra dictū eſt. Inde חַבּוּרָה Cha
bura. i. liuor. tumor carnis. eo quod in tali percuſſione con-
gregatur & congelatur ſanguis. Exo.21. Liuorem pro liuo
re. Eſa.1. Vulnus & liuor & plaga tumens. & in eodem.53.
Et liuore eius ſanati ſumus. & in plurali חֲבֻרוֹת Chaburoth
Prouer.20. Liuor vulneris abſtergit mala. quod in hebreo
legitur pluraliter. ſ. liuores vulneris. Ponitur etiam pro ci-
catricibus. Ps.37. Putruerūt & corrupte ſunt cicatrices mee
Et q̄ñq; geminantur beth & res. & dicitur חַבַרְבָּרָה Cha-
barbura. ideſt macula ſiue varietas. vt Hiere.13. Aut pardus
varietates ſuas.

חֶבֶל Regio. Poſſeſſio. Pedica. Malus nauis. Gubernator. Conſilia. Gubernō. Cuneus. Cunei. Flos Lilium. Complecti amplexari. Cōplicare. Amplexatio. Cōiungere Iungere. Adherere. Amicitias inire. Federari. participari. Particeps. Participes Socii. Sodales. Liuor. Liuores. Cicatrices Varietas. Incantare. Incantator. Incantatio. Societas. cōgregatio

חבש

חבש Chabas.vincire.ligare.alligare.circunligare. circunuoluere.sanare.curare.sternere.s.iumētum. Exo.29 Et impones ei mitras.pro quo hebrei legunt. Et alligabis vel circunligabis eis mitras.Nam mitra circūligabatur capiti cum vitta byssina.Ps.146.Et alligat cōtritiones eorū Esa.30.In die qua alligauerit dominus vulnus populi sui. Ezech.24.Corona tua circunligata sit tibi. & in eodē.30. Et ecce non est obuolutum vt restitueretur ei sanitas.Et in eodem.Et fasciretur linteolis.i.obuolueretur.Et in eodem 54. Quod cōfractum est non alligastis.& in eodē.& quod confractum fuerat alligabo.Ione.2.Pelagus operuit caput meum.pro quo hebrei legunt.Pelagus circūligatū est vel obuolutū est capiti meo. Ponitur etiam in nostra trāslatione pro scrutari.vt iob.28.Profunda quoq; fluuiorum scrutatus est. Item ponitur pro demergere.vt in eodem.40.Et facies eorum demerge in foueam.Sed etiam in predictis locis hebrei dicunt q̄ significat ligare vel comprimere.Item significat mederi.vel sanare.aut curare.eo quod medici ligant & circunuoluūt vulnera. Iob.5.Quia ipe vulnerat & medetur.& in eodem.54.Nunquid qui non amat iudiciū sanari potest.Esa.1.Neq; curata medicamine.& in eodem. 61.Vt mederer contritis corde.& inde חבש Chobes.pro q̄ beatus Hieronymus transtulit medicum.Esa.3.Respondebit in die illa dicens nō sum medicus.Hebrei tamen in predicto loco interpretantur vinculatorem.i.ille qui comprehendit malefactores & mittit eos in vincula. Item significat sternere.s.iumentum.quod est idem quod ligare. Gen. 22.Et strauit asinum suum.Nu.22.Et strata asina profect? est.2.Reg.16.Et cum duobus asinis qui onerati erant ducētis panibus.pro quo hebrei legunt.Et cum duobus asinis stratis & oneratis ducentis panibus.& in eodem.19.Dixiq; ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinū.3.Reg.13. Sternite mihi asinum.

Alligare
Circūligat
obuoluere
Scrutari.
demergere
Mederi
Sanare
חבש
Medicus'.
Sternere

חבת Chabath.sartago.craticula.1.Paralip.9.Prefectus erat eorū q̄ in sartagine frigebantur.Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur מחבת Machabath. De quo vide supra in dictione חנה Chpba.

חבת
Sartago
מחבת

חג Chag.Festum.solemnitas.De quo vide infra in dictione sequenti.

חג

חגג Chagag.festum celebrare.sacrificare.circundare.girare.cōmouere.turbare.Ps.41.In voce exultatiōis & cōfessionis sonus epulantis.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. In voce laudis & confessionis multitudinis festa celebrantis.& cōmuniter scribitur cum simplici guimal.Leuit.23.Celebrabitis ferias domini septem dieb?.& in eodem.Celebrabitisq; solēnitatem eius.& in eodem.Et mense septimo festa celebrabitis.Naum.1.Celebra iuda festiuitates tuas. Zach.14.Celebrent festiuitatem tabernaculorum.ponitur etiam pro sacrificare.s.sacrificia que in solēnitatibus solebant offerri. Exo.5.Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto.& inde חג Chag.i.festum.festiuitas.solēnitas.ferie.Exo. 10.Est enim solēnitas dei nostri.& in eodem.32.Cras solēnitas domini est.Leuit.23.Solēnitas azymorū domini est. & in eodem.Erunt ferie tabernaculorum septem diebus. Deut.16.Et celebrabitis diem festū hebdomadarum. & in plurali חגים Chagim siue חגי Chage.vt Esa.29.Solēnitates euolute sunt.Ezech.45. In solemnitatibus & in calendis. Amos.5.Odi proieci festiuitates vestras. Accipitur etiam חג Chag.pro sacrificio aut pecude vel animali quod offerebatur in solēnitate.Exo.23.Neq; remanebit adeps solēnitatis mee vsq; mane.i.adeps animalis quod offertur in solēnitate.Ps.117.Constituite diem solemnem in condensis. Pro quo hebrei legūt. Ligate sacrificium.s.solēne vel pec? quod offertur in solēnitate in condensis.Malach.2.Et dispergam super vultū vestrū stercus solēnitatū vestrarū.idest stercus aialiū que offerebātur in solemnitatib?:sicut exponūt hebrei.Significat etiā p̄dicta dictio חג Chag girare vel circūdare.Iob.26.Terminū circundedit aquis.& de hocvi de infra in dictione חוג Chug.Et quia in solēnitate fit commotio & tumultus ppli:ideo ponitur etiā pro turbare. Ps. 106.Turbati sunt & moti sunt sicut ebri?.& inde deriuatur sequens dictio.

Sacrificat
חג
Solēnitas
Ferie.
Dies festi?.
חגים
solēnitates
festiuitates
חג
Pecus.
Circūdare
Turbare

חגא Chaga.turbatio.pauor.Esa.19.Et erit terra iuda egypto in pauorem.

חגב Chagab.quoddā genus locuste.vt Leuit.11. Atq; locusta:singula secūdū genus suū.Eccls.12. Et impinguabitur locusta.& in plurali חגבים Chagabim,Nu.13.Quib? comparati quasi locuste videbamur.

חגה Chaga.foramen.scissura.& scribitur cum vau loco he & inuenitur tm̄ in nūero plurali.s.חגוי Chague. vt Cāti.2.Colūba mea in foraminibus petre. Abdie.1. Habitātē in scissuris petrarum.

חגא
Pauor
חגב
Locusta
חגבים
Locuste
חגה
חגוי
Foramina

חגר Chagar.cingere.accingere.circunligare.contrahere. Exo.12.Renes vestros accingetis.& in eodem.29. Accingesq; eos baltheo. Leuit.16. Accingetur zona linea.3. Reg.20.Accingerunt saccis lumbos suos.Ps.44.Accingere gladio tuo super femur tuum.Ps.64.Et exultatione colles accingentur.Ps.75.Et reliquie cogitationis diē festum agent tibi.pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Reliquiis ire accingeris.Prouer.31.Accinxit fortitudine lumbos suos.Ezech.7.Accingent se cilicis Ponitur ēt pro cōtrahere.2.Reg.22.Et cōtrahentur in angustiis suis.& inde חגור Chagur siue חגר Choger.i.accinct? siue accingens.2.Reg.6.Porro dauid erat accinctus ephod lineo.& in eodem.21.Et accinct? erat ense nouo.3.Reg. 20 Ne glorietur accinctus eq; vt discinct?.& in gñe femínino חגרת Chagarath.i.accincta.vt Ioel.1.Quasi virgo accīcta sacco.& inde חגר Chagor.i.cingulū vel cinctoriū. balthe?. zona.Prouer.31.Et cingulum tradidit cananeo. Scribitur etiā in genere femínino.& dicitur חגורה Chagora.3.Reg.2 Et posuit cruorem belli in baltheo suo.4.Reg.3.Conuocauerunt oēs qui accincti erāt baltheo.Esa.3.Et pro zona funiculus.& aliq̄ additur mem in principio.vt in eodem.3. Et pro fascia pectorali cilicium. Pro quo hebrei legunt.Et pro fascia cinctoriū vel cingulum sacci.& in pl̄i חגרת Chagoroth.Pro quo beatus Hieronymus transtulit perizomata.vt Gen.3.Et fecerunt sibi perizomata.

חגר
Accingere
Cōtrahere
חגור
Accinctus
חגרת
Accincta
חגר
Cingulum
חגורה
Baltheus.
Zona
חגרת
Perizomata

חד Chad.in lingua chaldaica significat vnū. Dan. 2. Et ecce quasi statuā vnā.& in sermone chaldaico est gñis masculini.& in gñe femínino scribitur cū aleph vel he in fine.& dicitur חדא Chada siue חדה Chada. Dan. 2. Vna est de vobis sententia. Esdre.4. Scripserunt epistolam vnam.

חד
Unus .
חדא
Una.

חדד Chadad.acuere.velocē esse.& cōiter scribitur cū simplici daleth.Prouer.27.Ferrū ferro acuitur:& homo acuit faciē amici sui.Ezech.21.Gladius exacutus est & limatus.& in eodem. Vt cedat victimas exacut? est.Scribitur ēt cum littera aleph ante cheth.vt Ezech. 21.Exacuere valde ad dexteram & ad sinistram.Significat etiam velocem esse. Abach.1.Et velociores lupis vespertinis.Sed etiam in hoc loco hebrei legunt.& acutiores sunt lupis vespertinis.i.habent dentes acutiores ad deuorandū:q̄ lupi in vespere. & inde חדה Chadda.i.acuta.vt Esa.49.Et posuit os meū q̄si gladium acutum.& in hebreo ponitur in genere femínino quia gladi? in hebreo ē femínini gñis.& inde חדודי Chaddude. Pro quo beatus Hieronym? transtulit. Radios:eo q̄d

חדד
Acuere
Exacuere
Velocē ēē.
חדה
Acuta.
חדודי

tendunt ad acuitatem. Iob. 41. Sub ipso erunt radii solis.

חָדָה Letari. Letificare.

חדה Chada. letari. gaudere. letificare. vnire. Exo. 18. Letatus est iethro super omnibus bonis. Ps. 20. Letificabis eum in gaudio. Significat etiam vnire vel conuenire. vt Gen. 49. Et in cetu illorū nō sit gloria mea. pro quo he. le. Et in cetu illorum nō vniatur vel nō cōueniat gloria mea. Iob. 3. Non computetur in diebus anni.. pro quo hebrei legunt. Non vniatur in diebus anni vel non sit vnus ex diebus anni. Nam in lingua chaldaica significat vnitatem. vide etiam de hoc infra in dictione יָחַד Iachad. & inde חֶדְוָה Chedua. i. gaudiū. vt. 1. Paralip. 16. Fortitudo & gaudiū in loco ei⁹. Nee. 8. Gaudiū em̄ dñi erit fortitudo vr̄a. Itē חַבַּה Chadda. in lingua chaldaica significat pectus. Dan. 2. Pect⁹ autem & brachia de argento.

Unire.

חֶדְוָת Gaudium.

חַבַּה Pectus.

חָדַל Cessare Desinere Recedere Deesse. Deserere Quiescere Quies. חֲדֶל Nouissim⁹

חדל Chadal. cessare. desinere. dereliquere. deserere. dimittere. recedere. quiescere. Gen. 2. Et cessauerunt edificare ciuitatem. & in eodem. 41. Et copia mensuram excederet. pro quo hebrei legunt. Vsquequo desiit numerari: qm̄ non erat nūerus. Sed btūs Hieronym⁹ transtulit sensū Exo. 9. Et cessauerunt tonitrua. & in eodē. Et cessabunt tonitrua. & in eodē. 14. Recede a nobis vt seruiam⁹ egyptiis Deut. 15. Non deerunt pauperes in terra. Iudi. 5. Cessauerunt fortes in israel & quieuerunt. & in eo. Nunquid possū deserere pinguedinem meam. & in eodē. Nūquid possum deserere dulcedinē meā. 1. Reg. 12. Absit autē a me hoc peccatum in dño vt cessem orare pro vobis. Iob. 3. Ibi impii cessauerūt a tumultu. Ps, 58. Vt sciam quid desit mihi. Prouer. 19. Non cesses audire fili doctrinā. significat etiam quiescere qū ponitur pro cessare vel desinere. Iudi. 15. Tamen adhuc ex vobis expetam vltionē: & tunc quiescam. Iob. 14. Vt quiescat donec optata veniant. Esa. 1. Quiescite agere peruerse. & in eodem. 2. Quiescite ergo ab homine. & in eodem. 24. Quieuit sonitus letantium. Ezech. 2. Si forte audiant & quiescāt. & in eo. 3. Qui audit audiat: & qui quiescit quiescat. Amos. 7. Dñe deus quiesce obsecro. Zach. 11. Et si non quiescite. & inde חֲדַל Chadel. Pro quo beatus Hieronymus transtulit quietem. Esa. 38. Non aspiciam hominē vltra & habitatorem quietis. & inde חֲדָל Chadal. pro q̄ beatus Hieronymus transtulit nouissimum .i. despectum vel derelictum. Esa. 53. Despectum & nouissimum virorum.

חָדֶק Spina. Paliurus

חדק Chadech. spine genus. vt Prouer. 15. Iter pigrorū q̄si sepes spinarum. In alio vero loco beat⁹ Hieronymus transtulit. Paliurum. Mich. 7. Qui optimus in eis est quasi paliurus.

חֶדֶר Cubiculū.

חדר Chéder. cubiculum siue locus interior: aut penetrale. Exo. 8. Et ingredientur domū tuā & in cubiculum lectuli tui. 3. Reg. 20. Ingressus est ciuitatem in cubiculū q̄d erat intra cubiculum. & in eodem. 22. Quando ingredieris in cubiculum intra cubiculum vt abscondaris Canti. 3. Et in cubiculum genitricis mee. & aliquādo scribitur cum he in fine. vt Gen. 43. Et introiēs cubiculum fleuit. Iudi. 15. Cū cubiculū eius solito vellet intrare. & in plurali חֲדָרִים Chadarim siue חֶדְרֵי Chedre. i. cubicula vel cellaria. Esa. 26. Vade populē me⁹ intra in cubicula tua. Prouer. 24. In doctrina replebuntur cellaria. Ponitur etiā pro partibus interioribus vel pro penetralibus. vt Deut. 32. Et intus pauor. pro q̄ hebrei legunt. Et de interioribus pauor. s. erit. Iob. 9. Et interiora austri. & dicūt aliqui q̄ sunt stelle in parte meridionali iuxta polum antarcticum. & quia non videntur ab hominibus existentibus in parte septentrionali dicuntur interiora austri. & in eodem. 37. Ab interioribus egredietur tempestas. Prouer. 7. Penetrantes interiora mortis. & in eodem. 18. Et ipsa perueniunt vsq̄ ad interiora mortis. Poni

חַדָרִים Cubicula. Cellaria.

Interiora.

tur etiam pro abscondito. vt Ezech. 8. Et vnusquisq̄ in abscondito cubilis sui. & inde verbum חָדַר Chodereth. idest in cubiculum vel in absconditum ingredi faciēs. s. propter timorem vel terrorē. Pro quo beatus Hieronymus transtulit obstupescere faciet. vt Ezech. 21. Hic est gladius occisionis magne qui obstupescere eos faciet.

Abscōdit חָדַר

Obstupescere facit

חָדַשׁ Innouare Renouare Instaurare Nouus Nouum. חֹדֶשׁ Noua חֳדָשִׁים Noui. חֹדֶשׁ Mensis חֳדָשִׁים Menses. חֹדֶשׁ kalende חֳדָשִׁים menstruo

חדש Chadas. innouare. renouare. instaurare. 1. Reg. 11. Et innouemus ibi regnū. Ps. 50. Et spm̄ rectū innoua in visceribus meis. Ps. 103. Et renouabis faciem terre. Iob. 10. Instauras testes tuos contra me. Esa. 61. Et instaurabunt ciuitates desertas. & inde חָדָשׁ Chadas siue חֲדָשָׁה Chadasa. idest nouus: noua: nouum. vt Exo. 1. Surrexit iterea rex nouus super egyptū. Leuit. 23. Et sic offeretis sacrificiū nouū dño. & in eo. 26. Et vetera nouis supuenientib⁹ proicietis. Deut. 20. Quis est hō qui edificauit domū nouā. & in eodē 24. Cū acceperit hó nuper vxorē. pro quo he. le. Cum acceperit hō vxorē nouā. 2. Reg. 21. Et accinctus erat ense nouo & in hebreo non habetur ense: sed subintelligitur. Eccls. 1. Nihil nouū sub sole. & in plurali חֳדָשִׁים Chadasim. i. noui siue noua. Deut. 32. Noui recentesq̄ venerunt. Iudi. 5. Noua bella elegit deus. Canti. 7. Noua & vetera dilecte mi ser uaui tibi. Threñ. 3. Noui diluculo mīta est fides tua. & inde חֹדֶשׁ Chódes. i. mensis. & dicitur sic propter nouā lunam que fit in principio cuiuslibet mēsis apud hebreos: quia hebrei cōputant annum per menses lunares. Gen. 8. Requieuitq̄ arca mense septimo decima septima die mēsis super montes armenie. Exo. 12. Mensis iste vobis principiū mēsium. Leuit. 16. Mense aūt septimo decima die mensis. Nu. 11. Sed vsq̄ ad mensem dierū. Esa. 66. Et erit mensis ex mēse. Osee. 5. Nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. & in plurali חֳדָשִׁים Chodasim. i. menses. Gen. 38. Post tres menses nunciauerunt iude. Iob. 14. Numerus mensiū eius apud te est. Esa. 47. Et supputabāt menses. Accipitur etiā חֹדֶשׁ Chódes. pro prima die mensis. i. pro calendis. 1. Reg. 20. Ecce calende sunt crastino. & in eo. Cras calēde sunt. & in eodē. Et venerunt calende. 4. Reg. 4. Hodie nō sunt calende. Ezech. 45. In solēnitatibus & in calēdis. vbi pōitur חֳדָשִׁים Chodasim in plurali. Et in eo. 46. Et adorabit populus terre ad ostiū porte illius in sabbatis & in calendis coram dño. Ponitur ēt in nostra translatiōe pro menstruo: eo q̄d accidit mulieribus in quolibet mense. Hiere. 2. In menstruis eius inueniēt eam. Sed etiā in hoc loco hebrei legūt. In mense suo inuenient eam.

חָדַת Nouum.

חדת Chadath. in lingua chaldaica significat innouare siue nouum. Esdre. 6. Et ordines de lignis nouis.

חוֹב Debitor. חַיָּב Cōdēnare. חוּג Circūdare חוּג Gyrus. Circinus חוּד Problema proponere חִידָה חִידוֹת Enigmata

חוב Chob. Debitum siue debitor. vt Ezech. 18. Pignus debitori reddiderit. & inde verbū. חַיָּב Chiieb. i. cōdēnare. Dan. 1. Condemnabitis caput meū regi.

חוג Chog. circūdare. gyrare. vt Iob. 26. Terminū circundedit aquis. & inde חוּג Chug. i. circulus. gyrus. circinus. Prouer. 8. Quādo certa lege & gyro vallabat abyssos. Esa. 40. Et sedet super gyrū terre. Ponitur etiam pro cardine. vt Iob. 22. Et circa cardines celi perambulat. & aliq̄ addit̄ mem in principio: & dicitur מְחוּגָה Mechuga. pro q̄ beatus Hieronym⁹ trāstulit circinū. vt Esa. 44. Et in circino tornabit illud.

חוד Chud. enigma vel problema proponere. vr̄si latine posset dici enigmatizare vel problematizare. Iudi. 18. Proponam vobis problema. & in eo. Propone problema tuum Ezech. 17. Fili hominis propone enigma. & inde חִידָה Chida. i. problema vel enigma. vt in locis predictis. & in plurali חִידוֹת Chidoth. Nu. 12. Palā & nō per enigmata deum videt. 3. Reg. 10. Venit tentare eū in enigmatibus. Prouer. 1.

Verba sapientum & enigmata eorum. Abach.2. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument & loquelam enigmatū eius. & inde אֲחִידָן Achidan: q'd in lingua chaldaica significat secreta enigmata. Dañ.5. Interp̄tatio somniorum & ostensio secretorum.

אֲחִידָן

חָוָה Chaua. annunciare. ostendere. indicare. Iob.15. Ostēdam tibi audi me. & in eodem.32. Ostendā vobis etiā ego meā sapientiā. & in eo. Et ostendā scientiā meā. & in eodē.36. Sustine me paululū & indicabo tibi. & in līgua chaldaica scribitur aliqñ cum aleph in fine loco he. Dañ.2. Et interp̄tationē eius indicabimus. & inde אַחֲוָה Achaua: p additionem aleph in principio. i. indicatio siue annunciatio. Pro quo beatus Hieronymus transtulit enigmata. Iob.15. Et enigmata mea percipite auriḇ vestris. Pro quo hebrei legunt. Et annunciationem meā vel indicationem meam in auribus vestris. s. percipite. Inde חָוֹת Chauoth. i. oppida aut ville siue vici. Nu.32. Et occupauit vicos eius. & in eodem. Quos appellauit auothiair. i. villas iair.

חָוָה Ostēdere

Indicare

אַחֲוָה Enigmata

חָוֹת Vici. Ville.

חוֹז Choz. prouincia. regio. portus. & additur mem in principio. & dicitur מָחוֹז Machoz. Ps.106. Et deduxit eos in portū voluntatis eorū. & solū inuenitur in p̄dicto loco.

חוֹז Portus.

חָוָה Chauach. locus abditus subterraneus. & solum inuenitur in numero plurali. 1.Reg.13. Et absconderunt se in speluncis & in abditis. Item חוֹחַ Choach. i. spina. De quo vide supra in dictione חַח Chach.

חָוָה Abdita

חוֹחַ

חוּט Chut. filū. funiculus. Gen.14. A filo subtegminis vsq; ad corrigiam calige non accipiam. Eccl's.4. Et funiculus triplex difficile rumpitur. Ponitur etiā pro vitta. Cāti.4. Sicut vitta coccinea labia tua. Item חוּט Chut in lingua chaldaica significat parietes componere vel inuicem coniungere sicut vnus pannus cum alio coniungitur filo. Esdre.4. Et parietes componentes. & inde in lingua chaldaica sarcinator dicitur חָיַט Chaiat.

חוּט Filum Funicul⁹. Vitta.

חוּל Chul. dolere. parturire. cruciari. contremiscere. obstetricare. Infirmare siue infirmatum esse. vulnerare. Expectare. cōquiescere. residere. morari. venire. formare. creare. tripudiare siue choros ducere. & aliqñ scribitur sine vau in medio. & qñq; mutat vau in iod. s. qñ est verbū tertie cōiugationis. Qñq; etiam scribitur cū duplici lamed in fine. scilicet qñ est verbū quarte cōiugationis: vt patebit in locis sequentibus. Deut.2. Et in morē parturientiū cōtremiscāt. Iob.9. Cūctis diebus suis impius superbit. pro quo hebrei legunt. Cunctis diebus suis impi⁹ dolet siue infirmatur aut cruciatur. & in eo.26. Ecce gigantes gemūt subaquis. i. dolent vel cruciantur. Ponitur etiā in eodem pro obstetricare vbi dicitur. Obstetricāte manu ei⁹ eductus est coluber tortuosus. & in eo.39. Parturientes ceruas obseruasti. Ps.9. In quinate sunt vie illius in omni tpe. i. doloribus vel cruciatibus plene sunt. Ps.29. Vox dñi preparantis ceruas. pro quo beat⁹ Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. Vox dñi obstetricans ceruas. Esa.13. Quasi parturientes dolebunt. & in eo.23. Non parturiui & non peperi. & in eo. Dolebūt cum audierint de tyro. & in eo.26. Dolens clamat in doloribus suis. & in eo. Et quasi parturiuim⁹. & in eo.45. Et matri quid parturis. & in eo.51. Et ad faram que peperit vos. i. dolores partus sustinuit. & in eo.54. Hinni que non pariebas. & in eo.66. Antēq; parturiret peperit. & in eo. Nūquid parturiet terra in die vna. & in eo. Quia parturiuit & peperit sion filios suos. Hiere.4. Vocem eñ quasi parturientis audiui. & in eo. Vētrē meū doleo. & in eo.5. Percussisti eos & non doluerunt. & in eodē. Et a facie mea non dolebitis. Ezech.30. Quasi parturiens dolebit. Mich.4. Dole & satage filia sion. Ponitur etiam pro cruciari. vt Ioel.2. A facie eius cruciabuntur populi. Item ponitur pro cōmouere siue contremiscere vel cōturbare. Ps.28. Vox dñi cōcutientis desertū: & cōmouebit dñs desertum cades. Sed beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Vox dñi parturire faciens desertum: parturire faciens dñs desertum cades. Potest etiam legi sic. Vox dñi cōtremiscere faciens desertū: cō tremiscere faciens dñs desertum cades. Ps.96. Vidit & commota est terra. Sed btūs Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. vidit & cōtremuit terra. Ps.113. A facie dñi mota est terra. Et etiā in hoc loco beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. transtulit. A facie dñi contremiscit terra. Hiere.51. Cōmouebitur terra & conturbabitur. Item ponitur pro infirmari. vt Mich.1. Quia infirmata est in bonum Eccl's.5. Est & alia infirmitas pessima. De quo vide infra in dictione חֲלָה Chala. Ponitur etiā pro vulnerare. 1. Reg.21. Et vulneratus est vehementer a sagittariis. Esa.51. Vulnerasti draconem. & in eo.53. Ipse aūt vulnerat⁹ est propter iniquitates nr̄as. Inde חִיל Chil. i. dolor. Ps.47. Ibi dolor vt parturientis. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur חִילָה Chila. i. dolor. vt Iob.6. Et affligens me dolore. & aliquando duplicatur lr̄a Cheth & lr̄a Lamed & dicitur חַלְחַל Chalchal. i. doluit siue consternatus est dolore. vt Ester.4. Q'd audiens cōsternata est. & inde חַלְחָלָה Chalchala. i. dolor. angustia. ut Esa.21. Propterea impleti sunt lumbi mei dolore. Ezech.30. Et erit pauor in ethiopia. & in eo. Et erit pauor in eis. vbi ponitur pro pauore. Ponitur etiā pro defectione. Naum.2. Et defectio in cunctis renibus. Sed in predictis locis hebrei interpretantur dolorem. Ponitur etiam predicta dictio חוּל Chul. pro dissipare. Prouer.25. Vent⁹ aquilo dissipat pluuias. vide etiā infra in dictione חָלַל Chalal. & in dictione חָלָה Chala. Significat etiā expectare vel prestolari. vt Gen.8. Expectatis aūt vltra septem diebus. Iudi.3. Expectantes diu donec erubescerēt. Iob.35. Iudicare coram illo & expecta eum. Ps.36. Subditus esto dño & ora eum. pro q' beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve. trāstulit. Tace dño & expecta eum. Threñ.3. Bonū est prestolari cū silētio salutare dñi. Vide etiā de hoc infra in dictione יָחַל Iachal. Ponitur etiā pro permanere. Iob.20. Et propterea nihil permanebit de bonis eius. Item significat conquiescere siue morari aut venire vel residere. vt. 2. Reg.3. Et veniat super caput Ioab. Hiere.25. Et tempestas erūpens super capita impiorum veniet. vbi etiā ponitur pro erumpēs. & in eodem.30. In capite impiorum cōquiescet. Osee.8. Et quiescent paulisper ab onere regis & principum. Ponitur etiā in nostra translatione pro incipere. vt Threñ.4. Et non ceperunt in ea manus. Sed etiam in hoc loco hebrei legunt. & non metate sunt siue non quieuerūt aut non morate sūt in ea manus vel loca: quia in momento & absq; mora subuersa fuit sodoma. Osee.11. Cepit gladius in ciuitatibus ei⁹ vbi etiā hebrei legunt. Resedit siue moratus est aut quieuit gladius in ciuitatibus eius. Significat etiam creare vel formare. vt Deut.32. Et oblitus es dei creatoris tui. Ps.89. Et formaretur terra & orbis. Prouer.8. Ante oñes colles ego parturiabar. Pro quo hebrei legunt. Ante oēs colles formata vel creata sum. Pōt etiā significare sicut est in littera nr̄a: vt supra dictum est. Ponitur etiā pro cōcipere. Ps.50. Ecce eñ in iniquitatibus conceptus sum. Prouer.8. Adhuc non erant abyssi & ego concepta eram. Ponitur etiam pro determinare. vt Prouer.26. Iudicium determinat causas. Sed ēt in hoc loco hebrei dicūt q̄ significat formare vel creare. & legunt sic. Magnus siue princeps creat vel format oīa: aut

חוּל Dolere. Parturire. obstetricari

חִיל Dolor.

חִילָה Dolor.

חַלְחַל Cōsternari

חַלְחָלָה Dolor. Pauor

Defectio

חוּל Dissipare.

Expectare.

prestolari.

permanere.

Venire.

Cōquiescere.

Incipere.

Residere

Creare. Formare

Cōcipere

determinare.

sustentat omnia.Nam pro eo qđ in predicto loco est iudi-
ciū in hebreo habetur רב Rab:qđ si scribatur cū pūcto hi-
ric & legatur ריב Rib:tūc significat iudicium:sicut est in lit-
tera nostra. significat etiam חול Chol.tripudiare siue Cho
ros ducere.Iudi.21. Cūq; videritis filias silo adducendos
choros ex more ꝓcedere.& in eo.De his que ducebāt cho-
ros.& inde מָחוֹל Machol siue מְחוֹלָה Mechola.i. chorus.vt
Ps.149.Laudent nomen eius in choro.Canti.7.Quid vi
debitis in sunamite nisi choros castrorū. Quod in hebreo
legitur in numero singulari.s. quid videbitis in sunamite
quasi chorum castrorum.Hiere.51.Tūc letabitur virgo in
choro.& in plurali מְחֹלוֹת Mecholoth. Exo.50. Egressęq;
sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris. &
in eodem.32. Vidit vitulū & choros. Item חול Chol.i. are-
na. Deut.33.Et thesauros absconditos arenarum. Ps.138.
Et super arenā multiplicabuntur. Osee.1. Et erit numerus
filiorum israel quasi arena maris.Pōitur etiam pro palma
arbore.Iob.29.Et sicut palma multiplicabo dies. Sed etiā
in hoc loco hebrei legunt.Et sicut arena multiplicabo dies
Alii vero dicunt ꝙ in predicto loco est nomen cuiusdam
auis sic nominate:que est longissime vite.Item חול Chol.
idest profanū.laicū.pollutum.contaminatum. De quo vi-
de infra in dictione חָלַל Chalal.

חום Chum.fuluum.ruffum.fuscum.Gen.30.Et quodcūq;
fuluum & maculosum variumq; fuerit.& in eodē. Et
omnia que non fuerīt varia & maculosa & fulua.Ponitur ēt
pro nigro.vt in eo.Cūctum aūt gregem vnicolorem.i. al-
bi & nigri velleris tradidit in manu filiorū suorū. pro quo
hebrei legunt. Omnē in quo erat album:& oēm nigrum in
arietibus tradidit in manibus filiorū suorū. & etiā in locis
predictis pro fuluo hebrei legūt nigrum. Item חום Chom
.i.calor siue calid9.De q̄ vide infra in dictiōe חֲמַם Chamā.

חוס Chus.parcere.misereri. vt Gen. 45. Neq; dimittatis
quicq; de supellectili vestra. pro quo he.le. Et oculus
vester non parcat siue non misereatur super supellectilia
vestra:siue super vasa vestra. Deut.13. Neq; parcat ei ocul9
tuus.1.Reg.24.Sed pepercit tibi oculus meus.Ps.71.Par-
cet pauperi & inopi.Esa.13.Super filios non parcet oculus
eorum.Hiere.13.Non parcam & nō cōcedam.Vbi ponitur
pro concedere.pro quo he.le.Non parcā neq; misertus ero
siue non misertus ero & non parcā.& in eo.21.Et nō flecte-
tur neq; parcet neq; miserebitur. Vbi ponitur pro flecti.
scilicet misericordia.pro quo he.le. Non parcet super eos
neq; parcet neq; misertus erit.Ezech.7.Et non parcet ocu
lus meus super te.& in eo.16.Nō pepercit super te ocul9.&
in eodē.20.Et pepercit oculus meus super eos vt non inter
ficerem eos.& in eo.24.Neq; parcā neq; placabor.Ioel.2
Parce dñe populo tuo.Ione.4.Tu doles super hederā.i.tu
misertus es siue pepercisti super hederam. & in eo. Et ego
non parcam super niniue.& aliquando scribitur sine vau.
vt in aliquibus locis predictis.

חוף Choph.portus.littus maris.De quo vide infra in dictio
ne חָפַף Chaphah.

חוץ Chus.foris. foras.forinsecus.extra.extrinsecus.preter
excepto.vicus:siue callis:aut platea.& quandoq; appo
nitur ei littera beth:siue littera mem : aut lamet : & dicitur
בָּחוּץ Bachus siue מִחוּץ Michus.aut לַחוּץ lachus. Gen.6. Et
bitumine linies eam tam intrinsecus q̄ extrinsec9.& in eo-
dem.19.Eduxerunt eum & posuerūt extra ciuitatē.& in eo
dem.24.Cur foris stas.Exo.25.Et deaurabis eā auro puris
simo int9 & foris. Deut.24.Sed stabis foris.& in eo.32. Fo
ris vastabit eos gladius.Prouer.1.Sapientia foris predicat.
Ezech.41.Et vsq; ad domū interiorem & forinsecus.& ali
quando scribitur cū he in fine.& dī חוּצָה Chúsa.vt Gen.15
Eduxitq; eum foras.& in eo.24.Qui festinus egressus est
ad hominē vbi erat fons.pro quo he.le.Et cucurrit labā ad
hominē foras ad fontē.Prouer.5.Deriuentur fontes tui fo
ras.Ezech.40.Et ad latus exteri9 quod ascen dit ad ostium
porte.Significat etiā preter.siue excepto.vt Eccls.2. Quis
ita deuorabit & deliciis affluet vt ego.Pro quo he.le.Quis
deuorabit siue quis māducabit:& quis deliciis affluet pre-
ter me.i.plusq; ego. Vide etiā de hoc in dictione חוּשׁ Chus
cum sin in fine.Hiere.37.Et daretur ei torta quottidie pa-
nis excepto pulmēto.Hebrei tñ in predicto loco legūt sic.
vt daretur ei torta quottidie panis de vico siue de calle pani
ficū vl pistorū.Nā ponitur ēt pro calle vel platea.vt.3. Reg.
20.Fac tibi plateas in damasco.Iob.5.Et irrigat aquis vni-
uersa.pro quo he.le.Et mittit aquas super faciē platearum
vel calliū.Esa.51.Et quasi via transeuntib9. pro quo he.le.
Et quasi callis transeuntib9.Hiere.5.Circuite vias ierusalē.
Pro quo he.le.Circuite calles siue plateas ierusalem.& in eo
dem.7.Et in plateis ierusalē.& inde חִיצוֹן Chison.i.extrise
cus.forinsecus.exterior vl exterius.3.Reg.6.Quasi promi
nentes de pariete & egredientes.& sequitur in hebreo. In-
trinsecus & extrinsecus.& in eo.Sed & pauimentum dom9
texit auro intrinsecus & extrinsecus.Ezech.41. Intrinsec9
& forinsecus ad mensuram. Scribitur etiā cum he in fine &
dicitur חיצונָה Chisona.vt in eodem.42. Et eduxit me ad
atrium exterius.& in eodem.Et contra pauimentum stratū
lapide atrii exterioris.& in eodem.44.Cūq; egredientur
ad atrium exterius.

חוק Choc.preceptum.legitimū.institutio. statutū. consue-
tudo. De quo vide infra in dictione חָקַק Chacac.

חור Chauar.erubescere.Esa.29.Neq; modo vultus ei9 erus-
bescent. Item חור Chur.significat colorem aereum.vt
Ester.1.Et pendebāt ex omni parte tentoria aerei coloris &
carbasini.& in eo.8.Fulgebat vestib9 regiis hyacinthinis vi
delicet & aereis.hebrei tñ dicunt ꝙ significat album.Nā in
lingua chaldaica חִוָּר Chiuar significat album vel candidū
Dañ.7.Vestimentum eius cādidum quasi nix.& inde חֹרִי
Chori.pro quo beatus Hieronymus transtulit farinam.eo
quod est alba.Gen.40.Quod tria canistra farine haberem
super caput meū. Item חור Chur.foramen.spelunca.cauer-
na.4.Reg.12.Aperuitq; foramen desup.Canti.5.Dilectus
meus misit manū suam per foramē.Esa.11. Et delectabitur
infans ab vbere super foramen aspidis. & in plurali חוֹרִים
Chorim siue חֹרֵי Chore.pro quo beatus Hieronym9 trāstu
lit cauernas siue spelucas.1.Reg.13.En hebrei egrediun
tur de cauernis.Iob.30.Et in cauernis terre vel sup glareā.
Naū.2.Et impleuit preda speluncas suas.Esa.19.Et texen-
tes subtilia. Pro quo hebrei legunt texentes retia.eo quod
sunt plena foraminibus. pōitur ēt pro stercore. vt Esa.36.
Vt comedant stercora sua.& inde מִחֳרָאוֹת Mochraoth.i. la
trine.4.Reg.10.Et fecerunt pro ea latrinas.Sed in margie
habetur מוֹצָאוֹת Mosaoth.quod interpretatur egressiones
Itē חור Chor.i.optimus seu nobilis aut liber vel ingenuus
& inuenitur tñ in nūero plāli.s. חוֹרִים Chorim siue חֹרֵי
Chore.vt Nee.5.Et increpaui optimates & magistratus. &
in eo.13.Et obiurgaui optimates iuda.Esa.34.Nobiles ei9
non erunt ibi.Hiere.27.Et oēs optimates iuda & ierusalē.
& inde חוֹרִין Chorin.i.nobilitas siue libertas.Eccls.10.Bea
ta terra cuius rex nobilis est.pro quo he.le.Beata terra cui9
rex filius nobilitatis vel libertatis.s.est & est mod9 loquēdi
hebraici idiomatis vt pro nobili dicatur filius nobilitatis.

חוש Chus.festinare.delectari siue deliciis affluere. Ps.37.
Intende in adiutorium meum.Pro quo beatus Hiero

חוּצָה Foras.
Exterius
Preter
Excepto.
Platea
Callis
חִיצוֹן
Extrinsec9
Forinsec9.
חִיצוֹנָה
Exterius
חוֹק
חוֹר
Erubescere
חוֹר
Aereus co
lor.
Candidū
חִוָּר
Album.
חֹרִי
Farina
חוֹר
Foramen.
חוֹרִים
Cauerne
Spelunce
Stercora.
מִחֳרָאוֹת
Latrine
חוֹרִים
optimates
Nobiles.
חוֹרִין
Nobilitas
חוּשׁ

חום Fuluum.
Nigrum.
חום Calor.
חוס Parcere
Misereri
Flecti.
חוף Portus
חוץ Extrinsec9
Extra
Foris.
Ducere
choros.
חוֹל Choreas
חול Arena.
Palma
חול Profanū.

Festinare. nymus in psalterio iuxta he.ve.trãstulit. Festina in auxiliũ
meũ.Ps.69.Dñe ad adiuuãdũ me festina.& aliqñ scribitur
sine vau.vt Deut.32.Et adesse festinãt tpa. Iob.31. Et festi-
nauit in dolo pes meus. Esa.8. Festina predari. Abach.1.
Quasi aquila festinans ad comedendũ.& aliqñ scribitur cũ
iod loco vau.s.qñ est verbũ tertie cõiugatiõis.Ps.54. Ex-
pectabã eũ qui saluũ me fecit. pro quo beatus Hieronym⁹
in psalterio iuxta he.ve.trãstulit.Festinabo vt saluer.Esa.5.
Cito venire. Et cito veniat opus eius.& in eo.28.Qui crediderit nõ fe-
stinet.& in eo.60.Subito faciã illud.pro quo he.le.Festina-
חוּשִׁים re faciã illud.i.festinãter vel cito faciam illud.& inde חוּשִׁים
Chusim.i.festini uel festinãtes.pro quo beatus Hieronym⁹
Accincti. trãstulit accinctos.vt Nu.32.Nos aũt ipi armati & accincti
חִישׁ pergemus ad preliũ.& inde חִישׁ Chis.i.cito siue festinãter
Ps.89.Qm̃ supuenit mãsuetudo.pro q̃ btũs Hieronymus
Cito in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Qm̃ transiuim⁹ cito.Po
חוּשׁ nitur etiã supradicta dictio חוּשׁ Chus pro delectari vel deli
Deliciis affluere. ciis affluere.vt Eccl's.2.Quis ita deuorabit & deliciis afflu-
Sensus. et vt ego.Hebrei vero sẽsum vocãt חוּשׁ Chus.videlicet sen
sũ vis⁹ siue auditus aut odorat⁹ vel gust⁹ seu tactus.& sic in
predicto loco aliqui hebrei legunt.Quis deuorabit:aut qs
sentiet.i.quis sensibus fruetur vt ego.i.plusq̃ ego.

חָזִיז חזיז Chaziz.fulgur.Iob.38.Et viam sonantis tonitrui.pro
Fulgur quo hebrei legũt. Et uiam fulguris sonantis:nam post
fulgur sequitur tonitruũ sonans.& dicunt aliqui hebrei q̃
חֲזִיזִים etiã significat nubem.& in plurali חֲזִיזִים Chazizim. pro q̃
Nubes. beatus Hieronymus transtulit nubes.Zach.10.Et domin⁹
faciet nubes & pluuiam imbris dabit eis.Alii dicunt q̃ de-
riuatur a sequenti dictione que significat videre. vnde.lxx.
in predicto loco p nubib⁹ iterp̃tati sũt fãtasias.i.appitiões.

חָזָה חזה Chaza. videre.aspicere.respicere.speculari.cõtẽplari
Videre. Exo.24. Viderũtq; deũ & comederũt & biberũt.Iob.
15.Quod vidi narrabo tibi.& in eo.19.Et in carne mea vi-
debo deũ saluatorem meũ.quẽ visurus sum ego ipe.& in eo
dem.27.Ecce vos oẽs nostis.pro quo he. le. Ecce vos oẽs
vidistis.& est idem sensus cum lr̃a nostra. Nam ponitur ibi
videre pro intelligere vel nosse.Sicut in aliis locis.& in eo.
36.Oẽs hoĩes vident eũ.Ps.26.Vt videã voluntatem dñi.
Ps.45.Vacate & videte opera dñi.Ps.57.Letabitur iustus
cum viderit vindictam.Esa.1.Quam vidit super iudam &
ierusalẽ.& in eo.2.Verbum quod vidit esaias fili⁹ amos. &
in eo.26. Dñe exaltetur man⁹ tua vt nõ videãt:videãt & cõ
fundantur.& in eo.29.Et principes vestros qui vident vi-
Cõtẽplari. siones operiet.& in eo.47.Qui cõtemplabãtur sydera &
Aspicere supputabant menses.Mich.4.Et aspiciat in sion ocul⁹ no
חֹזֶה ster.& inde חֹזֶה Choze.i.videns.vt.1. Paralip.25. Oẽs isti
Videns filii heman videntis regis in sermonibus dei.& in eodẽ.29
Atq; in volumine gath vidẽtis. 2.Paralip.12. Scripta sunt
in libris semeie prophete & addo videntis.& accipitur pro
propheta.vt.1.Reg.9.Qui ppheta dicitur hodie olim voca
חֹזֶה batur videns.Ponitur etiã חֹזֶה Choze.pro pacto.vt Esa.28
Pactum Et cum inferno fecim⁹ pactum.& in eo.Et pactum vestrum
cum inferno nõ stabit.Sed hebrei etiã in predicto loco in-
terpretantur videntem siue speculã aut speculatorẽ.& inde
חָזוֹן חָזוֹן Chazon siue חֶזְיוֹן Chezion.cũ iod in medio aut חִזָּיוֹן
חֶזְיוֹן Chizaiõ.i.visio.vt.1.Re.3.Nõ erat visio manifesta. Iob.20
חִזָּיוֹן Et transiet sicut visio nocturna.Esa.1.Visio esaie filii amos.
Visio & in eo.22.Onus vallis visionis.& in eo.29.Et erit sicut sõ
חֶזְיוֹנוֹת niũ visionis nocturne.& in plurali חֶזְיוֹנוֹת Chezionoth.i.vi
Visiones siones.vt Iob.4.In horrore visionis nocturne. Q̃d in he-
breo legitur in plurali.s.in horroribus visionũ noctis. & in
מַחֲזֶה eo.7.Et p uisiones horrore cõcuties.& inde מַחֲזֶה Macha-
ze.per additionẽ mem in principio.i.visio.vt Geñ.15.Fa-
ctus est sermo dñi ad abram p visionẽ dicẽs.Nu.22.Qui vi Visio
sionẽ oĩpotẽtis videt.vbi ponitur verbũ & nomẽ ab eo de-
riuatũ.2.Reg.7.Et e regione se respiciẽtes.pro quo in he-
breo habetur.visio ad visionẽ vel cõtra visionẽ.Et beatus
Hieronymus transtulit sensum. & aliqñ scribitur cum tau
in fine.& dicitur חָזוּת Chazuth.i.visio.vt.2.Paralip.9. In חָזוּת
visione quoq; addo videntis.Esa.21.Visio dura monstrata Visio
est mihi.& in eo.29.Et erit uobis visio omniũ.& in lingua
chaldaica dicitur חֶזְוָא Chezua. Dañ.2.Tunc danieli myste חֶזְוָא
rium per visionẽ noctis reuelatũ est.Ponitur etiã חָזוּת Cha Visio
zuth pro insigni.Dañ.8.Porro hircus habebat cornu insi חָזוּת
gne inter oculos suos.& in eo.Et orta sunt quattuor cornua Insigne
subter illud. pro q̃ he.le.& orta sunt insignia quattuor sub-
ter illud.i.quattuor cornua grãdia que poterant videri a lõ
ge.Significat etiã aspectũ.Dañ.4.Et aspect⁹ illi⁹ erat vsq; Aspectus.
ad terminos vniuerse terre.Põitur etiã predicta dictio חָזָה חָזָה
Chaza pro cõmorari vel apprehendere.vt Iob.8. Et inter
eius. Esdre.10. Auferetur vniuersa substantia eius. Pro q̄ hebrei legunt. Destruetur vniuersa substantia eius: siue occidentur vniuersa pecora eius. Esa.11. Et desolabit dñs linguam maris egypti. Item significat occidere siue interficere. vt Exo.22. Qui immolat diis occidetur. Nu.21. Quem ille interfecit subuersis vrbibus eius. Ios.6. Et interfecerūt omnia que erant in ea. & in eodē.10. Regemq; illius interfecit. & in eodē. Sed omne quod spirare poterat interfecit. Hiere.50. Dissipa & interfice. & in eodē. Et interficite eā. Item significat anathematizare. vt Ios.6. Vos aūt cauete ne de his que precepta sūt quippiam cōtingatis & sitis preuaricationis rei: & omnia castra israel sub peccato sint. pro quo hebrei legunt. Vos aūt cauete ab anathemate ne anathematizemini: & accipiatis de anathemate: & ponatis castra israel in anathemate. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. Ponitur etiā pro consecrare vel deuouere aliqd dño: ne quis eo fruatur q̄si sit anathema. Leuit.27. Et possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum. & in eo. Oīne quod domino consecratur siue homo fuerit siue animal. & in eo. Quidquid semel fuerit consecratum sanctum sanctorum est domino. & inde חֵרֶם Cherem. i. cōsecratio. anathema: occisio. interfectio. rete. siue sagena. vt Leuit. 27. Et omnis consecratio que offertur ab homine nō redimetur. pro quo he. le. Et omnis consecratio que cōsecratur vt deuouetur ab homine. vbi ponitur verbum & nomē ab eo deriuatum. Nu.15. Omne quod ex voto reddiderint filii israel tuum erit. Pro quo he. le. Omnis consecratio. i. oīne quod deuouetur in israel. s. domino: tuum erit. & cōmuniter ponitur pro anathemate. Deut.7. Nefias anathema sicut & illud est. & in eodem. Quia anathema est. & in eo.13. Et non adherebit de illo anathemate quicq̄ in manu tua. & Ios.6. Sitq; ciuitas hec anathema. & in eo. Tulerūtq; de anathemate. & in eo. Quia pollut? est anathemate. Zach. 14. Et anathema non erit amplius. Malach.4. Et percutiā terram anathemate. scribitur etiā cum he in fine. vt Nu.21 Et vocauit nomen loci illius horma. i. anathema. Item ponitur pro morte vel interfectiōe. vt.3.Reg.20. Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua. Esa.14. Et sup populum interfectionis mee ad iudicium. Mich.7. Vir fratrē suum ad mortem venatur. Significat etiam rete vel sagena quibus aues vel pisces capiuntur. vt Eccls.7. Que laqueus venatorū est & sagena cor eius. Ezech.26. Siccatio sagenarum erit in medio maris. Abach.1. Traxit illud in sagena sua. & in eodem. Propterea immolabit sagene sue. Itē חָרוּם Charum. i. ille qui habet maculam in naribus. s. qui habet nasum grandiorem vel minorem quam homines communiter hīt. vt Leuit. 21. Si vel puo vel grādi vel torto naso.

חַרְמֵשׁ Falx — Chermes. falx. Deut.25. Falce autem non metes. & solum inuenitur in predicto loco.

חֶרֶס Sol. חַרְסָה Sol. חַרְסִית Orientalis. — Chéres. sol. vt Iob.9. Qui precipit soli & nō oritur. Scribitur etiam cum he in fine. & dicitur חַרְסָה Charsa. vt Iudi.14. Die septimo ante solis occubitum. & inde חַרְסִית Charsith. i. orientalis secundū hebreos. vt Hiere.19 Iuxta introitū porte fictilis. Pro quo hebrei legunt. Iuxta introitum porte orientalis. Potest etiam deriuari a dictione חֶרֶשׂ Chéres. Que significat testam siue fictile: quia secūdū hebreos frequenter ponitur littera sin cum apice cibboleth pro littera samach. vnde beatus Hieronymus in explanationibus super Esaiam capō.19. sic ait. Chéres em̄ verbū ambiguum est & testa dicitur & sol. eo qd̄ vtrūq; areat & siccum sit. hec Hieronymus. Item חֶרֶס Cáhres. i. prurigo. Deut.28. Scabie quoq; & prurigine.

חָרַף Testa. Prurigo — Charaph. exprobrare. improperare. blasphemare. cō uiciari. ignominiam facere. reprehendere. morti uel discrimini se offerre. hyemare. Iudi.8. Super quibus exprobrastis mihi dicentes. 1. Reg.17. Ego exprobraui agminibus israel hodie. & in eo. ad exprobrādū em̄ israel ascēdit. & in eodem. Quis est enim hic philisteus incircumcisus qui exprobrauit aciem dei viuentis. 2. Reg.22. Et blasphemauit israel. & in eo.25. Quando exprobrauerunt philistiim. 4. Reg.19. Cui exprobrasti & quem blasphemasti. Ps.41. Exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Ps.54. Q̄m̄ si inimicus me? maledixisset mihi. pro quo btūs Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Non em̄ inimicus exprobrauit mihi. Ps.68. Et opprobria exprobrātium tibi ceciderunt super me. Ps.75. Vsq; quo deus improperabit inimicus. Ps.118. Et rñdebo exprobrātib? mihi verbū. Prouer.27. Vt possim exprobrāti respōdere sermonem. & inde חֶרְפָּה Cherpa. i. opprobrium. imperiū. ignominia vt Geñ.30. Abstulit de? opprobrium meū. 1. Reg.17. Et tulerit opprobriū de israel. 2. Reg.13. Ego em̄ ferre non potero opprobriū meū. Ps.21. Opprobriū hoim & abiectio plebis. Ps.68. Improperium expectauit cor meū. Esa.4. Auser opprobrium nostrū. & in eo.20. Ad ignominiam egypti. & in plurali חֶרְפּוֹת Cherphoth siue חֲרָפוֹת Charaphoth Ps.68. Et opprobria exprobrantiū tibi. Dañ.12. Alii in opprobriū vt videant semp. Q̄d in hebreo legitur pluraliter scilicet in opprobria. Significat ēt reprehēdere. vt Iob.27 Neq; em̄ reprehēdit me cor meū. Et secūdū hebreos significat etiā desponsare. vt Leuit.19. Pro eo qd̄ nos habemus Que sit ancilla etiā nobilis. hebrei legunt. Que sit ancilla desponsata viro. Sed nō habet simile vnde significet despōsare. Significat ēt offerre se discrimini vel morti. vt Iudi.5. Zabulon vero & Neptalim obtulerunt animas suas morti. Item חָרַף Charaph. i. hyemare. vt Esa.18. Et oēs bestie terre super illū hyemabunt. & inde חֹרֶף Chóreph. i. hyems. vt Geñ.8. Estas & hyems. Amos.3. Et percutiā domū hyemalem cū domo estiua. Zach.14. In estate & hyeme erūt. Item ponitur pro frigore. vt Prouer.20. Propter frig? piger arare noluit. Ponitur etiā pro iuuētute vel adolescētia. vt Iob. 29. Sicut fui in diebus adolescentie mee.

חָרַץ Mutire — Charas. mutire. latrare. inire prelium. decernere. prescindere. decidere. Exo.11. Apud oēs aūt filios israel non mutiet canis. Ios.10. Nullus contra filios israel mutire ausus est. & aliqui hebrei exponūt pro mutire. s. mouere linguam & exacuere. Itē significat inire preliū. vel secūdū hebreos exacuere se ad preliū. vt.2.Reg.5. Tūc inibis preliū. Itē ponitur pro decernere. vt.3.Reg.20. Hoc est iudicium tuū quod ipse decreuisti. & inde נְחֻרָצָה Necherasa. i. concisa vel decisa. pro quo beatus Hieronymus transtulit Abbreuiationē. Esa.10. Consumationē enim & abbreuiationem dñs deus exercituū faciet. & in eo.28. Consumationē enim & abbreuiationem audiui. Quod hebrei exponunt consumationē decisam uel definitam. & inde חָרוּץ Charus. i. precisio vel concisio aut abbreuiatio. Iob.14. Breues dies hominis sunt. Esa.10. Consumatio abbreuiata. i. decisa vel definita. Ioel.3. Populi in valle cōcisiōis. & in eo. Quia iuxta est dies dñi in valle cōcisionis. Significat etiā חָרוּץ Charus secūdū hebreos hominē rectū & iustum vel diligentē cui? opera sunt decisa & definita ratiōe & intellectu. Pro q̄ btūs Hieronymus trāstulit fortē vel robustū. vt Prouer.10. Manus aūt fortium diuitias parat. & in eo.12. Manus fortium dominabitur. & in eo.21. Cogitatiōes robusti semp in abūdantiā. Ponitur etiā pro diligente vel sollicito. Itē חָרִיץ Charus. significat instrumentū quo frumentum trituratur siue excutitur: eo quod est acutum & scindit fruges. vt Esa.28.

Exprobrare — Blasphemare — Improperare — Improperiū Ignominia. חֶרְפּוֹת — Reprehendere. — Desponsare — Offerre se morti. — Hyemare חָרַף — Hyems — Frigus — Adolescentia. — Mutire — Inire preliū. — Decernere נְחֻרָצָה — Abbreuiatio. — Decisa. — Abbreuiatio. — Concisio חָרוּץ — Fortis. — Robustus Sollicitus

Serra. Non em̄ in serris triturabitur git.vbi ponitur pro serris.& in eo. 41.Ego posui te quasi plaustrum triturans.vbi ponitur pro triturāte.& in plurali חֲרוֹצוֹת Charusoth.i. plaustra quibus triturantur. vt Amos .1.Eo q̄d triturauerunt in plaustris ferreis galaad.& inde חֲרִיצִי Chariſe. Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit Carpēta.vt.2.Reg.13. Et circūegit ſuper eos ferrata carpenta.ſ.ſcindētia.&.1.Paralip.20. Et fecit ſuper eos tribula & trahas & ferrata carpēta tranſire.Ponitur etiam חֲרִיצִי Chariſe pro caſeis vl̄ pro formelis caſei. vt.1.Reg.17.Et decem formelas caſei has deferes. pro quo brei legunt. Decē caſeos lactis hos deferes.ponitur ēt חָרוּץ Charus pro habēte cicatricē.vt Leuit.22.Si cicatricem habens ſi papulas. Item חָרוּץ Charus.i.menia ſiue murus:eo quod in parte ſupiori tendunt ad acutatē. Dañ.9.Edificabitur platea & muri. Item חָרוּץ Charus.i.aurū.vt Iob.41. Sternet ſibi aurū quaſi lutum.Ps.76. Et poſteriora dorſi eius in pallore auri.Prouer.3.Melior eſt acquiſitio eius negociatione auri.& in eo.8.Doctrinā magis q̄ aurum eligite.& in eo.Melior eſt fructus eius auro & lapide precioſo. & in eo.12.Et ſubſtantia hominis erit auri preciū.Zach.9 Et aurū vt lutū platearū.Itē חָרָץ Charas in lingua chaldaica ſignificat lumbū vel renes.Dañ.15.Et compages renum eius ſoluebantur.

חָרָצִים Charſub. nodus ſiue colligatio. & ſolum inuenitur in nūero plurali.ſ.חֲרָצוֹת Charſuboth.vt Eſa.58. Diſſolue colligationes impietatis.Ps.72.Quia non eſt reſpectus morti eorū.pro quo he.le.Quia nō ſūt colligationes ſiue vincula morti eorū.Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Quia nō cogitauerūt de morte ſua.i. nō ſunt eis colligantia & innodatiōes morti eorū.

חָרָצָן Charſan.acinus.i.granulū vue. & ſolū inuenitur in numero plurali.vt Nu.6.Ab vua paſſa vſq̄ ad acinum.pro quo hebrei.le.Ab acinis vſq̄ ad folliculū.ſ.vue.

חָרַק Charac.fremere.frendere.ſtridere.ſ.dentib⁹.vt Iob.16.Infremuit cōtra me dentibus ſuis.Ps.34. Frēdue runt ſuper me dentibus ſuis.Ps.36.Et ſtridebit ſup eū dentibus ſuis.Ps.111. Dentibus ſuis fremet & tabeſcet.Threñ.2 Et fremuerunt dentibus.

חָרַשׁ Charas.ſilere.tacere.diſſimulare ſe audire.obſurdeſcere.tacitū cogitare.arare. Geñ.34.Siluit donec venirent.Nu.30.Et tacuerit voti rea erit.& in eo.Qua die audierit vir & nō cōtradixerit:voti rea erit.Pro q̄ he.le.Quia die audierit vir & tacuerit:voti rea erit. & eſt idē ſenſus cū littera noſtra.& in eo.Si audierit vir & tacuerit. & in eodē. Q̄d ſi audiens vir tacuerit.Iudi.16.Et ibi tota nocte cū ſilentio preſtolabantur.pro quo.he le.Et ſiluerūt ibi tota nocte.1. Reg.7. Ne ceſſes p nobis clamare ad dñm deū nr̄m. ideſt ne ſileas a clamore.Nee.5.Et ſiluerunt nec inuenerūt quid reſponderent.Iob.11.Tibi ſoli tacebūt hoīes.& in eo. 41.Non parcam ei.Pro quo he.le. Non tacebo mendacia eius.Ps.27.De⁹ me⁹ ne ſileas a me.Ps.34. Vidiſti dñe: ne ſileas.Ps.38.Ne ſileas q̄ñ aduena ego ſum apud te.Ps.49 De⁹ noſter nō ſilebit.Eſa.41. Taceant ad me inſule.& in eo. 42. Silui patiens fui.Soph.3.Silebit in dilectiōe ſua. Item ſignificat diſſimulare ſe audire: vel obſurdeſcere.vt.1.Reg. 10.Ille aūt diſſimulauit ſe audire.Mich.7.Et aures eorum ſurde erūt.& inde חֵרֵשׁ Cheres.i.ſurdus.Exo.4. Aut quis fabricatus eſt mutū & ſurdū.Leuit.19.Non maledices ſurdo.Ps.37.Ego aūt tanq̄ ſurdus non audiebā.Ps.57.Sicut aſpidis ſurde.Eſa.29.Et audient in die illa ſurdi verba legis.& in eo.35.Et aures ſurdorum patebunt. & in eo. 42. Surdi audite.& inde חֵרֵשׁ Chéres.i.tacite ſiue clam.pro q̄ beatus Hieronymus tranſtulit in abſcondito. Ioſ.2. Miſit igitur Ioſue filiꝰ nun de ſethim duos viros exploratores in abſcondito.Item חָרַשׁ Charas.i.tacite cogitare: vel tacite cōtemplari.vt Geñ.24.Ipſe aūt cōtemplabatur eam tacite.1.Reg.23.Quia prepararet ei ſaul clā malū.i.tacite cogitaret.Iob.4.Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem.pro quo he.le.Quin potius vidi cogitantes iniquitatem.Prouer.3.Ne moliaris amico tuo malū.pro quo he.le. Ne cogites contra amicū tuū malū.& in eo.6. Cor machinās cogitationes peſſimas.i.cogitans.& in eo. 12. Dolꝰ in corde cogitantiū mala.& inde חָרַשׁ Charas ſiue חֹרֵשׁ Chores.i.faber.artifex.opifex.ſiue induſtrius. vt Geñ.4. Qui fuit malleator & faber.1.Reg.13.Porro faber ferrarius nō inueniebatur in oñi terra iſrael.2.Reg.5. Artifices lignorū artificeſq̄ lapidum.3.Reg.7.Artificem erarium & plenū ſapientie.4.Reg.24.Et omnē artificē & incluſorem.1.Paralip.4.Genuit ioab patrē vallis artificū:ibi quippe artifices erant.Eſa.44.Fabri em̄ ſunt ex hoibus.& in eo.Faber ferrarius lima operatus eſt.& in eo.Artifex lignarius extēdit normā.Hiere.29.Et faber & incluſor.Ezech.21.Fabricantiū interitū. Ponitur ēt pro ſculptore. Exo. 28. Opere ſculptoris & celatura gēmarii. Item pōitur pro architecto. Eſa.5.Et ſapientem de architectis & prudētē eloquii myſtici.& inde חָרֹשֶׁת Charoſeth.i.artificium ſiue fabrefactio.vt Exo.31.Marmore & gēmis & diuerſitate lignorū.pro quo hebrei legūt.Et in artificio lapidis & in artificio ſiue fabricatione lignorū.Eſt etiā חָרֹשֶׁת Charoſeth nomē proprium loci.vt Iudi.4.Ipſe aūt habitabat in charoſeth gentiū. Itē חָרַשׁ Charas.i.arare.vt Deut.22.Nō arabis in boue ſimul & aſino. Iudi.14.Si non araſſetis in vitula mea.Ps.128.Supra dorſum meū fabricauerūt pctōres.pro quo beatꝰ Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Sup ceruicem meā arauerūt arantes.Hiere.26.Sion quaſi ager arabitur. Ezech.17.Exaratū ſuper latitudinē cordis eorū.Amos.6. Aut arari poteſt bubalis.& inde חָרִישׁ Charis.i.aratio ſiue tēpus arandi.Geñ.45.Quibus nec arari poterit nec meti. Pro quo he.le. In quibꝰ nec erit aratio nec meſſis.Exo.34 Die ſeptimo ceſſabis arare & metere.pro quo he.le. Die ſeptimo ceſſabis ſiue quieſces:in aratiōe & in meſſe quieſces 1.Reg.8.Et aratores agrorū ſuorū.pro quo he.le.Et ad arādū arationē ſuā.& inde מַחֲרֵשֶׁת Macharéſeth.i.vomer ſiue aratrū.vt.1.Reg.13.Vt acueret vnuſquiſq̄ vomerē ſuum & ligonē & ſecurim & tridentē & ſarculū. vbi ponitur etiam pro ſarculo.& in eodē. Retuſe erant acies vomerū. & inde חֲרִישִׁית Chariſith.i.vehemēs aut validus ventus: ſecūdum hebreos:qualis ſolet accidere in tēpore arandi.Pro q̄ beatꝰ Hieronymus tranſtulit vrentē.Ione. 4. Vēto calido & vrēti.Item חֹרֶשׁ Chores.virgultū denſis frondibus. Ezech.31 Et frondibus nemoroſis.Ponitur etiā in tranſlatiōe noſtra pro aratro ſecundū aliam ſignificationē ſupradictam. Eſa. 17.Sicut aratra & ſegetes que derelicta ſunt a facie filiorum iſrael.Sed etiam in predicto loco hebrei legūt. Virgultū & ramū.vt dictū eſt ſupra in dictiōe אָמִר Amar:Inde חֹרְשָׁה Chorſa.i.ſiluane.mus. ſaltꝰ.vt.1.Reg.23.Porro dauid erat in deſerto ziph in ſilua.& in eo.Et abiit ad dauid in ſiluā. & in eodē.Manſitq̄ dauid in ſilua.& in eo. Ecce dauid latitat ap̄d nos i locis tutiſſimis ſilue.& in plurali חֳרָשִׁים Charaſim.2.Paralip.27.Et ī ſaltibus caſtella & turres. Itē חֹרֶשׁ Chéres.cum apice ceboleth in littera ſin.i.teſta.teſteus.fictilis.vt Leuit.6. Vas aūt fictile in quo cocta eſt confringetur. Iob.2. Qui teſta ſaniem radebat. Ps.21. Aruit tanq̄ teſta virtus mea.Eſa.16.Ad murū cocti lateris.vbi ponitur p̄ cocto latere.& in eo.30.Et non inuenietur de fragmentis eiꝰ teſta.& in eo.45.Teſta de ſamiis terre.Pro quo he.le.Teſta

Serra.
Triturans
חֹרֵצוֹת
Plaustra.
חָרִיצִי
Carpenta.
חָרִיצִי
Formele.
חָרוּץ
Cicatrices, habēs
חָרוּץ
Murus
חָרוּץ
Aurum
חָרָץ
Renes.
חֲרָצִים
חֲרָצוֹת
Colligationes
חָרָצָן
Acinus
חָרַק
Fremere
Frendere.
Stridere
חָרַשׁ
Silere
Tacere.
Silere.
Silere.
Dissimulare se audir
חֵרֵשׁ
Surdus
In abscondito.
חָרַשׁ
Tacite cōtemplari
Tacite cogitare
Moliri.
Machinari
Cogitare.
חָרַשׁ
Faber
Artifex
Fabricator.
Sculptor.
Architectus.
חָרֹשֶׁת
Artificiū
Charoſeth
חָרַשׁ
Arare
Exarare.
חָרִישׁ
Aratio.
מַחֲרֵשֶׁת
Vomer.
Sarculus
חֲרִישִׁית
Vēt⁹ valꝺ.
חֹרֶשׁ
Virgultus cū frōdib⁹
Aratrum.
חֹרְשָׁה
Silua
חֳרָשִׁים
Saltus.
חֶרֶשׁ
Fictile
Testa.
Cocꝰ later

de testis terre.& est idē sensus.Nā de insula samo afferebantur vasa testea que vasa samia appellabantur. Threñ. 4. Quomō reputati sunt in vasa testea.Ezech.23. Et fragmēta eius deuorabis.pro quo he.le.Et testas eius.i.fragmenta teste eius confringes.s.dētibus.Item חָרֶשׁ Chares.i.sol. vt Iob.41.Sub ipso erunt radii solis.De quo vide supra in dictione חָרֵס Chares cum samach in fine. & solum in predicto loco scribitur cū sin in fine loco samach.

חָרֶשׁ Sol.

חָרַת Sculpere. חרת Charuth.sculpere.vt Exo.32.Scriptura ꝙsꝙ dei erat sculpta in tabulis.

חָשׁ חש Chas.festinare. De quo vide supra in dictione חוּשׁ Chus.

חָשַׁשׁ Calor. Ardor חשש Chasas.calor siue ardor.Esa.5.Et calor flāme exussit.& in eo.33.Concipietis ardorem & parietis stipulā.Hebrei vero dicunt ꝙ significat quisquilias.

חָשַׁב Cogitare. חשב Chasab.cogitare.existimare.putare.reputare.estimare.in precio habere.numerare.vel cōputare.aut supputare.Gen.50.Vos cogitastis de me malum. & in eodem. Sed deus vertit illud in bonum. Pro quo hebrei legūt. Sed deus cogitauit illud in bonum.2. Reg. 41. Quare cogitasti huiuscemodi rem.Ps.34 .Cogitantes mihi mala. & in eodem.Loquentes dolos cogitabant.Ps.39.Dominꝰ solicitus est mei.i.cogitauit pro me.Ps.40.Aduersum me cogitabant mala mihi. Ps.72. Existimabā vt cognoscerē hoc. Ps.76.Cogitaui dies antiqs. Ps.118. Cogitaui vias meas. Prouer.16.Qui attōitis ocłis cogitat mala.& ī eo.24.Qui cogitat mala facere.Ezech.11.Hi sunt viri qui cogitant iniquitatē. Threñ.2.Cogitauit dñs dissipare murū filie sion. Osee.7.Et in me cogitauerunt malitiam. Amos.6. Sicut dauid putauerunt se habere vasa cantici.Mich.2.Ve qui cogitatis inutile.& in eodē.Ecce ego cogito super familiam istā.Naum.1.Quid cogitatis contra dominū.& in eodem. Exte egi exiuit cogitans cōtra dñm.Ione.1.Et nauis periclitabatur conteri.pro quo he.le.Et nauis putabatur conteri siue cogitabat conteri.i.viri nauis cogitabant nauem cōteri.Malach.3.Timentibꝰ dñm & cogitantibus nomē eius. Itē significat reputare siue extimare.aut in precio habere. Gen.15.Et reputatum est ei ad iustitiā.& in eodē.31. Nōne quasi alienas reputauit nos.Nu.18. Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorū.& in eo.Et reputabitur vobis q̄si de area & de torculari.& in eo.23.Et inter gentes nō reputabitur.Deut.2.Terra gigantū reputata est.1. Reg.1. Estimauit ergo eā heli temulentā.3.Reg.10.Non erat argētū neqꝫ alicuius precii putabatur in diebus salomonis.2.Paralip.9 Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur. Iob.18. Quare reputati sumus vt iumenta.& in eo.41. Estimauit abyssum quasi senescentem. Ps.43.Estimati sumus sicut oues occisionis.Prouer.17.Stultus si tacuerit sapiens reputabitur.Esa.2.Qm̄ excelsus reputatus est ipse.& in eo. 13. Qui argentum non querant.i.non estiment: vł pro nihilo reputent illud.& in eo.29. Et chermel in saltum reputabitur.& in eo.33.Non reputabit homines.& in eo. 53. Vnde nec reputauimus eum.& in eodē. Et nos putauimus eum quasi leprosum.Threñ.4.Quomō reputati sunt in vasa testea.Item significat numerare siue supputare vel computare.vt Leuit.25.Cōputabuntur fructus ex eo tp̄e quo vendidit.& in eo.Supputatis dūtaxat annis a tp̄e vēditionis sue. & in eo.Ponet rationē cū eo iuxta annorū numerum.i. numerabit vel supputabit cū eo.4.Reg.12.Et nō fiebat ratio iis hominibus qui accipiebāt pecuniā.i.non numerabatur vel non supputabatur eis.& sequitur sed in fide tractabant eam.& in eo.22.Verūtn̄ nō supputetur eis argentū. Ps.31. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatū. & inde מַחְשָׁבָה

Existimare

Putare

Reputare.

Estimare

Computat Supputat Numerare

Imputare

Machasaba siue מַחְשֶׁבֶת Machasébeth.i.cogitatio:siue existimatio.Gen.6.Et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malū.Hiere.18.Et cogito contra vos cogitationē. Ezech. 38.Et cogitabis cogitationē pessimā.& in plurali מַחֲשָׁבוֹת Machasaboth.i.cogitationes.vt Exo.31.Ad excogitandū quidquid fabre fieri potest.Pro quo he. le. Ad excogitandum cogitationes ad faciendum.& in eo.35.Ad excogitandum cogitationes & faciendum. Iob.5. Qui dissipat eō gitationes malignorū.Ps.39. Et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.Ps.55. Aduersum me oēs cogitatiōes eorū.Esa.55.Non em̄ cogitationes mee cogitationes vestre.Hiere.11.Quia cogitauerunt super me cogitatiōes. & in eo.18. Venite & cogitemus cōtra ieremiā cogitationes. & inde חֹשֵׁב Choseb. i.polymitariꝰ siue opꝰ polymitariū vł plumariū.eo qđ fit multa cogitatiōe & industria. Exo.26. Opere plumario facies.& in eo.28.Opere polymito.& in eo.35.Vt faciat opera abietarii & polymitarii & plumarii. & inde חֹשֶׁב Cēseb.i.ipsa cōtextura ingeniosa & subtilis.vt in eo.28. Ipsa quoqꝫ texrura & cūcta operis varietas. Scribitur etiam cū mem in principio.& dicitur מַחֲשֶׁבֶת Machasabeth.i.illud quod subtiliter excogitatur vel adinuenitur. vt in eodē.35.Quidquid fabre adinueniri pōt. Inde חֶשְׁבּוֹן Chesbon.i.cogitatio.ratio.numeratio.cōputatio.Eccls.7. Et quererem sapientiā & rationē.& in eo.9.Quia nec opꝰ nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos.& in plurali חִשְׁבֹּנוֹת Chisebonoth.Pro quo beatus Hieronymꝰ transtulit machinas siue questiones .vt.2.Paralip.26.Et fecit in ierusalē generis machinas.Eccls.7.Et ipse se infinitis miscuerit questionibus.

Cogitatio

מַחֲשָׁבוֹת

Cogitationes.

חשב Opus plumarium. Opus polymitariū.

חֶשֶׁב

מַחֲשֶׁבֶת Quidquid adinuenitur

חֶשְׁבּוֹן Ratio.

חִשְׁבֹּנוֹת Machine. Questi ōes

חָשָׂה Silere. חשה Chasa.tacere.silere.negligere.4.Reg.2. Et ego nos ui:silete.Nec.8.Leuite silentiū faciebant in omni populo.i.silere faciebant omnē populū.Ps.27. Ne qñ taceas a me.Ps.106.Et siluerunt fluctus eius.Eccls.3.Tempus tacendi & tempus loquendi.Esa.42.Tacui semp.& in eodē. 58.Nec cogitasti in corde tuo quia ego tacens.& in eo.62. Propter sion non tacebo.Ponitur etiam pro negligere.vt Iudi.18.Nolite negligere nolite cessare.3.Reg. 22. Et negligimus tollere eam de manu regis syrie.

Tacere.

Negligere

חָשַׂח Oportere. Necesse eē Opus esse חשח Chasach.in lingua chaldaica significat oportere vel opus esse aut necesse esse. Dañ.3. Non oportet nos de hac re respōdere tibi.Esdre.4.Qđ si necesse fuerit vitulos & agnos.& in eo.7.Sed & cetera quibus opus fuerit.

חָשַׁךְ Obscurare. חשך Chasach.obscurare.cōtenebrare.denigrāre.Gen.10 Operuerūtqꝫ vniuersam supficiē terre vastātes oīa. Pro quo he.le.Operuerūtqꝫ vniuersam supficiē terre & obscurata vel contenebrata est terra.Iob.38.Quis est iste involuens sentētias sermōibus impitis.pro quo he.le. Quis est iste obscurans cōsiliū sermonibus absqꝫ sciētia.& est idē sensus cum līa nostra. Ps.68. Obscurētur oculi eorum ne videant.Ps.73.Quoniā repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatum.Ps.104.Misit tenebras & obscurauit.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. & similiter.Ps.138.Quia tenebre non obscurabuntur a te.Eccls.12.Anteqꝫ tenebrescāt sol & luna & stelle.Esa.5. Et lux obtenebrata est in caligine eius.& in eo.13. Obtenebratus est sol in ortu suo.Hiere.13.Date domino deo vestro gloriā anteqꝫ contenebrescat.Threñ.5.Ideo cōtenebrati sūt oculi nostri.Amos.8.Tenebrescere faciam terram in die luminis.Significat etiam denigrare. vt in eodē. 4. Denigrata est sup carbones facies eorum.Ezech.30.Et in taphnis nigrescet dies.Sed in predicto loco in hebreo scribitur חָשֵׁךְ Chasach cum ceboleth in littera sin.Quod significat vitare siue prohibere aut cessare vt infra dicetur:vnde in predi-

Tenebrescere. Obtenebrare.

Denigrat. Nigrescēre.

חָשֵׁךְ

חֹשֶׁךְ Cto loco hebrei legũt. & in taphnis ceſſabit dies. inde חֹשֶׁךְ Choſech.i.obſcuritas ſiue tenebre.& in hebreo legitur ſingulariter.ſ.tenebra.vt Geñ.1.Et tenebre erant ſuper faciẽ abyſſi.& in eo.Et diuiſit lucem a tenebris. Iob.3. Dies illa vertatur in tenebras.Ps.17.Dñe deus meus illumina tenebras meas.Ps.27.Poſuit tenebras latibulum ſuum. Eſa.5. Ponentes tenebras lucem:& lucem tenebras. Ioel.2. Dies tenebrarum & caliginis.& aliqñ ſcribitur cum he vel aleph in fine & dicitur חַשֹׁכָה Chaſecha ſiue חַשֹׁכְא Chaſocha. vt Geñ.15.Et horror magnus & tenebroſus inuaſit eum.Ps. 17.Tenebroſa aqua in nubibus aeris.Ps.138.Sicut tenebre eius ita & lumen eius. Dañ.2.Nouit in tenebris conſtituta. & aliqñ ſcribitur cũ mem in principio & dicitur מַחְשָׁךְ Machſach.vt Eſa.29.Quorũ ſunt in tenebris opa. Ps.87. Et notos meos a miſeria.Pro quo he.le.Noti mei contenebratio.i.non video eos ac ſi eſſent in tenebris.Et beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicã veritatem trãſtulit.Notos meos abſtuliſti.Qđ etiã poteſt legi : ſi ſcribatur cũ pũcto ceboleth in littera ſin:vt infra dicetur.& pluraliter declinatur חַשֵׁכִים Chaſechim ſiue מַחְשַׁכִּים Machaſachim.i. obſcuritates ſiue tenebre.vt Eſa.50.Qui ambulat in tenebris & non eſt lumen ei.Threñ.3.In tenebris collocauit me.

Tenebre

חַשֹׁכָא Tenebre.

מַחְשָׁךְ Tenebre.

חַשֵׁכִים מַחְשַׁכִּים Tenebre.

חָשַׂךְ Chaſach.cum apice ceboleth in littera ſin.vitare.euitare.prohibere.retinere.reſeruare.cuſtodire.ſ.a peccato vel a malo.ceſſare facere.ſiue ceſſare.Geñ.20.Et ideo cuſtodiui te ne peccares in me.i.prohibui ſiue retinui te ne peccares in me.Et in eo.22.Et non peperciſti filio tuo vnigenito propter me.Pro quo hebrei legunt. Non prohibuiſti ſiue non vitaſti filium tuum vnigenitum a me.& in eo. 39.Neq; quicq; eſt quod non in mea ſit poteſtate.pro quo hebrei legunt.Et non prohibuit ſiue non vitauit vel nõ retinuit a me quicq;.1.Reg.25. Et ſeruum ſuum cuſtodiuit a malo.i.phibuit,vel retinuit a malo.Eſdre.9. Liberaſti nos de iniquitate noſtra.Pro quo he.le.prohibuiſti nos.Iob.30 Et faciem meã cõſpuere non verentur.pro quo he.le. Et a facie mea non euitauerunt conſpuere.& eſt idem ſenſus cũ littera noſtra.& in eo.58.Que preparaui in temp? hoſtis. Pro quo he.le.Que reſeruaui vel retinui ad tempus hoſtis ſiue ad tempus tribulationis.Ps.18.Et ab alienis parce ſeruo tuo.Pro quo hebrei legunt.A ſuperbis quoq; prohibe ſeruum tuum. Vnde beatus Hieronym? in pſalterio iuxta hebraicam veritatẽ tranſtulit.A ſuperbis quoq; libera ſeruum tuum.Prouer.10.Qui aũt moderatur labia ſua prudẽtiſſimus eſt.i.qui prohibet vel retinet labia ſua.Item ſignificat ceſſare.vt Iob.16.Non quieſcet dolor meus.i.non ceſſabit.& ſupra in eodem.Et mouerem labia mea quaſi parcens vobis.pro quo hebrei legunt.Et motus labiorũ meorum ceſſaret ſiue quieſceret.Prouer.21. Qui aũt iuſtus eſt tribuet & non ceſſabit.Eſa.14.Subiicientem in furore gẽtes crudeliter.Pro quo hebrei legunt. Subiicientem in furore gentes perſecutione inceſſante ſiue abſq; ceſſatione. & in eodem.58.Clama ne ceſſes.

Cuſtodire. Prohibere

Euitare

Reſeruare

Ceſſare

חָשַׁל Laſſare Domare

חָשַׁל Chaſal.debilitare.laſſare.domare. Deut.25.Et extremos agminis tui,qui laſſi reſidebãt. Et in ligua chaldaica ponitur pro domare.vt Dañ.2.Quomodo ferrũ cõminuit & domat oĩa.Sed etiã in predicto loco hebrei dicũt q; ſignificat debilitare vel conterere.

חַשְׁמַל Electrum. חַשְׁמַלָה

חַשְׁמַל Chaſmal-electrũ.Ezech.1.Et de medio eius quaſi ſpecies electri.& in eo.Et vidi quaſi ſpeciem electri Scribitur ẽt cũ he in fine & dicitur חַשְׁמַלָה Chaſmala. vt in eo.8.Quaſi aſpect? ſplẽdoris & viſio electri.Et dicũt aliqui hebrei q; ſignificat angelum ſic nominatum. Sed beatus Hieronymus in ſuis explanationibus dicit q; ſignificat electrum:& quod eſt argento auroq; precioſius.

חֲשַׁמַן Legatus.

חֲשַׁמַן Chaſman.legatus.vt.Ps.67.Venient legati ex egypto.& ſolum inuenitur in numero plurali in predicto loco.

חֹשֶׁן Rationale

חֹשֶׁן Choſen. pectorale ſiue rationale.i.ornamentũ ſacerdotale: quod ſũmus ſacerdos gerebat ſupra pectus & cor ſuum.Exo.25.Ad ornandum ephod & rationale. & in eo.28.Rationale quoq; iudicii facies.& in eodẽ.Portabitq; Aaron noĩa filiorũ iſrael in rationali iudicii ſup pect? ſuũ.

חָשַׂף Reuelare Diſcoopire Parare.

חָשַׂף Chaſaph.diſcoopire.nudare. reuelaſ. haurire.exhaurire.Ps.28.Et reuelauit cõdenſa.Eſa.20. Diſcoopertis natib? ad ignominiam egypti.& in eo.47.Diſcooperi humerum tuum.& in eo.52.Parauit dñs brachium ſanctũ ſuum.pro quo he.le.Reuelauit ſiue diſcooperuit dñs brachium ſanctum ſuũ.Hiere.13.Vnde & ego nudaui femora tua. Ezech.4.Et brachium tuum erit extentũ.pro quo he.le.Et brachium tuum diſcoopertum ſiue nudatum. & inde מַחְשֵׂף Machſoph.i.nudatio ſiue diſcoopertio.pro quo beatus Hieronymus tranſtulit ſpoliatum. Geñ.30. In his que ſpoliata.i.nudata fuerãt candor apparuit. Significat etiam haurire.vt Eſa.30.Aut hauriatur parum aque de fouea.Aggei.2.Et intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas.pro quo he.le.Et ĩtraretis ad torcular ad exhauriendũ quinquaginta lagenas.Inde חֲשִׁיפֵי Chaſiphe.i.parui greges.vt.3.Reg.20. Quaſi duo parui greges caprarũ.

מַחְשֵׂף Spoliatus

Haurire.

חָשַׁק Adherere. Junctũ eſſe Diligere

חָשַׁק Chaſac. adherere.concupiſcere.diligere.Amore iũctumeſſe.vt Geñ.34.Sichem filii mei adheſit anima filie veſtre. Deut.7.Non quia cunctas gentes numero vincebatis iunctus eſt vobis dñs.i.adheſit vobis.Eſa.38.Tu autem eruiſti animam meam vt nõ periret.pro quo.he.le.Tu autem dilexiſti ſiue deſideraſti animã meam.i.tu autem adheſiſti anime mee vt non periret.& inde חֵשֶׁק Cheſec.i. illud quod optatur vel deſideratur.vt.3.Reg. 9.Et oñe quod optauerat & voluerat facere.Itẽ ſignificat veſtire ſiue coperire aliquid laminis ſiue celaturis aureis vel argenteis:eo quod adheret & iungitur illud aurum vel argentum ei rei cui apponitur.vt Exo.27.Omnes colũne atrii veſtite erant argenteis laminis.& in eodem.38.Sed & ipas colũnas atrii veſtiuit argento.Et inde חֲשׁוּק Chaſuc.i.illa celatura argẽtea:qua columna veſtiebatur.vt in eodem.27.Capita cum celaturis ſuis habebunt argentea.& in eodẽ.38.Capita columnarum & tota operis celatura argẽtea.Item חֲשׁוּק Chaſuc.i.radius rotarum.eo quod eſt infixus & iunctus rote.3. Reg.16.Et axes & radii earum.

Os optat. Veſtire.

חֲשׁוּק Celatura.

חֲשׁוּק Radius

חָשַׂר Cribrare Denſitas

חָשַׂר Chaſar.cribrare.2.Reg.22.Cribrans aquas de nubibus.Hebrei tñ dicunt q; ſignificat dẽſitatem ſiue colligantiam. Vnde ipſi legunt. Denſitas aquarum . vbi ponitur חֲשָׂרֹת Cheſrath cum tau in fine.Significat etiam extremã circũferẽtiam rotarum:quã tranſlatio noſtra canthũ vocat.vt.3.Reg.7.Et axes earũ & radii & canthi.

חֲשָׂרֹת Canthus

אַחַשְׁתְּרָנִים Veredarii.

אַחַשְׁתְּרָנִים Achaſtheranim.veredarii. De q̃ vide ſupra in littera aleph.

חָתַת Pauere. Timere Terrere Extimeſcere. Timere Cõtringi.

חָתַת Chathath. pauere. expaueſcere. timere. formidare. perterrere:ſiue perterritum eſſe.Superare:vel ſupatum eſſe.deficere.confringere:ſiue confractum eſſe. Et cõmuniter ſcribitur cum ſimplici tau.vt Deut.31. Noli timere:neq; paueas.Ioſ.1.Noli metuere & noli timere.2. Paralip.20.Nolite timere nec paueatis.Iob.7.Terrebis me per ſomnia.& ſcribitur in predicto loco cum duplici tau. & in eo.31.Et deſpectio propinquorum terruit me. & in eo.32. Extimuerunt nec reſponderunt.& in eo.41. Qui fact? eſt vt nullum timeat.Ps.17.Et cõponens quaſi arcum ereum brachia mea.pro quo he.le.Et cõfract? eſt vel ſuperatus eſt

arcus ereus brachiis meis.Et similiter.2.Reg.22. Vbi eadē verba habentur.Potest etiā deriuari a dictiōe נָחַת Nachath & esse sensus sicut in littera nostra. De quo infra in suo loco dicetur.Prouer.17.Plus proficit correctio apud prudentē quā centum plage apud stultum.Pro quo he.le.Frangit vel conterit correctio vel increpatio apud prudentē.Esa.7. De sinet ephraim esse populus.pro quo he.le. Cōfractus erit ephraim a ppło:siue deficiet ephraim a populo.i.ne sit po pulus.& est sensus sicut in littera nostra.& i eo.9.Et sceptrū exactoris ei? supasti sicut in die madian.& in eo.30. A vo ce dñi pauebit Assur.& in eo.31.Et pauebunt fugiētes prin cipes eius. & in eo.51.Et iustitia mea non deficiet.Hiere.1. Ne formides a facie eorū:ne forte timere te faciam vultum eorū.& in eo.17. Paueant ipsi & nō paueā ego.& in eo.30. Ne paueas israel.& in eo.46.Vidi ipsos pauidos & terga vertentes.& in eo.49.Et pauere faciam elam coram ini micis suis. Vbi scribitur cū duplici tau.& in eo.50. Vinctus est Marodach.i.confractus vel superat? est.& in eo. Supera ta sunt idola eorum.& in eo.Gladius ad fortes ei? qui time bunt.i.superabuntur.& in eo.51.Et emarcuit arcus eorum idest confractus vel superatus est arcus eorum. Abdie.1. Et timebunt fortes tui a meridie.Abach.2.Et vastitas anima lium deterrebit eos.Malach.2.Et a facie nominis mei pa uebat.Ponitur etiam pro descendere.vt Iob.21.Et in pun cto ad infernum descendūt. De quo vide infra in dictione נָחַת Nachath.& inde חַתַת Chathath siue חִתִּית Chithith.i. timor.pauor.terror.formido.vt Gen.35.Terror dei inua sit oēs per circuitū ciuitates.Ezech.32.Qui dederant quō dam formidinē suā in terra viuentium.& in eo.Qui posue runt terrorē suū in terra viuentiū.& in eo.Qui deducti sūt cum interfectis pauentes.pro quo he.le. In pauore suo.Po nitur etiā חַתַת Chathath.pro plaga.vt Iob.6.Et modo vi dentes plagam meā timetis.& inde מְחִתָּה Mechitha.i. pauor siue contritio vel cōfractio.vt Prouer.10. Pauor pau perum egestas eorum.& in eo.Et pauor his qui operantur iniquitatē.& in eo.18 Os stulti cōtritio eius.& inde חַחַתִּים Chathchathim.per geminationē cheth & tau.i.formidan tes. vt Eccl's.12. Excelsa q̄q timebūt & formidabūt in via. חָתָה Chatha.fouere.s.ignē:siue cōgregare aut portare. vt Prouer.6.Nunquid pōt hō abscondere ignē in sinu suo.i.fouere vel portare ignē in sinu suo.& in eo.25. Pru nas eni congregabis super caput eius.Esa.30. Et non inue nietur de fragmentis ei? testa:in qua portetur ignicul? de incendio.Ponitur etiam pro ꝓficere.vt Prouer.17.Pl? pro ficit correctio apud prudentē. Item ponitur pro euellere.vt Ps.51.Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo. Sed in his duobus locis predictis scribitur sine he in fine & pōt de riuari a dictione חַתַת Chathath.que significat cōfringere. vt supra dictū est.vel a dictione מָחַץ Macha. De quo infra di cetur.& inde מַחְתָּה Machtha.i.vas in quo substentatur vel portatur ignis.Pro quo beatus Hieronymus transtulit thu ribulū.vt Exo.10.Arreptisq; nadab & Abiu thuribulis im posuerūt ignem.& in eo.16.Assumptoq; thuribulo quod de prunis altaris ipleuerat. Nu.16.Tollite vnusquisq; thu ribula sua.& in eo.Tolle thuribulū & hausto igni de altari. Significat ēt vas vbi ea que emuncta erant extinguebātur. Exo.25.Et vbi ea que emuncta sunt extinguntur.

חָתַךְ Chathach. incidere, precidere. determinare. statue re.beatus Hieronymus transtulit abbreuiare.vt Dañ. 9. Septuaginta hebdomade abbreuiate sunt super populū tuū & super vrbē sanctā tuā.Hebrei tñ legūt. Precise vel de termiate sunt.& solum inuenitur in predicto loco. Hebrei tñ cōmuniter vtuntur hoc verbo ꝓ incidere. vel precide re: aut secare.

חָתַל Chathal.inuoluere.circunligare.fasciare.s.pannis vel linteolis.vt Iob.38.Et caligine illud quasi pannis in fantie obuoluerē.Ezech.16.Nec inuoluta pannis. & in eo. 30. Vt ligaretur pannis & fasciaretur linteolis.

חָתַם Chatham.signare.sigillare.ligare.sub signaculo clau dere.ratificare.obfirmare.Deut.32.Et signata in the sauris meis.3.Reg.21.Et signauit eas anulo eius.Nec.9.Et Et signant principes nostri.& in eo.10.Signatores aūt fue runt.Ester.3.Et littere signate ipīus anulo misse sunt. Iob. 9.Et stellas claudit quasi sub signaculo.& in eo.14.Signa sti quasi in sacculo delicta mea.& in eo.24.Perfodit in te nebris domos: sicut in die cōdixerat sibi.i.sicut in die signa uerat.Nā fures in die considerant & signāt locum per quē in nocte perfodiāt domū.& in eo.37. In manu oīm hoīm signat.Canti.4.Hortus cōclusus fons signatus. Esa.8. Si gna legem in discipulis meis.Hiere.32.Scripsi in libro & signaui.& in eo.Et accepi librū possessionis signatū. Dañ. 12.Et signa librū.Item ponitur pro instruere vel erudire. vt Iob.33.Et erudiens eos instruit disciplina. Pro quo he. le.Et in disciplia eorū signat:siue & in vinculis eorū signat vel claudit.Ponitur ēt pro crescere.i.qñ humor crescit & coagulatur:in tantum q̄ claudit meat? p quos fluit. Leuit. 50.Cūq; per singula momēta adhesserit carni eius atq; cre uerit fedus humor.Inde חֹתָם Chotham.i.sigillū vel signa culū:aut anulus.vt Iob.38.Restituetur vt lutū signaculum. Canti.8.Pone me vt signaculum super cor tuū. Ezech.28. Tu signaculum similitudinis.Ponitur ēt pro anulo in quo est sigillum.vt Gen.38.Anulum tuū & armillā & baculum quē manu tenes.3.Reg.21.Et signauit eas anulo ei?.& Hie re.22.Si fuerit iechonias filius Ioachin regis iuda anulus in manu dextera mea.Ponitur etiam pro squamis que sunt cōpacte & coiuncte inuicem.vt Iob.41.Cōpactum squa mis se prementib?.Pro quo he.le. Clausum signaculo stri cto.Et beatus Hieronymus transtulit sensum.

חָתַן Chathan.nubere.conubia iungere.coniugio associa ri.affinitatem contrahere.generum fieri.Deut.7.Nec sociabis cum eis coniugia.Ios.23.Et cū eis miscere cōnubia atq; amicitias copulare.1.Reg.18. In duobus gener meus eris hodie.et in eo.Nūc ergo esto gener regis.& in eo. Nū parum videtur vobis generum esse regis.& in eo. Vt fieret gener regis.i.vt cōtraheret affinitatē cum rege.& inde חֹתֵן Chothen.i.socer.affinis:cognatus.vt Exo.3. Moyses autē pascebat oues iethro soceri sui.& in eo.18. Venit ergo ie thro cognat? moysi.& in eo.Qui egressus in occursum co gnati sui.Nu.10. Dixitq; moyses obab filio Raguel madia nite cognato suo. Iudi.19.Cui rursum locutus est socer. Re peritur ēt in gñe femínino pro socru.Deut.27.Maledictus qui dormit cum socru sua..Inde חֹתֶן Chathan.i.gener.spō sus.Gen.19.Habes hic quēpiā tuorum generum. & in eo. Locutus est ad generos suos. Iudi.15. Samson gener than natei.1.Reg.18. Vt fiam gener regis.Ponitur ēt pro spōso. Exo.4.Spōsus sanguinum tu mihi es.Ps.18.Et ipe tanq̄ sponsus ꝓcedens de thalamo suo.Esa.61.Tanq̄ sponsum decoratum corona.& in eo.62.Et gaudebit sponsus super sponsam.Hiere.6.Vocem sponsi & vocem sponse. Ioel.2. Egrediatur sponsus de cubiculo suo.& inde חֻתָּן Chathun. .i.nuptie siue desponsatio.Cāti.3.In die despōsatiōis illi?.

חָתַף Chathoph.rapere.festinare.siue aliquid repente age re. Iob.9.Si repente interroget quis respondebit ei. & inde חֹתֵף Chétheph.i.raptor.pro quo beatus Hieronymus transtulit latronem. vt Prouer. 25. Insidiatur in via quasi latro.

Frangere. Cōfringere. Superare Pauere. Deficere. Formidare Superari. Emarcescere. Timere. Deterrere Deficere חַתַת Terror. Formido. Pauor. חַתַת Plaga. מְחִתָּה Pauor. Contritio. חַחַתִּים Formidantes. חָתָה Fouere ignem. Prefas cōgregare. Portare. Proficere. Euellere. מַחְתָּה Thuribulum. חָתַךְ Abbreuiare. Incidere. Secare. חָתַל Obuoluere Inuoluere. Fasciare. חָתַם Signare. Sub signaculo claudere. חֹתָם Signaculum. Anulus. חֹתֶן Coniugia sociare. Connubia copulare Generum fieri. Affinitatē cōtrahere. חֹתֵן Socer. Cognatus חֻתָּן Gener. Sponsus. חֻתָּן Desponsatio. חֹתֵף Repente agere. Latro

תָּתַר Perfodere Fodere.

חָתַר Chathar. fodere. perfodere. remigare. vt Iob. 24. Perfodit in tenebris domos. Ezech.8. Et dixit ad me fili hominis fode parietem. & in eo.12. Perfode tibi parietē & in eodē. Et vespere perfodi mihi parietē. & inde מַחְתֶּרֶת Machthéreth .i. fossio siue fossa quā fures faciunt in pariete ad furandū. Exo.22. Si effringens fur domū siue suffodiens fuerit inuentꝰ. pro quo he.le. Si in fossiōe aut in fossa inuentus fuerit fur. Hiere.2. Non in fossis inueni eos. Ponitur etiā predicta dictio חָתַר Chathar ꝓ descēdere. Amos. 9. Si descenderint vsq; ad infernum. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Si effoderint in inferno siue in fouea. s. vt abscondant se. Item ponitur transłatiue pro remigare vt Ione.1. Et remigabant viri vt reuerterentur ad aridā.

מַחְתֶּרֶת Fossio. Fossa.

חָתַר Descēdere

Remigare

De incipientibus a littera. ט Tet.

טָאטָא Scopare.

טָאטָא Tata. scopare. vt Esa.14. Et scopabo eam inscopa. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. & solum inuenitur in predicto loco.

טָאַב Placere.

טָאַב Taab. in lingua chaldaica significat placere: siue bonum videri. Dañ.6. Tunc vehementer gauisus est super eo. pro quo hebrei legunt. Tunc regi multū placuit super eo.

טָבַח Occidere. Immolare

טָבַח Tabach. occidere. mactare. immolare. Geñ.43. Occide victimas & instrue conuiuiū. Exo.22. Si quis furatus fuerit bouem aut ouem & occiderit. Deut.28. Bos tuus immoletur coram te. i. occidatur. 1.Reg.25. Et carnes pecorum que occidi tonsoribus meis. Prouer.9. Immolauit victimas suas. Hiere.11. Et ego q̄si agnus māsuetus qui portatur ad victimā. i. q portatur ad occidēdū. Threñ.2. Percussisti nec misertꝰ es. i. occidisti. Inde טֶבַח Tébach siue טִבְחָה Tibcha. i. occisio. aut victima. vt Geñ.37. Occide victimas. Vbi ponitur verbū & nomen ab eo deriuatum. sicut etiā in aliquibꝰ locis supradictis. Ps.43. Estimati sumꝰ sicut oues occisionis. Esa.53. Sicut ouis ad occisionem ducetur. & alibi quādo scribitur cū mem in principio & dicitur מַטְבֵּחַ Matbéach. vt Esa.14. Preparate filios eiꝰ occisioni. & inde טַבָּח Tabach. i. occisor carnifex. coquus. eo quod occidit animalia & aues ad coquendū. vt.1.Reg.9. Dixitq; samuel coquo. & in eo. Leuauit aūt coquus armum & posuit ante saul. & in plurali טַבָּחִים Tabachim. pro quo beatus Hieronymus transtulit milites siue exercitum aut militiam. eo quod occidunt homines in bello. Geñ.38. Putiphari eunucho pharaoni magistro militum. & in eodem.39. Princeps exercitus sui. Hiere.52. Venit nabuzardan princeps militie. & vt beatus Hieronymus ait in libro de hebraicis questionibus super Genesim. lxx. interpretes principem coquorum trāstulerunt pro magistro vel principe exercitus. & in lingua chaldaica dicitur טַבָּחָא Tabachaia. Dañ.2. Ab ariocho principe militie regis. & in genere femininо טַבָּחוֹת Tabachoth Pro quo beatus Hieronymus transtulit focarias. i. coquas vt.1. Reg.8. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias & focarias.

טִבְחָה Victima.

Occisio

מַטְבֵּחַ Occisio

טַבָּח Coquus.

טַבָּחִים Milites Exercitus. Militia.

טַבָּחוֹת Focarie.

טָבַל Tingere. Intingere

Baptizare

טָבַל Tabal. tingere. intigere. baptizare. Geñ.37. Et in sanguine hedi quem occiderant tinxerunt. Exo.12. Tingite in sanguine qui est in limine. Leuit.4. Cūq; intinxerit digitum in sanguine. & in eo.14. Tinget in sanguine passeris. Deut.33. Et tingit in oleo pedē suum. Ios.3. Et pedibus eorum in parte aque tinctis. vbi ponitur verbum passiuum: quod scribitur cum nun in principio. Ruth.2. Et intinge buccellam tuam in aceto. 1.Reg.14. Et intinxit in fauum mellis. 4.Reg.5. Descendit & lauit septies in iordane ideſt baptizatus est septies. Iob.9. Tamen sordibus intinges me. Ezech.23. Et tiaras tinctas in capitibus eorum.

טָבַע Submergere. Infigere. Demergere Defigere

טָבַע Tabaa. Submergere. demergere. immergere. defigere. infigere. Exo.15. Submersi sunt in mari rubro. Iob.28. Sup quo bases eius solidate sunt. i. infixe sunt. Ps. 9. Infixe sunt gentes in iteritu quē fecerūt. Ps.68. Infixus sum in limo profundi. Et in eo. Eripe me de luto vt nō infigar. Hiere.38. Descenditq; hieremias in cenū. i. infixus vel demersus est in cenū. Et in eo. Demerserūt in ceno & in lubrico pedes tuos. Threñ.2. Defixe sunt in terra porte eius. & inde טַבַּעַת Tabáath. i. anulꝰ: eo qđ infigitur digito. Geñ. 41. Tulitq; anulū de manu sua. Exo.28. Facies & duos anulos aureos. Nume.31. Anulos & dextralia ac murenulas. ponitur etiā pro circulo qui est q̄si anulus. Exo.25. Et quattuor circulos aureos quos pones ꝑ quattuor arce angulos. Et in eo. Duo circuli sint in latere vno & duo in altero. vtūtur etiā hebrei hac dictiōe טֶבַע Tébaa pro natura: cū de natura loquūtur. sed nō reperitur in veteri testamēto.

טַבַּעַת Anulus.

טַבּוּר Circulus

טֶבַע Natura

טַבּוּר Tabur. vmbilicus. & trāslatiue dicitur de medio terre: sicut vmbilicus est in medio ventris. Iudi.9. Ecce populus de vmbilico terre descendit. Ezech.38. Habitator vmbilici terre. Quod btūs hieronymꝰ in suis explanationibꝰ exponit. in medio terre.

טַבּוּר Vmbilicus

טֵבֵת Tebeth

טֵבֵת Tebeth. Nomen proprium mensis: quem nos decembrē vocamꝰ. Ester.2. Mēse decio q vocatur tebeth.

טָהַר Mundare.

טָהַר Tihar. mundare. purificare siue purificari. purgare. mundum esse. Geñ.35. Et mundamini ac mutate vestimenta vestra. Leuit.12. Et mūdabitur pro fluuio sanguinis sui. & in eodē. Et sic mundabitur. & in eodem.15. Mundabit eam quia scabies est. & in eodem. Lauabitq; homo vestimenta sua & mundus erit. & in eodē. Quomodo mundari debeat vel contaminari. & in eo.14. Precipiet ei qui purificatur vt offerat duos passeres. & in eo. Asperget illum qui mundandus est vt iure purgetur. & in eo. Ponet super extremum auricule dextere eius qui mundatur. & in eodē. 15. Lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus erit mūdꝰ. & in eo.16. In hac enim die expiatio erit vestri atq; mūdatio: corā dño mūdabimini. Et in eo.22. Et occubuerit sol tunc mūdatus vescetur. Nu.8. Purificabis eos iuxta hūcritū. & in eo. Cūq; lauerit vestimēta sua & mūdati fuerit. Ios.22. Et vsq; in ꝑsentē diē huiꝰ sceleris in vobis ꝑmanet. Pro quo he.le. De quo nō sumus mūdati vsq; in diem hanc. 4.Reg.5. Recipiet sanitatē caro tua atq; mūdaberis. Et in eo. Lauer in eis & mūder. Nee.12. Et mūdati sunt sacerdotes & leuite & mūdauerūt populū. Iob.4. Aut factori suo purior erit vir. Et in eo.37. Et vētus transiens fugauit eas. i. mūdauit & purificauit aerē a nubibus. Ps.50. Et a peccato meo munda me. Esa.66. Qui sanctificātur & mūdos se putant in hortis. Hiere.15. Non mūdaberis post me. Ezech.22. Tu es terra immunda. Pro quo hebrei legunt. Tu es terra non munda: siue non purificata. & in eodē.39. Vt mundent terram. Malach.3. Et sedebit conflans & emūdans argentum. & in eodem. Et purgabit filios leui. & inde טָהוֹר Tahor in genere masculino: siue טְהוֹרָה theora in gñe femininо. i. mundus siue munda: aut purus vel pura. Geñ. 7. Ex omnibus animantibus mūdis tolles septem & septē. Exo.25. Deaurabis eam auro mundissimo. Leuit.13. Caluus & mundus est. & in eo.24. Super candelabrum mundissimum. & in eodem. Super mensam purissimam. Nu.9. Si quis aūt mundus est. & in eodē.19. In loco purissimo. 1. Reg.20. Ne forte non esset mundus nec purificatus. Ps.50 Cor mundum crea in me deus. & inde טְהָרָה Tahora. siue tahorath. i. purificatio siue purgatio vl mundatio. Leuit.12 Trigīta tribꝰ diebꝰ manebit in sanguine purificatiōis sue.

Purgare. טָהוֹר Mundus

Mūdū et

Purificat

Mundissimus.

Purissima

טְהָרָה Purificatio.

Munditia. Et in eo.13.Et redditus mūditie iterū lepra creuerit.Et in eo.14.Offeretq; ea die octauo purificationis sue.Et in eo. Emūdatio. qui habere nō potest oīa in emūdationē sui.ps.88. Destruxisti eum ab emūdatiōe.Ezech.44.Et postq; fuerit emū טָהֵר datus.pro quo he.le.Et post emūdationē suā. Inde טֹהַר har.i.puritas vel mūditia.beatus hieronymus trāstulit serenitatem vel serenū.Exo.24.Et quasi celū cum serenū est. Serenum. טוֹב Tob.bonū vel pulchrū esse.bene agere.Nu.24.quam pulchra sunt tabernacula tua.Canti.4. Pulchriora sūt Pulchrus esse. vbera tua vino.& qñ est verbū tertie cōiugatiōis tūc scribitur cū iod in medio loco vau & significat benefacere, vt.2. Bñfacere. Paralip.6.Bene equidem feciſti huiusce modi habere voluntatem. De quo vide ēt infra in dictiōe יָטַב Iatab.& ide טוֹב Tob.i.bonus.optimus.pulcher.decorus.beneplacens. Bonus. bonū:siue bonitas.vt Geñ.1.Et vidit lucem q̄ esset bona. & in he.est gñis masculini.& in eo.& vidit deus q̄ esset bonū.& in eo.Vidit deus cūcta que fecerat & erāt valde bona. & in eo.2.Et lignū scientie boni & mali. & in eo.5.Q̄d bonū esset lignū ad vescēdū.& in eo.Vidit requiē q̄ eēt bona Optimus. Nu.10.Quidquid optimū fuerit ex opibus.Ps.57.Qñ sequebar bonitatē.ps.72.Quā bonus deus israel.Ps.110.Intellectus bonus oībus facientibus eū.Eccls.7. Qui placet deo effugiet illā.i.qui bonus est corā deo.& in eo.8. Erit bonum timentibus deum.Et in eo. Nō sit bonum impio. Mich.7.Qui optimus est in eis quasi paliurus. Et aliqñ טוֹב scribitur cū iurec:& dr̄ טוּב Tub.vt Geñ.24.Ex oībus bo- Bonum. nis eius portans secū.Et ī eo.45.& ego dabo vobis oīa bona egypti.Et in eo.quia oēs opes egypti vestre erunt. pro quo he.le.quia oē bonū egypti vobis erit.Exo.33.Ego oñ dam oē bonū tibi.Ps.30.quā magna multitudo dulcedinis tue dñe.pro quo btūs Hieronymus in psalterio iuxta he. Bonitas. ve.transtulit.quā multa est bonitas tua.Ps.144.Memoriam abūdantie suauitatis tue eructabūt.pro quo btūs Hieronymus transtulit.memoriā multe bonitatis tue loquentur.Esa.33.Et super multitudinē bonorū domus israel.po טוֹב nitur etiā טוֹב Tob. pro pulchro vel decoro aut elegāte vel Elegans. hilari.vt Exo.2. Et vidēs eū elegātē absc̄ōdit eū.1. Reg.9. Decorus. Electus & bonus.i.electus & decorus vel elegās. vnde seqtur ab humero & sursum eminebat super oēm populū.ponitur ēt pro hilari.Ester.1.Cū rex esset hilarior.& in plura Hilaris טוֹבִים Tobim.i.boni.3.Reg.2.Quia interfecit duos viros Boni. iustos melioresq; se.Ps.124.Benefac dñe bonis. Eccls.4. Melius est duos esse simul.i.meliores sunt duo simul.Et in eo.11.Et si vtrūq; simul melius erit.pro quo he.le.& si ambo simul bona erūt.Hiere.44.& saturati sumus panibus & bene nobis erit.pro quo he.le.& erimus boni.i.felices & diutes:sicut ipsi exponunt.& in lingua chaldaica scribitur sine vau & dr̄ טָב Tab.Dañ.2.& caput ex auro optimo.& in טָב ge.se.scribitur cum he in fine & dr̄ טוֹבָה Toba.Exo.18.Le Optimum טוֹבָה tatusq; est iethro sup oībus bonis: quod in hebreo legitur singulariter.s.super omne bonū.Et ponitur ibi in hebreo Bonum. femininū pro neutro:quia hebrei nō habēt genus neutrū: sed pro eo aliqñ vtuntur gñe masculino:& aliquando femi Bona nino.Nu.13.Ipsa terra bona aut mala.& in eo.Valde bona est.Ps.15.Quoniam bonorum meorum non eges. ℣ quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit:bonū mihi non est sine te.Eccls.7.In die bona fruere bonis. טוֹבוֹת Et in plu. femīno טוֹבוֹת Thobot.i.bōe vel pulchre.vt Geñ. 6.Videntes filii dei filias hominū q̄ essent pulchre. Et in Pulchre. eodem.44.Septem spice pullulabant in culmine vno plene ac formose.Et in eodem.Septem boues pulchre & sep- טוֹבָה tem spice plene. Bene. Taua.nere.filare.Exo.35.Sed & mulieres docte que ve- nerant. Debet legi que neuerant.idest filauerant. Et in eodem.Et p̄los caprarum.pro quo hebrei legunt.Et omnes mulieres quibus eleuatum est cor in sapientia filauerūt seu Filare. neuerūt capras. idest pilos caprarum. Et inde מְטֻוֶה Matue טְוֵה idest filatum.vt supra in eodem.Dederunt hyacinthum & purpurā.pro quo he.le. obtulerūt filatum hyacinthum & purpuram.

sicut cōmuniter scribitur in nostris codicibus. Ponitur etiā
יָמִין Iamin.pro austro: eo quod quando homo respicit ad
orientem habet ad dexterā austrum siue meridiem. vt.Ps.
88. Aquilonem & mare tu creasti.pro quo he.le. Aquilonē
& meridiē siue austrum tu creasti. Et beatus Hieronymus

Ad dexterā declinare
Dexteram tenere
Dextera vti.
Ad dexterā declinare
Beniamin filius dextere.
יְמָנִי
Vir de stirpe beniamī.
יָמִין
Mare.
Meridies

Dextrū.i. auster.

תֵּימָן Meridies. Auster.

in psalterio iuxta hebraicā veritatē transtulit. Aquilonē & dextrum tu creasti. Scribitur etiam cum tau in principio & dicitur תֵּימָן Themā.i.auster siue meridies. Exo. 26. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. Iob. 9. Et interiora austri. & in eodem. 39. Expādet alas suas ad austrum. Abach. 3. Deus ab austro veniet. Ponitur etiam יָמִין Iamin. pro dieb⁹. sicut יָמִים Iamim cū mem in fine. vt Dañ. 12. Et stabis in sorte tua in fine dierum.

Dies.

יָמִין

Supbire

יָמַר Iamar. superbire. Esa. 61. Et in gloria eorum superbietis. Tamen aliqui hebrei dicunt ꝙ deriuatur a dictiõe אָמִיר Amir. De qua supra dictum est in littera aleph: & qđ significat exaltare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et in gloria eorum exaltabimini. in translatione chaldaica habetur. & in gloria eorum deliciabimini. i. deliciis affluetis.

Exaltare Deliciis affluere.

יָנָה Iana. contristare. affligere. decipere. depopulari. spoliare. Exo. 22. Aduenam non contristabis. Leuit. 25. Qñ vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo ne cõtristes fratrem tuum. i. ne decipias eum. & in eodem. Nolite affligere ꝯcõtribules vestros. Hiere. 22. & pupillū & viduā nolite cõtristare. Ezech. 18. Et hoiem non contristauerit. & in eodem. Egenum & pauperem contristantem rapientem rapinas. & in eodem. 22. Pupillum & viduam contristauerunt apud te. Ponitur ẽt pro depopulari vel deuastare. vt Ezech. 45. Et non depopulabuntur vltra principes populū meū. & in eodem. 46. Et nõ accipiet princeps de hereditate populi per violentiam & de possessione eorū. pro quo hebrei legunt. Et nõ accipiet princeps de hereditate p̃ populi vt de populetur vel spoliet eos de possessione sua. & est idem sensus cum littera nostra. Esa. 49. Et cibabo hostes tuos carnibus suis. Pro quo hebrei legunt. Et cibabo spoliantes te vel decipientes te carnibus suis. Et inde potest deriuari dictio יוֹנָה Iona. i. affligens vel deuastans aut depopulans. Hiere. 25. A facie ire columbe. Pro quo hebrei legunt. A facie ire affligentis vel depopulantis. Potest etiam significare colũbam sicut est in littera nostra. vt dictum est supra in dictiõe יוֹן Ion. Et similiter in eodem. 50. A facie gladii columbe. Soph. 3. Ve prouocatrix & redempta ciuitas columba. vbi pro columba hebrei legunt decipientem vel affligentem aut depopulantem. Sed magis communiter significat colũbam sicut est in littera nostra.

Depopulari.

Hostes

יוֹנָה Columba. Affligens vel depopulans.

יָנַח Iamach. ponere. reponere. dimittere. relinquere. requiescere facere. Geñ. 2. Et posuit eum in paradisum voluptatis. & in eodem. 50. In argumentum ergo fidei siue retẽtum ꝑallium ostendit marito reuertenti domum. Pro quo hebrei legũt. Et reposuit pallium eius iuxta se donec reuerteretur maritus eius siue dñs eius in domũ suam. Exo. 16. Quidquid aũt reliquum fuerit reponite vsq; in mane. & in eodem. Et repone coram dño. & in eodem. Posuitq; illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Nu. 17. Quas cum posuisset Moyses coram domino. Deut. 14. Et repones intra ianuas tuas. Ezech. 44. Et reponet ea in gazophylacio. & in eodem. Vt reponat benedictionem domui tue. Zach. 5. Et ponetur ibi super basim suam. Significat etiam dimittere vel derelinquere. vt Exo. 32. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Nu. 32. In solitudine populum derelinquat. 1. Paralip. 16. Non dimisit quẽq; calũniari eos. Item significat requiescere. vt Prouer. 29. Erudi filiũ tuũ & refrigerabit te. i. requiescere te faciet. Esa. 14. Et requiescere eos faciet. & in eodem. Cum requiem dederit tibi dominus de labore tuo. Threñ. 5. Lassis nondabatur requies. Ezech. 37. Et requiescere vos faciam. & de hoc vide etiam infra in dictione נֹחַ Noach. & inde נָחַת Nachath. i. requies vt Iob. 17. Saltem ibi erit requies mihi. & in eodem. 36. Requies autem mense tue erit plena pinguedine. Eccls. 4. Melius est pugillus cum requie. & in eodem. 9. Verba sapientiũ audiuntur in silentio. i. in requie. & inde מְנָת Munach. idest locus dimissus uel separatus. Ezech. 41. Et erat interior domus in lateribus domus. Pro quo hebrei legunt. Et loc⁹ dimissus vl̃ separat⁹ in latерib⁹ dom⁹. & in eo. Et ostiũ lateris ad orationẽ. Pro quo hebrei legunt. Et ostium lateris ad locum dimissum. & in eodem. Et latitudinem loci ad orationem quinq; cubitorum.

Dimittere Derelinquere.

Requies

Ponere

Reponere

Requiescere

Silentiũ

מְנָת Interior domus. Locus dimissus. Oratio.

יָנַק Ianac. suggere. lactare. nutrire. ſ. lacte. Geñ. 21. Qđ sarra lactaret ei filium. Exo. 2. Que nutrire possit infantulum. i. lactare. & in eodem. Et nutriuit puerum. Deut. 32. Vt suggeret mel de petra. & in eodem. Inundationem maris quasi lac suggent. 1. Reg. 1. Et lactauit filium suũ. 3. Reg. 3. Vt darem lac filio meo. Iob. 20. Caput aspidum sugget. Esa. 60. Et sugges lac gentium. & in eo. Et mamilla regum lactaberis. & inde מֵנֶקֶת Menéceth. i. nutrix. vt Geñ. 24. Dimiserunt ergo eam & nutricem illius. & in eodem. 35. Mortua est debbora nutrix rebecce. Inde יוֹנֵק Ionec. i. suggẽs siue lactans aut infans ab vbere. vt Nu. 11. Sicut portare solet nutrix infantulum. Deut. 32. Lactantem cum homine sene Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ. Cati. 8. Suggentem vbera matris mee. Esa. 11. Et delectabitur infans ab vbere Significat etiam יוֹנֵק Ionec ramum: siue virgultum. eo quod suggit humorem a radice arboris: sicut infans ab vbere. Iob. 15. Ramum eius arefaciet flãma. Esa. 53 Et ascendet sicut virgultum coram eo. Osee. 14. Ibunt rami eius.

Suggere.

Infans ab vbere.

יוֹנֵק Ramus Virgultũ.

יָסַד Iasad. fundare. fundamentum iacere. Statuere. Constituere. Exo. 9. A die qua fundata est. Ios. 6. In primogenito suo fundamenta illius iaciat. 3. Reg. 16. In abiram primitiuo suo fundauit eam. 2. Paralip. 3. Et hec sunt fũdamẽta que iecit salomon vt edificaret domũ dei. 2. Paralip. 31. Mense tertio ceperunt aceruorũ iacere fundamenta. Esdre. 3. Porro templum dei nondum fundatum erat. & in eo. Fũdato igitur a cementariis templo domini. & in eodem. Eo quod fundatum esset templum domini. & in eodem. Qui viderant templum prius cum fundatum esset. Ps. 23. Quia ipse super maria fundauit eũ. Ps. 101. Initio tu domine terram fundasti. Ps. 103. Fũdauit terram super stabilitatẽ suã. & in eodem. In locum quem fundasti eis. Esa. 28. Ecce ego mittam in fundamẽtis sion lapidem. pro quo hebrei legũt. Ecce ego fundatus in sion lapis. & in eo. 44. Et tẽplo fundaberis. & in eodem. 54. Et fundabo te saphyris. Abach. 1. Vt corriperes fundasti eũ. Zach. 4. Manus zorobabel fundauerunt domum istam. & in eodem. 8. In die qua fundata est domus domini. Ponitur etiam pro statuere vel cõstituere. vt. 1. Paralip. 9. Quos constituerunt dauid & samuel. Ester. 1. Sed sicut rex statuerat. Item ponitur pro perficere. vt. Ps. 8. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Ex ore infantium & lactentium fundasti fortitudinem. Item significat conuenire. vt. Ps. 2. Et principes conuenerunt in vnum. Ps. 30. Dñ conuenirent simul aduersum me. & inde יְסוֹד Iesod siue יְסוּד Iesud. i. fundamẽtum. vt Iob. 4. Qui terrenum habẽt fundamentum. & in eodem. 22. Fluuius subuertit fundamentum eorum. Ps. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis. quod in hebreo legitur singulariter. ſ. fundamentũ ei⁹ in mõtibus sãctitatis. & btũs Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem̃ transtulit fundamentum eius in montibus sanctuarii. Ps. 136. Exinanite vsq; ad fundamentum. Prouer. 10. Iustus autem quasi fundamentum sempiternũ. Ponitur etiam pro basi vel fundo alicuius rei. vt Leuit. 4.

Cõstituere Statuere.

Perficere

Cõuenire.

יְסוֹד Fundamẽtũ

Basis Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basim altaris.& in eodem.Iuxta basim altaris holocaustorum. Ponitur etiam pro principio qđ est quasi fundamētum. Esdre. 7.Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de babylonia.Pro quo he.le.Fuit fundamentum siue principiū ascensionis de babylonia.Scribitur etiam aliqñ cum mem in principio & dicitur מוסד Musad.i.fundamentū:siue fundatum.vt.3.Reg.7.Serrati erant a fundamento vsqȝ ad sūmitatem.Esa.28.In fundamento fundatum .vbi duplicatur predicta dictio.& in eodem.30. Et erit transitus virge fundatꝰ.& in plurali מוסדי Mósde siue מוסדות Mósdoth idest fundamenta.vt Deut.32.Et montiū fundamenta cōburet.Ps.17.Et fundamenta montiū conturbata sunt. Prouer.8.Quando appendebat fundamenta terre. Hiere. 51. Et lapidem in fundamentis.Ezech.41.Per circuitum fundata latera.

Principiū

מוסד Fūdamētū

מוסדי מוסדות Fūdamēta

יסך Iasach.vngere.linire. Exo.30. Caro hominis non vngetur ex eo. Vide ēt de hoc infra in dictione סוך Such.

Vngere

יסף Iasaph.addere.adiicere. augere. cessare. Gen̄.8. Que non est reuersa vltra.pro quo he.le.Et non addidit reuerti vltrą ad eum.& in eode.30.Et vocauit nomen illiꝰ ioseph dicens.Addat mihi dominus filium alterum. Vnde ioseph additamentum vel augmētum interpretatur.& in eo. 38. Attamen vltra non cognouit eā.Pro quo hebrei legūt. Et nō addidit vltra cognoscere eam.Exo.1. Et si ingruerit contra nos bellum addatur inimicis nostris.Leuit.27. Addet quintam partem earum.Nu.36.Sequetur possessio sua & trāslata ad aliam tribum de nostra hereditate minuetur. Pro quo he.le.Et minuetur possessio earum de possessione patrum nostrorum & addetur ad possessionem tribus cui fuerint.s.nupte.& in eodem.Confundatur sortium distributio:& aliorum possessio ad alios transeat.Pro quo he. le.Et addatur possessio earum ad possessionem tribus cui fuerint:&de possessione tribus patrum nostrorum minuetur possessio earum.Sed beatus Hieronymus transtulit sensum.Deut.4.Non addetis ad verbum quod ego precipio vobis.& in eo.5.Nihil addēs amplius.Sed in predicto loco aliqui hebrei legunt.Et non cessabit.s.vox.Sed magis communiter significat addere sicut est in littera nostra.& in eo. Si ergō audierimus vltra vocem domini.pro quo hebrei legunt.Si addiderimꝰ audire vocem domini.2.Reg.24. Et addidit furor domini irasci contra israel.3.Reg. 10. Maior est sapientia & opera tua ꝙ rumor quem audiui.Pro qđ he. le.Addidisti super rumorem vel super famā.& est sensus sicut in littera nostra.Iob.29.Addidit quoqȝ iob.& in eo.39 Vltra non addam.& in eo.40.Nec vltra addas loqui. Prouer.21.Alii diuidunt propria & ditiores fiunt .i. adduntur eis diuitie.Eccls.3.Non possumus eis quicqȝ addere.Esa.7. Et adiecit dominꝰ loqui ad Achaz.& in eo.8.Et adiecit dominus loqui ad me.& in eodem.26. Indulsisti gēti domie: indulsisti genti.pro quo he.legunt.Addidisti genti dñe:addidisti genti.& in eodem.29.Ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic.& in eo.38.Ecce ego adiiciam super dies tuos quindecim annos.& in eo.47.Quia vltra non vocaberis mollis & tenera.Pro quo he.le.Quia nō addes vt vocent te mollem & teneram.& in eo.Quia non vocaberis vltra dña regnorum.Osee.1.Quia non addam vltra misereri domui israel. & in eo. Non addam vt diligam eos.Significat etiā cessare.vt Nu.11.Prophetauerūt nec vltra cessauerunt.Et aliquando scribitur cum aleph loco iod. vt Exo.5.Nequaqȝ dabitis vltra paleas populo.Pro quo hebrei legūt. Nequaqȝ addatis dare paleas populo.1.Reg.18 Et saul magis cepit timere dauid.Pro quo he.le. Et adiecit saul timere a facie dauid.& inde מספות Nosapoth.i. additamenta. Esa.15.Ponā enim super dibon additamenta.

Cessare

Addere

Adiicere

Indulgeꝛ.

מספות Additamēta.

יסר Iasar.erudire.castigare.corripere.ligare. vincire. Leuit.26.Addam correptiōes vestras septuplum. Pro qđ hebrei legūt.Addam corripere siue castigare vos septuplū & in eodē.Quod si nec sic volueritis recipere disciplinam. idest si eruditi vel castigati non fueritis.& in eodem.Et corripiam vos septem plagis. Deut.4. De celo te fecit audire uocem suam vt doceret te.i.erudiret te.& in eodē.8. Quia sicut erudit filium suum homo:sic dominus deus tuus erudit te.Iob.39.Nunquid qui contendit cū deo tam facile cōquiescet.pro quo he.le.Nunquid qui contendit cū deo erudiet siue corripiet aut corripietur.Ps.2.Erudimini qui iudicatis terram.Ps.93.Beatus homo quem tu erudieris dñe. Ps.117.Castigans castigauit me dominus. Prouer.9. Qui erudit derisorem.& in eo.Erudi filium tuum. & in eo. 29. Seruus verbis erudiri nō potest.Esa.8. In forti manu erudiuit me.& in eodem.28.Et erudiet illum in iudicio. Hiere. 6.Erudire ierusalem.& in eo.30.Et castigabo te in iudicio. & in eo.31.Castigasti me domine & eruditus sum.Hiere.23 Et discēt oēs mulieres.i.erudiētur vel castigabūtur. Osee. 7.Et ego erudiui.& in eo.Cedam eos secundum auditionē cetus eorum.i.erudiam siue castigabo vel corripiam eos.& in eo.10. Iuxta desiderium meū corripiā eos. & inde מוסר Musar.i.eruditio.correptio siue increpatio. disciplina. doctrina. Iob.5.Increpationē domini ne reprobres.& in eo. 20.Doctrinam qua me arguis audiam. & in eo.33. Et erudiens eos instruit disciplina.Prouer.1.Ad sciendam sapiētiam & disciplinā.& in eo.Ad suscipiendam eruditionem. & in eo.3.Disciplinā domini fili mi ne abicias.Esa.53.Disciplina pacis nostre super eum.Hiere.10. Doctrina vanitatis eorum lignum est.Significat etiam vinculum vel colligationem.vt Iob.36.Et vincula eius absoluit.Ps.2. Disrūpamus vincula eorum.Ps.115.Dirupisti vincula mea. Hiere.5.Et vincula eius ruperūt.& in eo.30.Et vincula tua disrūpam.Ponitur etiam pro baltheo.ut Iob.12.Baltheum regum dissoluit.

Castigare.

Docere Erudire

מוסר Increpatio. Doctrina Disciplina. Eruditio

Vinculum

Baltheus.

יעד Iaad .cōuenire.statuere.constituere.despondere.despōsare.testificari.pactum vel fedus facere. sustinere. Exo. 21.Cui non reddita fuerit.pro quo hebrei legunt.Quā nō desponsauit siue cui non despondit.& in eo. Si autem filio suo despōderit eam.& in eo.25.Inde precipiam & loquar adte.Pro quo hebrei legunt. Et cōueniam tecū illic & loquar tecum:siue & constitutus ero tibi illic & loquar tecum & in eo. In quo loco apparebo tibi.i.conueniam ad loquendum tecum.Amos.3.Nunquid ambulabūt duo pariter:nisi conuenerit eis.Pro quo hebrei legunt. Nisi cōuenerint. Item ponitur pro congregari:qđ est in vnum conuenire. vt.Ps.47.Qm̄ ecce reges terre congregati sunt. Item ponitur pro constituere. Ios.20.He ciuitates cōstitute sunt cūctis filiis israel. 2. Reg.20. Et moratus est extra placitū qđ ei cōstituerat rex.Hiere.24.Positi ante templum dñi.i.cōstituti.Ezech.21.Quocunqȝ facies tue est appetitꝰ.pro quo hebrei legunt.Quocunqȝ facies tua constituta est.& est sensus sicut in littera nostra. Item significat federari siue fedus vel pactum percutere.vt Nec.6.Et percutiamus fedus pariter.& in eo.Tractemꝰ nobiscum in domo dei.i.federemur siue conueniamus in vnum in domo dei. Ponitur etiam p testificari.vt Iob. 9.Nemo audet pro me testimonium dicere.Item pōitur pro sustinere.vt Hiere.49.Et quis sustinebit me. Inde מועד Moeed.i.tempus statutum vel constitutum: siue placitum aut terminus. testimonium. fedus. pactum.solemnitas.festum. Gen̄.1.Et sint in signa & tempora

Despōsare

Despōdere Cōuenire

Cōgregare

Cōstituere.

Percutere fedus. Federari

Testificari

Sustinere

מועד Tempus

Statutum tempus

Exo. 13. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore. Nu. 9. Et faciant filii israel phase in tempore suo. & in eodē 16. Qui tempore concilii per nomina vocabātur. Deut. 31. Post septē annos anno remissionis. Pro quo hebrei legūt. Statuto tempore anni remissionis. 2. Reg. 20. Et moratus est extra placitū quod ei constituerat rex. Et licet in bibliis nostris modernis habeatur. Et morat⁹ est extra palaciū. Tñ in bibliis nostris antiquis habetur. Et moratus est extra placitum. i. extra tempus vel terminū quod ei cōstituerat rex. & in eodem. 24. A mane vsq; ad temp⁹ constitutum. Iob. 30. Vbi constituta est domus omni viuenti. Ps. 74. Cum accepero tempus: ego iustitias iudicabo. Hiere. 8. Miluus in celo cognouit tempus suum. Item ponitur pro testimonio vel testamento. vt Exo. 40. Eriges tabernaculum testimonii. Leuit. 1. Et locutus est eidñs de tabernaculo testimonii. Esa. 14. Et sedebo in monte testamēti. Ponitur etiam pro federe. Exo. 40. Nec poterat moyses ingredi tectum federis. & in eodem. Ingressusq; moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum federis. Ponitur etiam p tēplo vel tabernaculo vbi multitudo hominū conueniebat. vt Threñ. 2. Demolit⁹ est tabernaculum suū. Ps. 73. Et gloriati sunt qui oderunt te in medio solēnitatis tue. Pro quo hebrei legunt. In medio templi tui. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicā veritatem transtulit. In medio pacti tui. & in eodem. Quiescere faciamus omnes dies festos dei in terra. Pro quo hebrei legunt. Incenderunt oīa tabernacula dei in terra. Sed btūs Hieronym⁹ in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Incenderunt omnes solēnitates dei in terra. Significat etiā solēnitatem siue festum: in quo multitudo hominum conueniebat ad templum siue ad tabernaculum. vt Leuit. 25. He sunt ferie dñi. i. solēnitates dñi. Nu. 10. Dies festos & Kalendas. 2. Paralip. 30. Et comederunt septem diebus solēnitatis. Esa. 1. Et solēnitates vestras odiuit anima mea. Threñ. 1. Eo quod non sint qui veniant ad solētatem. & in eodem. 2. Obliuioni tradidit dominus in syon solēnitatem & sabbatum. Ezech. 45. In vniuersis solēnitatibus israel. & in eodem. 46. Et in nūdinis & in solēnitatibus. vbi ponitur מועדים Moaadim. secundum terminationem pluralem masculinorum. & sic in aliquibus locis predictis. Reperitur etiā מועדות Moaadoth. secundum terminationem pluralem femininorum. 2. Paralip. 8. In Kalēdis & in festis diebus. Pōitur ēt מועד Moeed pro agmine: in q̄ multi homines conueniunt. vt Esa. 14. Et non est qui effugiat agmen eius. Inde עדה Eeda siue עדת Aadath. i. cetus. siue congregatio. Multitudo. s. hominū. Ecclesia. Exodi. 12 Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel. Leuit. 8. Et congregabis omnem cetum israel. & in eodem. 19. Loquere ad omnem cetum filiorum israel. Nu. 1. Cū omni multitudine. & in eodem. 10. Quibus conuocare possis multidinem. & in eodem. 16. Sufficiat vobis q̄ omnis multitudo sanctorum est. Iob. 15. Congregatio enim hypocrite sterilis. Ps. 67. Congregatio taurorum in vaccis populorū. Ps. 73. Memor esto congregationis tue. Ps. 110. In consilio iustorum & congregatione. Accipitur etiam pro cōgregatione vel multitudine mēbrorum. pro quo beat⁹ Hieronym⁹ transtulit Artus. Iob. 16. Et in nihilū redacti sunt omnes artus mei. Accipitur etiam pro congregatione vel multitudine apum. Iudi. 14. Et ecce examē apum in ore leonis erat. vbi ponitur pro examine.

Placitum

Extra' cōstitutum.

Testimoniū.

Testamētū

Fedus.

Tabernaculum

Pactum

Solēnitas Dies festi

מועדים

מועדות

Dies festi.

מועד

Agmen

עדה

Cetus.

Multitudo.

Congregatio.

Artus Examen.

יעה ¶ Iaa. afferre. amouere. subuertere. Esa. 38. Et subuertet grando spem mendacii. & inde יעים Iaim. i. instrumēta quibus accipiebant prunas seu carbones de altari holocausti. vel quibus voluebantur carnes que cremabantur sup per altare. Et solum inuenitur in numero plurali. Pro quo beatus Hieronymus transtulit forcipes. Exo. 27. Et forcipes atq; fuscinulas. & in eo. 38. Et in vsus eius preparauit ex ere vasa diuersa lebetes & forcipes. Pōitur etiam pro tridentibus. Nu. 4. Fuscinulas ac tridentes uncinos & hastilia. Itē ponitur p scutris. 3. Reg. 7. Fecit ergo hyram lebetes & scutra. Ponitur ēt pro creagris. 2. Paralip. 4. Fecit hyram lebetes & creagras. & in eo. Et lebetes & creagras. & phialas. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat coclearia.

יעה

Subuertere.

יעים

Forcipes.

Tridentes

Scutra

Creagre.

יעז ¶ Iaaz. impudens. & scribitur cum nun & vau in principio & dicitur נעז Noaaz. Esa. 55. Populū imprudētem non videbis. pro quo in bibliis nostris antiquis habetur. Populum impudentem non videbis. i. procacē & absq; verecūdia. & aliquādo scribitur sine nun. & dicitur עז Aaz. Deut. 28. Gentem procacissimam. Dañ. 8. Consurget rex impudens facie. & de hoc vide infra in dictione עזז Aazaz. & alii qui hebrei dicunt q̄ predicta dictio נעז Noaaz significat barbarum: per mutationem nun in lamed sicut לעז Loeez quod significat barbarum. vt. Ps. 113. Domus iacob de populo barbaro.

יעז

Impudēs.

Procacissima.

Impudēs.

נעז

Barbarus

יעט ¶ Iaat. inuoluere. induere. operire. Esa. 59. Opertus est quasi pallio zeli. & in eodem. 61. Et indumento iustitie circundedit me. i. induit siue inuoluit me. & de hoc vide infra in dictione עטה Aata. Item יעט Iaat in lingua chaldaica significat consiliū inire siue consulere. Dañ. 6. Consilium inierunt omnes principes. & inde עיטא Etha. i. consilium siue decretum. pro quo beatus Hieronymus transtulit legem. Dañ. 2. Requisiuit de lege atq; sententia. & inde יעט Iaat. i. cōsiliarius. Esdre. 7. A facie enim regis & septē consiliariorum eius missus es.

יעט

Operire

Inuoluere

Consilium intre

עיטא

Cer.

יעט

Cōsiliari⁹.

יעל ¶ Iaal. prodesse. 1. Reg. 12. Que non prosunt vobis. Iob. 21. Et quid nobis prodest si orauerimus eum. & in eo. 35. Quid tibi proderit si ego peccauero. Esa. 30. Qui eis p desse non potuit. Hiere. 2. Populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. pro quo hebrei legunt. Popul⁹ vero meus mutauit gloriam suam in id quod non prodest. & est idem sensus. Nam idolum nihil prodest: immo multum nocet. & in eodem. 16. Que eis non profuit. & in eo. 23. Qui nihil profuerūt populo huic. Abach. 2. Quid prodest sculptile quia sculpsit illud sculptor suus. Ponitur etiā pro prevalere. vt Iob. 30. Insidiati sunt mihi & prevaluerunt. Item יעל Iaal. i. caprea. gen⁹ cerui: secundū hebreos. Beatus Hieronymus trāstulit ibicem. 1. Reg. 24 Etiā super abruptissimas petras q̄ solis ibicibus pervie sunt. Iob. 39. Nunquid nosti temp⁹ part⁹ ibicum in petris. & scribitur in gñe femino cū he vl tau in fine. & dē יעלה Iaala. Pro quo btūs Hieronymus trāstulit Hinnulum. Prouer. 5. Cerua charissima & gratissimus hinnulus.

יעל

Prodesse.

Prevalef

יעל

Ibices.

יעלה

Hinnulus

יען ¶ Iaan. quia. eo quod. propterea. vt Gen. 22. Quia fecisti hanc rem. Leuit. 26. Eo quod abiecerint iudicia mea. vbi in hebreo ponitur predicta dictio bis: propter vehemētiam cōminationis quasi diceret. Eo quod & eo q̄d abiecerint: siue propterea & propterea. Esa. 61. Eo quod vnxerit me dominus. Ezech. 5. Quia superastis gentes que in circuitu vestro sunt. & in eodem. 12. Vt non videat oculo terram. Item יענה Iaana. i. struthio: auis immunda. Leuit. 11. Struthionem & nocturnam. & prepōitur ei in hebreo dictio בת Bath. que significat filiam. i. filia struthionis. vt in predicto loco. & Iob. 30. Et socius struthionū. pro quo hebrei legunt. Et socius filiarum struthionis. Esa. 13. Et habitabunt ibi struthiones. pro quo hebrei legunt. Et habitabunt ibi filie struthiōis. Declinatur etiam pluraliter יענים Ieenim vt Threñ. 4. Quasi struthiones in deserto.

יען

Quia Quod.

יענה

Struthio.

יענים

Struthiones.

יָעַף Deficere

יעף Iaaph. Deficere. laſſari.laſſatū eſſe: vel defatigatum eſſe.Eſa.40.Non deficiet nec laborabit. Et in eodē. Deficient pueri & laborabunt· Et in eo. Ibunt & non deficient.Hiere.51.Et labores populorū ad nihilū & gentium in ignem erunt. Pro quo hebrei legunt. Et laborabūt populi in nihilū:& gentes in ignem deficient ſiue fatigabuntur.Abach.2.Et gentes in vacuum deficient. Et inde יָעֵף Iaeph.i.laſſus ſiue fatigatus aut defeſſus.2. Reg.16. Vinū autē vt bibat ſi quis defecerit in via.Pro quo hebrei legūt. Et vinū vt bibat defeſſus ſiue fatigatus in deſerto. Eſa.40 Qui dat laſſo virtutē. Et aliqui hebrei dicunt q̄ a predicta dictiōe יָעֵף Iaaph deriuatur illud Dañ. 9. Ecce vir gabriel quem videram in viſione a principio cito volans tetigit me. Vbi pro eo quod in lra nra eſt cito volans:in hebreo habetur מוּעָף Muaaph.Pro quo ipſi legūt fatigatus fatigatione.ſed melius deriuatur a dictiōe עוף oph:que ſignat volare.et tūc erit littera volās volatu.i.cito volans ſicut eſt in littera nra.& inde הוֹעָפָה Toaapha.i.fortitudo.coaceruatio altitudo.& ſolum inuenitur in numero plurali.ſ. הוֹעָפוֹת Toaaphoth.Nu.25.Cui⁹fortitudo ſimiliseſt rhinocerotis. Iob.22.Et argentū coaceruabitur tibi. Pro quo hebrei legūt.Et argenti coaceruationes vel fortitudines tibi.ſ.erūt Ps.94. Et altitudines montiū ipſius ſunt.

Deficere

Defeſſus Laſſus.

מוּעָף Volare.

הוֹעָפָה Fortitudo. הוֹעָפוֹת Altitudies

יָעַץ Cōſiliū dare. Conſilium inire.

יעץ Iaas.Conſiliari.conſiliū inire.cōſilium dare.cogitare excogitare.decernere.ſtatuere. Nu.24. Verūtū p̄gēs ad pp̄m meū dabo tibi cōſiliū .3.Reg.12.Iniit cōſiliū rex roboā cū ſeniorib⁹. Et in eo. Quod datis cōſiliū.1.Paral. 13.Iniit autē conſilium dauid cum tribunis.2. Paralip.30. Inito ergo conſilio regis & principū. Nee.6. Et ineamus conſilium pariter. Iob.26.Cui dediſti conſiliū. Ps.16. Benedicam dominū qui tribuit mihi intellectū.Pro quo beatus hieronymus in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit.Benedicam dominū qui dedit mihi conſiliū. Eſa.7.Eo quod conſiliū inierit contra te ſyria.Et in eodē.8.Inite cōſilium & diſſipabitur. Et in eodē. 40. Cum quo iniit conſiliū. Et in eo. 45.Conſiliamini ſimul.Naū.1. Mente pertractans preuaricationē.Pro quo hebrei legūt.Conſiliās preuaricationē: ſiue conſiliarius belial.i.peruerſus vel abſq; iugo.Ponitur etiā pro cogitare. vt Ps.31.firmabo ſuper ſe oculum meū. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicā veritatem tranſtulit.Cogitabo de te oculo meo. Ps.82.Et cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos. Eſa.14. Hoc conſilium quod cogitaui ſuper omnē terrā. Et in eodē.23. Quis cogitauit ſuper tyrum.Et in eo.Dñs exercituū cogitauit hoc

Cogitare.

יוֹעֵץ Cōſiliari⁹.

Et inde יוֹעֵץ Ioees.i.conſiliarius.2.Reg.15. Achitophel cōſiliarium regis.2.Paralip.25.Nunquid conſiliarius regis es.Iob.12. Adducit conſiliarios in ſtultū finem. Eſa.3. Et ſapientem conſiliariū de architectis. Et in eodē.9. Admirabilis conſiliarius deus fortis.Et inde עֵצָה Eeſa ſiue עֲצָה Aaſath.i.Cōſilium ſiue cogitatio.vt Iob·12. Ipſe habet cōſilium & intelligentiā. Et in eodē.21. Conſilium impiorū longe ſit a me.Ps.1.Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum.Et in eodē.19.Et omne conſilium tuū confirmet. Et in plurali עֵצוֹת Eeſoth. Deut.32. Gens abſq; cōſilio eſt. Quod in hebreo legitur pluraliter.ſ.abſq; cōſiliis.Eſa.25. Cogitationes antiquas fideles.Scribitur etiā cum mem in principio.& dicitur מֹעֲצוֹת Moaaſoth.i.conſilia ſiue cogitationes:aut adinuentiones. Ps.5. Decidant a cogitationibus ſuis. Ps.80. Ibūt in adinuētionib⁹ ſuis. Prouer.1.ſuiſq; conſiliis ſaturabūtur. Ponitur etiam pro voluptatibus. vt Hiere. 7.Sed abierunt in voluptatibus ſuis.

Cōſiliari⁹.

עֵצָה Conſilium

Conſilia. Cogitatōes מֹעֲצוֹת Adinuētiones.

Voluptates

יַעַר Silua.

יַעַר Iaar.ſilua.ſaltus.nemus.fauus.ſ.mellis. Deut.19.In ſiluam ad ligna cedenda.1.Reg.14.Omne vulgus venit ad ſaltum in quo erat mel. Ps.79.Exterminauit eam aper de ſilua.Ps.131.Inuenimus eam in campis ſilue.Cant.2.Sicut malus inter ligna ſilue.Eſa.29.Et chermel in ſaltum reputabitur.Ezech.15.Quomō lignum vitis inter ligna ſiluarum:quod in hebreo legitur ſingulariter.ſ. inter ligna ſilue.& in plurali יְעָרִים Ieaarim.ſecundum terminationē maſculinorum:ſiue יְעָרוֹת Ieaaroth.ſecundū terminationē femininorum.vt.Ps.28.Et reuelauit condenſa. Pro q̄ beatus Hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Et reuelans ſaltus. Ezech.34.Et ſecuri dormiēt in ſaltibus.Significat etiā fauum.ſ.mellis.1.Reg.14.Extenditq; ſummitatē virge quā habebat in manu & intinxit in fauum mellis.Cāti.5.Comedi fauum meum cum melle meo.

Saltus. יְעָרִים יְעָרוֹת Saltus. Fauus.

יָפֶה Pulchrū eſſe. Decorū eſſe. Decorare. יָפִי Decor. Pulchritudo יָפָה יָפֶה Pulchra Pulcher Decorus. Speciosus יְפִיפִיָּה Elegans. Formoſa

יפה Iapha.decorare.pulchrum vel decorum eſſe.Cant.7 Quā pulchri ſunt greſſus tui.& in eodem.Quam pulchra eſt & decora.Ezech.16.Et decora facta eſt vehementer nimis.& in eo.31. Erat pulcherrimus in magnitudine ſua.& aliquādo duplicatur littera iod & littera pe: propter excellentiam pulchritudinis.Ps.44.Speciosus forma prefiliis hominum.pro quo beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit. Decore pulchrior eſt filiis hominum. Hiere.10.Argento & auro decorauit illud. Inde יֹפִי Iophi.i.pulchritudo.ſpecies.decor.vt Ps.49.Ex ſion ſpecies decoris eius. Prouer.31.Et vana eſt pulchritudo. Zach. 9.Quid eſt pulchrum eius.i.quid eſt pulchritudo eius.& inde יָפֶה Iaphe ſiue יֵפֶה Iapha aut יֶפֶת Iephath. ideſt pulcher:ſiue pulchra.aut decorus vel decora.Geñ.12. Noui q̄ pulchra ſis mulier.& in eo.39.Erat aūt ioſeph pulchra facie & decorus aſpectu.Canti.1.Pulcher es dilecte mi & decor⁹.& in eodē.Ecce tu pulchra es amica mea.Ezech. 31.Pulcher ramis & frōdibus nemoroſus.& in eo. Q̄m ſpecioſum feci eum. Duplicatur etiam littera iod & littera pe. & dicitur יְפִיפִיָּה Iephephiia.Pro quo beatus Hieronymus tranſtulit elegantem atq; formoſam.Hiere.46.Vitula elegans atq; formoſa egyptus.

יפח Loqui. Conqueri. Apparere. Fiducialr. agere. Dominari

יָפַח Iaphach.loqui.apparere.Ps.26.Quoniam inſurrexerūt in me teſtes iniqui:& mentita eſt iniquitas ſibi.pro quo hebrei legunt.Quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui & loquens mendacium.Beatus Hieronym⁹ in pſalterio iuxta hebraicam veritatē tranſtulit Et apertum mēdacium.Prouer.14.Profert aūt mendacium teſtis doloſus. & in eodem.19. Qui loquitur mendacium non effugiet. Hiere.4.Vox filie ſyon inter morientes.Pro quo hebrei legunt. Vox filie ſyon conqueritur.i.conquerendo loquitur. Abach.2.Et apparebit in fine & non mentietur. Ponitur etiam pro fiducialiter agere. Ps.12. Fiducialiter agā in eo. Item ponitur pro dominari. Ps.9. Omniū inimicorū ſuorum dominabitur. Hebrei tamen dicūt q̄ in predicto loco ſignificat illaqueare: ſiue irretire. De quo vide infra in dictione פּוּחַ Púach.

יָפַע Apparere. Illuſtrare. Adiuuare.

יפע Iaphaa.apparere.illuſtrare.clarificare. Deut.33. Apparuit de monte pharan. Iob.1.Et non illuſtretur lumīe. Ponitur etiam pro adiuuare.vt in eodem.10.Et conſilium impiorum adiuues. Item ponitur per antiphraſim pro obſcurare vel contenebreſcere.vt in eodem. Sed ſempiterna horror inhabitat.Pro quo hebrei legūt. Et obſcuratur vel contenebreſcit ſicut tenebre.Poteſt etiam legi ſic.Et appareret ſicut tenebre vel ſicut obſcuritas. Inde יְפַעַת Iphaath.i.illuſtratio aut decor.Ezech.28.Et polluent decorem tuum.

Obſcurare יְפַעַת Decor.

יֶפֶת Portentum. Prodigiū מוֹפֶת

יֶפֶת Iapheth.portentum:ſiue oſtentum.ſignū.prodigium -& ſcribitur cum mem & vau in principio loco iod.& dicitur מוֹפֶת Mopheth.Exo.7.Cum dixerit vobis pharao oſtendite nobis ſignum.Ps.7.Tanq̄ prodigium fact⁹ ſum

multis.Esa.8.Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi domi
Portentū nus in signum & in portentum.& in eodē.20.Signū & por
מוֹפְתִים tentum erit super egyptum. Ezech.12. Quia in portentū
Ostenta. dedi te.& in eodē.Ego portentū vestrū.& in pluraliמוֹפְתִים
Mopthim.Exo.4. Vide oia ostēta que posui in manu tua.
Prodigia & in eodem.Et multiplicem signa & ostenta mea. Deut.6.
Portenta. Fecitq; signa & prodigia.& in eo.29. Signa illa portētaq;
ingentia.

יָצָא Iasa.egredi.exire.procedere.educere.pducere. Gen.
Egredi. 2.Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis.& in eo
dem.15.Qui egredietur de vtero tuo.& in eo.27.Et egres
so iacob foras.Exo.11. Media nocte egrediar in egyptum.
Exire. &in eodē.Post hec egrediemur:& exiuit a pharaone.Nu.1.
Omniū virorū fortiū ex israel.Pro quo he.le. Oium egre
dientiū in exercitu.i.omniū qui sunt talis etatis qui possint
ad bella procedere.& in eo.Omis qui poterant ad bella pro
Procedere cedere recensiti sunt.i.qui poterāt ad bella egredi. & in eo.
11.Donec exeat per nares vestras. Deut.14. Qui nascūtur
in terra.i.qui egrediūtur de terra.& in eo.20. Si exieris ad
bellum contra hostes tuos.& in eo.24.Nō procedet ad bel
lū.Iudi.21.Ad ducēdos choros ex more procedere. Ruth.
2.Vt cum puellis suis exeas ad metendū.1.Reg.8. Et egre
dietur ante nos.& in eo.22.Maneat oro pater meus & ma
ter mea vobiscum.Pro quo he.le.Egrediatur siue exeat pa
ter meus & mater mea vobiscū.i. egrediatur de loco suo &
maneat vobiscū.2.Reg.11.Eo tempore quo solent reges ad
bella procedere. Ps.18.Tanq; sponsus procedens de thala
mo suo.Esa.11.Egredietur virga de radice iesse. Hiere.2.
Nam &ab ista egredieris.& in eo.48. Quia florens egre
dietur.Ezech.46.Per eandem viam exeat.Osee.6. Et iu
dicia tua quasi lux egredientur.Amos.5.Vrbs de qua egre
diebantur mille.Abach.3.Egredietur diabolus ante pedes
eius.& in eo .Egressus es in salutem populi tui.& aliqū scri
bitur sine aleph.vt Deut.28.Que egrediuntur de medio fe
minū eius.Iob.1.Nud? egressus sum de vtero matris mee.
Scribitur etiā aliqū sine iod.vt Gen.8.Egredere de arca.&
in eo.27.Et egredere foras. Nu.12. Egredimini a populo
meo.Esa.30.Egredere dices ei.Et qñ est verbum tertie cō
iugationis tunc significat educere.vt Gen.8. Et educ tecū.
Educere. & in eo.15. Et eduxit eū foras. & in eodē .19. Educā eas ad
vos.& i eo.58. Que cū duceretur ad penā .i.cū educeretur.
Exo.3.Vt educas populum meum filios israel de terra egy
pti.& in eo.Ego dñs qui educā vos de ergastulo egyptiorū
& in eo.18.Et q; eduxisset dñs israel de egypto.Deut.4.Et
eduxit de fornace ferrea: Et in eo.8. Qui eduxit riuos de
petra durissima.Iob.10. Quare de vulua eduxisti me. Ps.
17.Et eduxit me in latitudinem.Ps.105. Vt educas panem
de terra.Ps.141.Educ de custodia aīam meā.Esa.40. Qui
educit in numero militiā eorū.& in eodem.42.In veritate
educet iudiciū.Item significat producere.vt Gen.1.Produ
Producere cat terram animā viuentē.& in eo.38.Producite eam vt cō
buratur.Iob.12.Et abscōdita ꝓduxit in lucē. Ps.134. Qui
producit ventos de thesauris suis.Ponitur etiā pro impēde
Impēdere Distribuere re vel distribuere.vt.4.Reg.12.Qui impēdebant eam in fa
bris lignorū.& in eo.15.Indixitq; manahen argentū sup
israel.i.distribuit vt vnusquisq; solueret certam quantitatē.
מוֹצָא Inde מוֹצָא Mosa.i.exitus siue egressus aut progressus vel
processus.Nu.33.Quas descripsit moyses iuxta castrorum
loca que dñi iussione mutabant.pro quo he.le.Et descripsit
Exitus. moyses exitus siue progressus eorū.et.3. Reg.4.Et educe
bantur equi salomoni de egypto.Pro quo hebrei legūt. Et
egressus siue exitus equorum salomonis de egypto.s. erat.
Ps.64.Exitus matutini & vespere delectabis.i.delectare fa
cies.Ps.106.Et exitus aquarum in siti.Esa.58.Et sicut fons Fons.
aquarum.i. sicut exitus aquarū.Mich.5. Et egressus eius ab Egressus.
initio.Ponitur etiā מוֹצָא Mosa. pro oriēte.i. pro loco exit?
solis.vt. Ps.74. Quia neq; ab oriēte nec ab occidēte. Scri= Oriens
bitur ēt cū tau inprīcipio loco mem.& in nūero plurali dici
tur מוֹצָאוֹת Thosaoth.vt Nu.34.Et perueniēt ad meridiē מוֹצָאוֹת
vsq; ad cadesbarne.pro quo he.le.Et erunt exitus ei? a me
ridie vsq; ad cadesbarne.& in eodē.Et ad vltimū falsissimo
claudentur mari.pro quo hebrei legunt. Et erunt exit? ei? Exitus.
mare salis.Ps.67.Et dñi dñi exitus mortis.& inde יְצְאֵי יְצְאֵי
Seesae : siue יְצְאֵים Seesaim.i. germē.eo quod producī Germen.
tur vel egreditur a terra.Esa.44. Orbis & omne germen
eius.Significat etiam progeniem aut stirpem vel filios.vt Filii
2.Paralip.32.Filii qui egressi fuerāt de vtero ei?. Iob.5.Et Proles.
progenies tua quasi herba terre.Et in eodem.35.Et proge
nies mea erradicetur.Esa.8.Et stirps vteri tui vt lapilli ei?. Stirps.
Et in eodem.22.Et vasorū diuersa genera. Pro quo hebrei
legunt.Filios & filias.in translatiōe chaldaica habetur filios
& filiorum filios. Et inde צוֹאָה Soah siue צֹאת Seath.i. fi= צוֹאָה
mus siue stercus. aut sordes. eo quod educitur foras. Deut. Egesta.
23.Et egesta humo operies .i. stercus humo operies . pro
uer.30.Et tamen non est lota a sordibus.Esa.4.Si abluerit Sordes.
dñs sordes filiarum sion . Et in eodem.28 . Omnes enim
mense replete sunt vomitu sordiūq;.Ezech. 4. Et stercore Stercus.
quod egreditur de homie operies illud.Et ide צוֹאִים Soim. צוֹאִים
sordidi.vt Zach.3.Erat indutus vestibus sordidis.Et in eo. Sordidi.
Auferte vestimēta sordida ab eo.& inde צַאֲנָן Saanan.i.exi צַאֲנָן
tus.vt Mich.1.Non est egressa que habitat in exitu. Hebrei Exitus.
tamen dicunt q; est nomen proprium loci. Sed non reperi=
tur nisi tantum in hoc loco.

יָצַב Iasab. stare. statuere .Constituere.Erigere,verificare. יָצַב
Exo.2. Stante procul sorore eius. Pro quo hebrei.le. Stare.
Et stetit soror eius procul.& in eodē.14.State & videte ma
gnalia domini.& in eodē.15.Stetit vnda fluens.& in eo. 19
Et steterunt ad radices montis.Nu.22.Stetitq; angelus do
mini in via.& in eodē.Cernens asina angelum stantem in
via.Deut.32.Constituit terminos populorum.Ps.2.Astite Cōstituere.
runt reges terre. Ps.73.Tu fecisti oēs termios terre. Pro q; Astare.
hebrei legunt.Tu statuisti siue constituisti omnes termios Statuere.
terre.Esa.3.Stat ad iudiciū dñs.Threni.2. Firmauit dexte=
ram suam quasi hostis.pro quo hebrei legunt.Stat dextera
eius quasi hostis.& in eodē.Et posuit me quasi signū ad sa=
gittam.i.statuit me. Zach.11.Et id quod stat non enutriet.
Ponitur etiā pro erigere.vt Gen.35. Erexitq; iacob titulū Erigere.
super sepulchrū eius.1.Reg.15.Et erexisset sibi fornicē triū
phalem. Item ponitur pro corrigere.1.Reg.12.Vsq; ad sti= Corrigere.
mulum corrigendum. Inde מַצָּב Masab siue מִיצָב Musab.i. מַצָּב
statio. 1.Reg.14. Veni & transeamus ad stationem philisti= Statio.
norum.& in eodem.Per quos nitebatur ionathas transire
ad stationem philistinorum.& in eodem.Sed & omnis po=
pulus stationis eorum.Esa.22.Et expellā te de statione tua. Agger.
& in eodē.29.Et faciam cōtra te aggerem.pro quo hebrei
legunt.Et obsidebo contra te statione.s.militantiū.vbi po= מוּצָב
nitur מוּצָב Musab cum pūcto surech in prima syllaba. Scri מַצָּבָה
bitur etiā cum he in fine & dicitur מַצָּבָה Masseba.vtZach.9
Et circundabo domū meam ex his qui militant mihi. Pro
quo hebrei legunt.Et circundabo domū meam siue castra
metabor circa domum meam statione.s.militantiū mihi.& Statio.
inde מוּצָב Husab.Pro q; btūs Hieronymus trāstulit militē. הוּצַב
Naū.2.Et miles captiuus adductus est.Hebrei tamē dicunt
q; in predicto loco ponitur pro regina vel domina. Nā se=
quitur in eodem.Et ancille eius minabantur. Ponitur etiā
מַצֵּבָה Maseba pro titulo vel statua.Gen.28.Et erexit in titu מַצֵּבָה

Titulus

lum.& in eodem.Et lapis iste quem erexi in titulū.& in eo. 35.Erexitq; iacob titulum super sepulchrum eius.hic est ti tulus monumenti Rachel.Exo.25.Et cōfringes statuas eo rum.Deut.7.Et confringite statuas.& in eo.16.Neq; facies tibi atq; constitues statuam.4.Reg.13. Tulit enim statuas baal:quas fecerat pater eius.& in eo.10.Et protulerunt sta tuam de fano Baal.Ezech.26.Et statue tue nobiles in terrā corruent.Scribitur etiam cum nun in principio. & dicitur נְצִיב Nesib.i.statua siue statio.vt Gen̄.19. Que versa est in statuam salis.De quo vide infra in dictione נָצַב Nasab. Itē יָצַב Iasab in lingua chaldaica significat verificare.i.veritatē inquirere aut veritatē discere.Dan̄.7.Post hec volui diligē ter discere de bestia q̄rta.Proq; he.le.post hec volui verifi care.i.veritatē discere de bestia quarta.& inde יָצִיב Iasib. siue יָצִיבָא Iasiba.i.veritas siue verum aut vere vel certe. Dan̄.2. Certe noui q; tempus redimitis.Pro quo hebrei le gunt.In veritate noui.& in eodem. Et verum est somniū. & in eo.3.Qui respondentes regi dixerunt vere rex.

Statua.

נְצִיב Statua.

יָצַב Verificare

יָצִיב

יָצִיבָא Certe.

Verum. Vere.

יָצַן Ponere.

יָצַן Iasag.ponere.reponere.remanere.retinere.detinere. statuere.Gen̄.30.Posuitq; eas in canalibus.& in eodē. 35.Oro te vt de populo qui mecum est saltem socii rema neāt vie tue.Pro quo hebrei legūt. Oro vt retinere faciam tecum de populo qui mecum est.Et est sensus sicut in littes ra nostra.Exo.10.Oues tñ vestre & armenta remaneant.i. retineantur vel reponātur.Iudi.6.Ponā hoc vellus lane in area.Iob.17.Posuit me quasi in prouerbium vulgi .Hiere. 51.Reddidit me quasi vas iane.i.posuit vl statuit me.Osee. 2.Et statuam eā secundū diē natiuitatis sue.Amos.5.Et cō stituite in porta iudiciū.& aliqui hebrei dicunt q; predicta dictio deriuatur a dictiōe נָצַן Nasag.cū n un in principio.

Retinere.

Remanere

Statuere.

Constituet

יָצַע Sternere.

יָצַע Iasaa.sternere.extēdere.Ester.4.Sacco & cinere mul tis pro stratu vtentibus.Iob.17. Et in tenebris strauī lectulum meum.Ps.138 Si descendero in infernū:ades.pro quo hebrei legunt.Si strauero in infernum.s. lectulum vel stratum meum.Esa.14.Subter te sternetur tinea.& in eodē 58.Et saccum & cinerē sternere.& inde יְצוּעַ Iesūaa.i. stra tum.Gen̄.49.Et maculasti stratum meum.Ps.62.Sic me mor fui tui super stratum meum.Ps.131.Si ascendero in le ctum strati mei.Scribitur etiā cum mem in principio.& di citur מַצַּע Masaa.Esa.28.Goangustatum est enim stratum. Inde יְצִיעַ Iasiaa.Pro quo beatus Hieronymus trāstulit ta bulatum.i.stratum tabularum in circuitu templi.3. Reg.6. Et edificauit super parietem templi tabulata per gyrum.& in eodem. Tabulatum quod subter erat quinq; cubitos ha bebat latitudinis.& in eodem.Et edificauit tabulatū super omnem domum.

יְצוּעַ Stratum.

מַצַּע Stratum

יְצִיעַ Tabulatū.

יָצַק Fundere.

יָצַק Iasac.fundere.effundere.infundere. conflare. fluere. stringere.Gen̄.28.Fundens oleum desuper.Exo.25. Et quattuor circulos aureos.Pro quo hebrei legunt.Et fun des ei quattuor circulos aureos.i.opere fusorio facies. & in eodem.37.Fudit & quattuor circulos aureos.Leuit.2.Fun detq; super eam oleum.3.Reg.7.Erant fusiles & stabant su per duodecim boues.& in eodem. In campestri regiōe ior danis fudit ea rex.& in eodem.18.Et fundite super holocau stum.4.Reg.3.Qui fundebat aquam super manus helie.& in eodem.4.Et mitte inde in omnia vasa.i.infunde inde in omnia vasa.& in eodem.Et illa infundebat.& in eodem.In fuderunt ergo sociis vt comederent.& in eodem. In funde turbe vt comedant. & Iob. 22. Et fluuius subuertit fun damentum eorum. Pro quo hebrei legunt.Et fluuius effu sus est in fundamentum eorum.& in eodem.28.Et lapis so lutus calore in es vertitur.Pro quo hebrei legunt. Et lapis funditur siue infunditur in es.Et est sensus sicut in lia no stra.& in eodem.29. Et petra fundebat mihi riuos olei. & in eodem.38.Quādo fundabatur puluis in terra. Pro quo hebrei legunt.Quando fundebatur puluis in terra.Ps.44 Diffusa est gratia in labiis tuis. Esa.44. Effundam enim aquā sup sitientē .& in eo. Effundam spiritum meum sup semē tuum.Zach.4.Et septem infusoria lucernis que erāt super caput eius.Item pōitur pro cōflare vel fluere.vt Exo. 37.Conflans quattuor anulos aureos.& in eodē.38. Quis bus conflate sunt bases sanctuarii.3.Reg.22. Fluebat autē sanguis plage in sinu currus.Itē ponitur pro stringere vel indurari.Iob.14.Cor eius indurabitur quasi lapis.& in eo. Et stringetur quasi malleatoris incus.Pōitur etiam pro de ponere vel proiicere.vt Ios:7.Proieceruntq; ante dominū 2.Reg.15.Et deposuerunt arcam dei.& inde מוּצָק Musac.i. fusile vel fusus.2.Paralip.4.Mare aūt fusile.Iob.37.Quas si ere fusi sunt.Potest etiam legi quasi ere indurati vel cōstri cti.i.solidi sunt siue stabiles sunt.Nam pōitur etiam pro sta bili.vt in eodem.11.Et eris stabilis & non timebis.Ponitur etiam pro terra que est stabilis.vt in eodem.38.Quādo fun dabatur puluis in terra.& inde מְצוּקֵי Mesuce.Pro quo bea tus Hieronym? transtulit cardines.vt.1.Reg.2.Domini cni sunt cardines terre.& inde צָקוֹן Sacun.Pro quo beatus Hie ronymus transtulit tribulatio.Esa.26.In tribulatione mur muris doctrina tua eis.Potest etiā deriuari a dictiohe צוֹק Soc.De quo vide infra in littera sadic.

Diffundere.

Conflare. Fluere.

Indurari. Stringere Proiicere Deponere.

מוּצָק Fusile.

Stabilis.

Terra.

מְצוּקֵי Cardines.

צָקוֹן Tribulatio

יָצַר Formare.

יָצַר Iasar.formare.fingere.plasmare. creare . coangusta re.arctare.Gen̄. 2.Formauit igitur dominus deus ho minem.& in eodem. Formatis igitur dominus deus de hu mo cunctis animantibus terre.pro quo hebrei legūt.Et for mauit dominus deus de humo oīa animalia terre.Exo.32. Et formauit opere fusorio.Ps.32.Qui finxit sigillatim cor da eorū. Ps.73.Estatem & ver tu plasmasti.Ps.93.Aut qui finxit oculum non cōsiderat.& in eodem.Qui fingis labo rem in precepto.Ps.94.Et siccam manus ei? formauerūt. Ps.103.Draco iste quem formasti.Ps.138. Tu formasti me. & in eodem.Dies formabuntur & nemo in eis. Esa.27. Et qui formauit eum non parcet ei.& in eodem.37. Ex dieb? antiquis plasmaui illud.& in eodem.47.. Formaui eum & feci eum.& in eodem.45.Ante me non est formatus deus. & in eodem.Populum istum formaui mihi.& in eodē.44 Et formans te ab vtero.& in eodem.Quis formauit deum. & in eodem.Et in malleis formauit illud.& in eodem.For mauī te:seruus meus es tu.& in eodem.45. Vt habitaretur formauit eū.Hiere.1.Priusq; te formarē in vtero noui te.& in eodē.18.Ecce ego fingo contra vos malum.Zach.12.Et fingens spūm hominis.& inde יוֹצֵר Ioser.i.formator siue plasmator aut plastes.vel figulus seu fictor.Ps.2.Et tāq; vas figuli confringes eos.Esa.29.Et figmentū dicat fictori suo non intelligis.& in eodem.41.Et velut plastes conculcans humum.& in eodem.44.Plastes idoli nihil sunt. & in eo. 45.Nunquid dicit lutum figulo suo quid facis.& in eodē. Hec dicit dominus sanctus israel & plastes eius. Hiere.18. Descende in domum figuli.& in eodem.Sicut lutum in ma nu figuli.& in eodem.19. Accipe lagunculam figuli testeā. Amos.7.Et ecce fictor locuste. Abach.2.Quia sculpsit illē fictor suus.& in eodem.Quia sperauit in figmēto fictor ei? Ponitur etiam pro statuario.Zach.11. Proiice illud ad sta tuarium.& in eodem.Et proieci illos in domo domini ad statuarium.Potest etiam in predicto loco legi figulum.Scri bitur etiam sine iod.& dicitur צוֹר Sur.Esa.44.Et forma tor quem ego non nouerim.Hebrei tamen in predicto lo co legunt fortem. De quo vide infra in dictione צוּר Sur. Inde יְצוּרֵי Iesure.i.membra.Iob.17. Et membra mea in

Figulus. Fictor. Plastes.

צוּר Formator.

יְצוּרֵי Membra

יֵצֶר Figmentū

nihilum redacta sunt. Inde יֵצֶר Ieser.i.figmentū. Plasma matio.formatio. Ps.102. Quia ipse cognouit figmentum nostrum. Esa.29. Et figmentum dicat fictori suo. Ponitur

Sensus et cogitatio

etiā pro sensu vel cogitatione.vt Gen.6. Et cūcta cogitatio cordis intenta esset ad malum.& in eodem.8. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt.1.Paralip. 28. Et vniuersas mentium cogitationes intelligit. Esa.26.

Vet⁹ error

Vetus error abiit. Pro quo hebrei le.Cogitatio.s.bona firmata est siue confirmata est.& secundū hebreos predicta dictio יֵצֶר Ieser.significat appetitum vel desiderium hominis ad bonum vel ad malum.vnde in predicto loco poterit esse sensus sicut in littera nostra. Item יָצַר Iasar .i.arctare siue coangustare.Iudi.2.Et vehementer afflicti sunt. pro quo hebrei legunt. Et arctati siue angustati sunt valde. & Iob. 18. Arctabuntur gressus virtutis eius.& in eodem. 29. Cū

יֵצֶר Appetitus יָצַר

Arctare.

Angustari

Perterritum esse Cōtristari.

faciatus fuerit arctabitur. Prouer.4. Non arctabuntur gressus tui. Esa.49. Nunc angusta erunt pre habitatoribus. Itē significat perterritū esse siue angustiari vel cōtristari. Gen. 32. Timuit iacob valde & perterritus diuisit populū.1.Reg. 30. Et cōtristatus est dauid valde. Pro quo hebrei legūt. Et coarctatus siue angustiatus est dauid valde.2.Reg.13. Et deperiret in eam valde. pro quo hebrei legunt. Et angustiatus est amnon valde .& inde מְצַר Mesar.i.angustia vl tribulatio. Ps.117. De tribulatione inuocaui dominum.& in plurali מְצָרִים Mesarim. Threñ.1. Apprehēderūt eam inter angustias. vide etiam de hoc infra in dictione צָרָה Sara.

מֵצַר Tribulatio.

מְצָרִים Angustie

יָצַת Succēdere.

יצת Iasath.succendere.comburere.incendere. exurere.2. Reg.14. Et succendite eum igni.& in eodem. Succenderunt ergo serui Absalon segetem igni.& in eodē. Quare succenderunt serui tui segetem meam.4. Reg.22. Magna enim ira dei succensa est contra nos.& in eodem. Et incendetur indignatio mea in hoc loco. Esa.9. Et succendetur in densitate saltus.& in eodem.27. Succendam eam pariter.& in eodem.33. Spine congregate igni comburētur. Here.2. Ciuitates eius exuste sunt. & in eodem.10. Qm̄ incensa sunt eo quod non sit vir pertrāsiens. & in eodem. Et exusta sit quasi desertum.& in eodem.51. Incēsa sunt tabernacula eius. Threñ.4. Et succendit ignem in sion. Ezech. 20. Ecce ego succendam in te ignem.

Succēdere

Cōburere. Exurere

לֶקֶב Torcular

יקב Ieceb.torcular. Deut.16. Quando collegeris de area & de torculari. 4.Reg.6. Vnde te possū saluare: de area vel de torculari. Esa.5. Et torcular extruxit in ea. Osee.9. Area & torcular non pascet eos.

יָקַד Incēdere\ Ardere

יקד Iacad.ardere.exardere. incendere. Leuit.6. Ignis in eodem altari erit. Pro quo hebrei legunt. Et ignis altaris incendetur siue ardebit in eo vel in ipso. & in eo. Ignis autem in altari semper ardebit. Deut.32. Et ardebit vsq; ad inferni nouissima. Esa.10. Succēsa ardebit quasi combustio ignis.& in eodem.65. Ignis ardens tota die. & inde יְקוֹד Iecod.i.incendiū siue combustio. Esa.30. In qua portetur ignis de incendio.& inde מוֹקֵד Moced.i.incendiū siue cremiū. Leuit.6. Crema bitur in altari tota nocte. Pro quo hebrei legunt. Super incendium vel cremium eius super altari tota nocte. Ps.101. Et ossa mea sicut cremium aruerunt.

יְקוֹד Incendiū.

מוֹקֵד Incēdium Cremium.

יְקֹוָה יְקוָת Expectatio

יקוה Iiceha.expectatio. Et scribitur cum tau in fine ratione genitiui sequētis.& dicitur יְקוַת Iicehath. vt Gen.49 Et ipse erit expectatio gentium. Et aliqui hebrei dicunt q̄ significat auscultationem vel obedientiam. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et ipsi erit auscultatio vel obedientia populorum. idest ipsi obedient populi. Et sic est in translatione chaldaica. Alii vero dicunt q̄ significat congregationem. Scribitur etiam sine iod. Pro quo beatus Hieronym⁹ transtulit partum. Prouer.30. Et qui despicit partum matris. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Et qui despicit obedientiam matris.

Auscultatio.

Partus

יָקַע Suspendere. Crucifigere. Affigere.

יקע Iacaa. affigere. suspendere.s.in patibulo. crucifigere. Nu.25. Et suspende eos contra solem in patibulis.1. Reg.21. Vt crucifigamus eos domino.& in eodē. Qui crucifixerunt eos in monte coram domino.& in eodē. Et colligentes ossa eorum qui affixi fuerant. Vide etiam de hoc infra in dictione תְּקַע Thacaa. Et secundum aliquos hebreos a supradicta dictiōe deriuatur dictio תְּקַע Thecaa. Pro quo beatus Hieronymus transtulit.emarcuit. Gen.32. Et statim emarcuit. Hebrei tamen dicunt q̄ in predicto loco significat separare vel dislocare. Vnde in predicto loco ipsi legūt. Et separata est siue dislocata est coxa femoris iacob.i.recessit de loco coherentie eius. Et eadem dictio ponitur pro recedere. Here.6. vbi dicitur. Ne forte recedat anima mea a te. Sed de hoc vide infra in dictione קָעָה Caaa cum duplici aym. Quia inde deriuatur secundum aliquos hebreos.

תְּקַע Emarcescere. Separare

Recedere.

יָקַף Circuire.

יקף Iacaph. circundare. circuire.in rotundum tōdere. in orbem transire. Ios.6. Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem. Pro quo hebrei legunt. Et circuibitis vrbem cuncti bellatores: circuire vrbem semel per diem. Ps 16. Inimici mei animam meam circundederunt. Ps.21. Cō cilium malignantium obsedit me. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Concilium pessimorum valauit me.i.circundedit me. Esa. 15. Quia circundedit clamor terminum moab. Threñ.3. Et circundedit me felle & labore. Leuit.19. Ne in rotūdum attondebitis comam. Iob.1. Cūq; in orbem transissent dies conuiuii. Vide etiam de hoc infra in dictione נָקַף Nacaph.

Circūdare

Vallare.

In rotundum attondere.

In orbem transire.

יָקַץ Euigilare. Expergiscere.

יקץ Iacas. euigilare. expergiscere. suscitari. Gen.9. Euigilans autem Noe de somno.& in eodem.28. Cūq; euigilasset iacob de somno.& in eodem.41. Expergefact⁹ pharao rursum dormiuit.& in eodem. Euigilans pharao post quietem. Ioel.1. Expergiscimini ebrii & flete. Abach.2. Et suscitabuntur lacerantes te.& in eodem. Ve qui dicit ligno expergiscere.

Suscitare.

יָקַר Honoratū esse.

יקר Iacar.honoratum vel honorabilem esse.preciosum esse.siue in precio esse. Appreciari.1.Reg.18. Et celebre factum est nomen eius nimis. Pro quo hebrei legunt. Et honoratum est nomen eius nimis. & in eodem. 26. Eo quod preciosa fuerit aia mea in oculis tuis hodie. 4.Reg.5. Noli despicere animam meam & animam seruorum tuorū qui mecum sunt. Pro quo hebrei legunt. Honorabilis vel preciosa sit anima mea & anima seruorum tuorum qui mecum sunt in oculis tuis. Et est sensus sicut in littera nostra. Ps.35. Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā deus. Pro quo beatus Hieronym⁹ in psalterio iuxta hebraicam veritatem trāstulit. Quā preciosa est misericordia tua deus. Ps.36. Vt honorificati fuerīt & exaltati. Ps.71. Et honorabile nomen eorum coram illo. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius. Ps.138. Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Esa.13. Pretiosior erit vir auro.& in eodem.43. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis. Ponitur ēt pro appreciari. vt Zach. 11. Decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Item ponitur pro subtrahere. Prouer.25. Subtrahe pedē tuū de domo proximi tui. Hebrei tamen in predicto loco legūt. Preciosum. idest rarum fac pedem tuū de domo proximi tui: quia omne rarum preciosum. Et est idem sensus cum littera nostra. Et inde nomē adiectiuum יָקָר Iacar. siue יְקָר Iecar. idest preciosus honorabilis.1. Reg.3. Et sermo dñi erat preciosus in diebus illis. Iob.28. Omne preciosum vi-

Honorificare.

Honorabilem esse.

Appciari. subtrahe⁹

יָקָר יְקָר Preciosū.

dit oculus eius.Ps.15.Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.Eccls.10. Precioſior est sapientia paruaq; gloria ad tempus stultitia. Ponitur etiam pro honore aut magnitudine vel gloria.Ester.1. Ac magnitudinem atq; ia ctãtiã potẽtie sue.& in eo.Et cuncte vxores tam maiorũ q̃ minorum deferant maritis suis honorem.Ps.44.Filie regum in honore tuo.Ps.48. Et hõ cum in honore esset nõ intellexit.& in lingua chaldaica scribitur aliquando cum aleph ī fine & dicitur יְקָרָא Iecara. Dañ.2.Et gloriã dedit tibi.& aliquãdo scribitur sine iod.vt Prouer.17.Et precioſi spiritus vir eruditus.& aliquando scribitur cum duplici iod.scilicet in principio & in medio & dicitur יָקִיר Iacir. i.honorabilis.Hiere.31.Si filiꝰ honorabilis mihi ephraim. Significat etiam difficilem vel grauem.Dañ.2. Sermo eñ quem tu queris rex grauis est.idest difficilis est. Ponitur ẽt יָקַר Yacar.pro claro vel lucido.vt Iob.31.Et lunam incedẽtem clare. Item ponitur pro precio.vt.Ps.48. Et precium redemptionis anime eorum. Zach.11. Decorum precium quo appreciatus sum. Vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatũ.& in plurali יְקָרִים Iecarim.vt Threñ.4. Filii siõ inclyti.i.honorabiles vel precioſi. Et in genere femininо scribitur cum he vel tau in fine & dicitur יְקָרָה Iecara siue יְקָרַת Iecarath.Prouer.3.Precioſior est cunctis opib⁹.Esa. 28.Lapidem probatum angularem precioſum. Et in hebreo scribitur in genere femininо scilicet precioſam : quia lapis in hebreo est generis feminini.& in plurali femininо יְקָרוֹת Iecaroth.3.Reg.5.Vt tollerent lapides grandes:lapidẽs precioſos. Põitur etiam iecaroth pro frigore.vt Zach. 14.Non erit lux:sed frigus & gelu.Hebrei tamen dicunt q̃ in predicto loco significat claritatem sicut supra dictum est Vnde in predicto loco ipſi legunt.Non erit lux clara & densa.idest obscura: quasi dicat.Nõ erit lux multum clara neq; multum obscura sed media.sicut in eodem sequitur.Et erit dies vna que nota est domino : non dies neq; nox. Potest etiam deriuari a dictione קָרַר Carar que significat frigiditatem:sicut est in littera nostra.

Magnitudo. Honor. יְקָרָא Gloria. יָקִיר Honorabilio. Grauis. יָקַר Clare. Precium. יְקָרִים Honorabiles. יְקָרָה יְקָרַת Precioſa. יְקָרוֹת Precioſe. Frigus. Clara.

יָקַשׁ Iacas.offendere.illaqueare.irretire. scandalizare. offendiculum siue scandalum ponere.aut laqueum siue retia ponere:scilicet more venatorum aut aucupum. Deut. 7.Neq; assumes ex eis quicq̃ ne offendas. & in eodem.12. Caue ne imiteris eas.Pro quo hebrei legunt.Caue ne illaqueatus sisvel ne irretitus sis post eas.siue ne offendas post eas. Ps.123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.Ps.140.Custodi me de laqueo quem statuerũt mihi. idest quem more venatorum posuerunt mihi. Prouer.6.Illaqueatus es verbis oris tui. Esa.8.Et cadent & cõterentur & irretientur. Hiere.59. Illaqueaui te & capta es. Inde מוֹקֵשׁ Moces .i.scandalum offendiculum . Laqueus. Ruina.Exo.10.Vsq; quo patiemur hoc scandalum.& in eo. 23. Certe erit in scandalum tibi. Leuit.19. Nec coram ceco pones offendiculum.Ponitur etiam pro ruina.Esa.8.Et in laqueum & in ruinam habitantibus hierusalem.& in plurali מוֹקְשׁוֹת Mocsoth. secundum terminationem femininorum.Ps.140.Et a scandalis operantium iniquitatem. Scribitur etiam מוֹקְשִׁים Mócsim secũdum terminationem plu ralem masculinorum.Ps.139.Scandalum posuerunt mihi. Quod in hebreo legitur pluraliter scilicet scandala posuerunt mihi.Ponitur etiam pro fudibus.vt Iob.40.Et in fudibus perforabis nares eius . & inde יָקוּשׁ Iacus . Pro quo beatus Hieronymus transtulit Aucupem.Prouer.5.Et quasi auis de insidiis aucupis.Hiere.5.Insidiantes quasi aucupes laqueos.Ponitur etiam pro ruina. Osee.9. Laqueꝰ ruine factus est.& inde יוּקְשִׁים Iucasim.i.capti laqueo vel reti. Eccls.9.Et aues laqueo comprehenduntur: sic capiũtur homines in tempore malo.

Offendere Illaqueare. Venari. Illaqueari. Irretire. מוֹקֵשׁ Scanda Offendiculum. Ruina. מוֹקְשׁוֹת Scãdala. מוֹקְשִׁים Scãdala. יָקוּשׁ Fudes. Aucupes. Ruina. יוּקָשִׁים Capti.

יָרֵא Iare.timere.extimescere.Gen.3.Timui eo qđ nudus essem.& in eodem.18.Negauit sara dicens non risi:timore perterrita.Pro quo hebrei legunt.Quia timuit. & in eodem.19.Timuerat enim manere in segor.& in eodẽ.32. Quia valde eum timeo.Exo.1. Timuerunt autem obstetrices deum.& in eodem.2.Timuit moyses & dixit. & in eodem.34.Timuerũt prope accedere.Leuit.19. Vnusquisq; patrẽm & matrem timeat.Nu.14.Neq; timeatis populum terre.Deut.4.Et discant timere me omni tempore.& in eodem.20.Non timebis eos.& in eodem.25. Et non timueris deum. Ios.9.Timuimus igitur valde. & in eodem. 24. Timete dominum.1.Reg.18.Et saul magis cepit timere dauid.Iob.6.Et videntes plagam meam timetis.Ps.21.Qui timetis dominum laudate eum. Ps.33. Timete dominum omnes sancti eius.Ps.111.Beatus vir qui timet dominum. & in eodem.Confirmatum est cor eius non commouebitur.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Firmatum est cor eius non timebit.Ps.127.Beati omnes qui timẽt dominum.Prouer.24. Time dominum fili mi & regem.& in eodem.31.Mulier timens deum ipsa laudabitur.Esa.59.Et timebunt qui ab occidente sunt nomen domini.Osee.10.Non eñ timem⁹ dominum.Et quando est verbum tertie coniugationis tunc significat terrere.idest timere facere. vt Nee.6. Omnes eñ hi terrebant nos.& in eo.Et tobias mittebat epistolas vt terreret me. 2. Reg.14. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regem presente populo.pro quo hebrei legũt. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meũ regem verbum hoc quia terruit me populus. Potest etiam deriuari a dictione רָאָה Raa : que significat videre. & tunc erit talis littera scilicet videbit enim me populus. idest vidente populo:quod est idem cum lĩa nostra. Et inde verbũ passiuũ תְּוֹרָא thiuare:qđ põitur Ps.129. vbi dicitur. Quia apđ te propiciatio est & propter legem tuam. pro quo hebrei legunt. Quia apud te propiciatio est vt timearis. vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatẽ trãstulit.Quia tecum propiciatio:cum terribilis sis. Sed si pro תְּוֹרָא Thiuare.legatur תּוֹרָה Thora.mutata aleph vltima in he.tunc significat legem.Sicut.Lxx. transtulerunt. Inde יִרְאָה Ira siue יִרְאַת Irath.idest timor. vt Iob.28. Timor domini ipsa est sapientia.Ps.2.Seruite domino in timore. Ps.18.Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Ps.54.Timor & tremor venerunt super me.Ps.110.Initiũ sapientie timor domini.Prouer.1. Timor domini principium sapientie.& inde מוֹרָא Mora.idest timor.terror. pauor.terribilis.Gen.9.Et terror vester ac tremor sit sup cuncta animalia. Deut.34.Magnaq; mirabilia que fecit moyses coram vniuerso israel.quod in hebreo legitur singulariter:scilicet magnũq; mirabile siue terribile quod fecit moyses.tamen in hebreo aliquando ponitur singulare pro plurali & econuerso.Ps.75.Terribili & ei qui aufert spm̃ principum.Esa.8.Et timorem eius ne timeatis.& in eodẽ.Ipse est pauor vester.Malach.1.vbi est timor meus.Et in plurali מוֹרָאִים Moraim.idest terribilia siue horribilia : vel horribiles. Deut.4. Per pugnam & robustam manum extentũq; brachium:& horribiles visiones . Pro quo he.le. Per pugnã siue in pugna & in manu robusta.& ī brachio extento & in terribilibus vel horribilibus magnis . Scribitur ẽt cum he in fine loco aleph.Ps.9. Pone domine legislatorẽ super eos.Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam ve.trãstulit.Pone domine terrorẽ eis.Tñ si pro

יָרֵא Timere. Terrere. תְּוֹרָא Timor. Terror. Terribilis Timor. Pauor. מוֹרָאִים Horribiles visiones. Terribilia

מוֹרָה Mora legatur מוֹרֶה More: tunc significat preceptorē vel legislatorem sicut Lxx. transtulerunt. Inde נוֹרָא Nora
נוֹרָא Terribilis ideſt timendus siue terribilis. Geſi.28. Quā terribilis est iste quit loc⁹. Exo.15. Terribilis atq; laudabilis. Ps.75. Terribilis apud reges terre. Ps.110. Sanctum & terribile nomē eius. Esa.18. Ad populum terribilem post quem nō est ali⁹
נוֹרָאָה Terribilis & in gīe femīno נוֹרָאָה Noraa. vt Esa.21. De terra horribili. Hebrei tamen dicunt q; in predicto loco accipitur p longinqua. Eo quod solent homines in terra peregrina & longinqua timere: cum nesciant eorum mores & consuetudines. & in plurali נוֹרָאוֹת Noraoth. i. terribilia. Ps.64. Mirabile in equitate. Pro quo hebrei legunt. Terribilia in iu-
נוֹרָאוֹת Terribilia stitia. Et beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Terribilis in iustitia. Ps.105. Terribilia in mari rubro. Ps.144. Et virtutem terribilium tuorū dicent. Ponitur etiam aduerbialiter pro terribiliter. vt. Ps.
Terribilis 138. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es.

יָרַד Iarad. descēdere. hūiliari. deducere. detrahere. defluere. deponere. Gesi.11. Descendit autem dominus vt videret ciuitatem. & in eodem.12. Descenditq; Abrā in egyptum. & In eodem.18. Descendam & videbo. & in eodem.
Descēdere 43. Iam ante descendimus vt emeremus escas. & in eodē. 45. Descende ad me ne moreris. Exo.15. Descenderūt in profundum quasi lapis. & in eodem.19. Eo quod descendisset dominus super eum. Nu.11. Vt descendam & loquar tibi. Iudi.11. Dimitte me vt duobus mensibus circūeā montes. pro quo hebrei legunt. Dimitte me duobus mensibus vt vadam & descendam super montes. & dicunt aliqui hebrei q; in predicto loco ponitur per antiphrasim descendā pro ascendam. Alii vero dicunt q; ideo dicitur descendam: eo quod domus eius erat in maspha qui est locus eminentior aliis montibus circuniacētib⁹. & in eodem.19. Et dies mutabatur in noctem. pro quo hebrei legunt. Et dies descēderat valde. i. descenderat vel declinauerat ad vesperam. & est sensus sicut in littera nostra. 1. Reg.25. Ephod secum habens descenderat. & in eodem. Descendit ad petram & versabatur in deserto maon. & in eodem.26. Aut in prelium descendens perierit. & in eodē.29. Non descendat nobiscū in prelium. Ps.29. Saluasti me a descendentibus in lacum. & in eodem. Dum descendo in corruptionem. &. Ps.45. Descendant in infernum viuentes. Prouer.30. Quis ascendit in celum atq; descendit. Esa.30. Qui descenditis in egyptum. & in eodem.50. Descendet in fletum. & in eodem.65 Quasi animal in campo descendens. & in eodem.64. Vtinam dirumperes celos & descenderes. Significat etiam humiliare vel subiicere. vt Deut.20. Donec capias ciuitatem que contra te dimicat. pro quo hebrei legunt. Donec descē-
Subiicere dat. i. subiiciatur. s. ciuitas. & in eodem. 28. Et destruantur muri tui firmissimi atq; sublimes. i. subiiciantur vel humilientur. Item significat deducere. i. deorsum ducere. vt Hie-
Deducere. re.9. Et deducant oculi nostri lachrimas. Threñ.1. Et oculꝰ meus deducens aquas. & aliquando scribitur sine iod vt in aliquibus locis predictis. & quando est verbum tertie conjugationis tunc significat. Deponere vel defluere aut detrahere seu deducere. Descendere facere: siue deorsum ponere
Deponere. aut deorsum fluere: seu deorsum trahere. vt Gesi.24. Que festinans deposuit hydriā de humero. & in eodē.43. Sedet aliud attulimus argentum. i. deduximꝰ. & in eodem. 45.
Adducere. Et adducite eum ad me. Exo.33. Iam nūc depone ornamētum tuum. Nu.1. Deponent leuite tabernaculum. & in eo. 4. Deponent velum quod pendet ante fores. & in eodem.
Defluere. 10. Depositumq; est tabernaculum. 1. Reg.21. Defluebant saliue eius in barbam. Ps.54. Deduces eos in puteum interi-

tus. Ps.77. Et deduxit tāq; fumina aquas. Esa.10. Et detraxi quasi potens in sublime residentes. & in eodem.14. Verumtamen ad infernum detraheris. Threñ.2. Deduc quasi torrentem lachrimas. Ezech.52. Et detrahe eam ipsam & filias gentium. Ponitur etiam pro cōtristari. vt. Ps.54. Cō-
Detrahere tristatus sum in exercitatione mea. Et aliqui hebrei dicunt q; in predicto loco significat cōqueri. Ponitur ēt pro operire. vt. 3. Reg.6. Et operuit tā cherubim q; palmas auro. He-
Cōtristari brei tamen dicunt q; in predicto loco significat expandere vel extendere. Quia idē significat in lingua chaldaica. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Et extendit super cherubim & super palmas aurum. Inde מוֹרָד Morad. i. descensus. vt
Operire. Ios.10. Et essent in descensu bethoron. Hiere.48. In descēsu horonaim. Item מוֹרָד Morad. i. dependens vel declinās vt. 3. Reg.7. Quasi lora exore dependentia.
Extēdere מוֹרָד

יָרָה Iara. iacere. proiicere. iaculari. sagittare. mittere. immittere. docere. ostendere. Exo.15. Currus pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. & in eodem.19. Aut cōfodietur iaculis. Pro quo hebrei legunt. Aut iaculatione iaculabitur. i. proiicientur in eum iacula. & est idem sensus cum littera nostra. Ios.18. Vt coram domino deo vestro mittam vobis sortem. 1. Reg.20. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum. & in eodem. Iecit aliam sagittam trans puerum. & in eodem. Venit itaq; puer ad locum iaculi quod miserat ionathas. & in eodem.21. Et consecuti sunt eum viri sagittarii. i. mittētes sagittas. 2. Reg.11. Ex muro tela mittātur. 4. Reg. 13. Iace sagittam: & iecit. 2. Paralip.35. Ibiq; vulneratꝰ a sagittariis. pro quo hebrei legunt. Et iecerunt mittentes. s. iacula in regem Iosiam. Ps.63. Et exaltabitur deꝰ: sagitte parvulorum facte sunt plage eorum. pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Sa-
Sagittare gittabit ergo eos deus iaculo repentino inferētur plage eorum. Potest etiam legi sicut Lxx. transtulerūt: quia eisdē litteris vtrūq; potest scribi in hebreo: mutatis tamē punctis. Esa.37. Non iaciet ibi sagittam. & aliquando scribitur cum aleph loco he. vt. 2. Reg.11 Et direxerunt iacula sagittarii. ideſt iecerunt siue miserunt iacula. 2. Paralip.26. Vt mitterent sagittas & saxa grandia. Scribitur etiam aliquādo sine he & sine aleph. vt Nu.21. Iugum ipsorū disperiit ab esebon. Pro quo hebrei legunt. Proiiciemꝰ eos: periit esebon. ideſt proiiciemus eos & pugnabimus contra esebon. Potest etiam deriuari a dictione נִיר Nir: que in lingua chaldaica significat iugum. sicut est in littera nostra. Item יָרָה Iara. i. ostendere siue docere. vt Exo.15. Qui ostendit ei lignum. & in eodem.35. Dedit in corde eius. Pro quo hebrei legūt. Et ad ostendendum vel ad docendum dedit in corde eius. ideſt vt possint alios docere. 4. Reg.12. Quibus docuit eū ioiada sacerdos. Iob.6. Docete me & ego tacebo. & in eodē 27. Docebo vos per manum dei. Ps.118. Legem pone mihi domine viam iustificationum tuarum. Pro quo beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ostende mihi domine viam preceptorum tuorum. Prouer.4. Et docebat me atq; dicebat. Esa.2. Et docebit nos vias suas. & in eodem.28. Quem docebit scientiam. & in eodem. Deus sinus docebit illum. Ponitur etiam pro erigere. vt Gesi.31. En tumulus hic & lapis quem erexi. Item
Erigere. ponitur pro comparare. vt Iob.30. Comparatus sum luto. ideſt ostēdit me cē lutū: sicut exponūt hebrei. & inde מוֹרֶה More. i. docēs siue ofidēs vel legislator. Iob.36. Nullꝰ similis ei in legislatoribꝰ. Ps.83. Etenī bñdictionē dabit legisla-
Comparat מוֹרֶה Legislator tor. Pro q; btūs hieronymꝰ in psalterio iuxta he. ve. trāstulit Bñdictiōe quoq; amicietur doctor. Prouer.5. Neq; audiui vocem docentium me. Esa.30. Et erunt q; auli tui videntes
Doctor. Docens.

preceptorem tuū. Ioel. 2. Qui dedit vobis doctorem iustitie. Ponitur ēt מורה More pro illustri. vt Geñ. 11. Vsq; ad cō uallem illustrē. Hebrei tñ dicūt q; in predicto loco est nomē ꝓpriū loci. & similr. Deut. 11. Vbi dicitur. que est iuxta vallē tēdentē & intrātē ꝓcul. pro q; he. le. Que est iuxta vallem מורה More. i. ostendens. Ponitur etiā pro excelso. Iudi. 7. Ad septentrionalē plagam collis excelsi. & inde תורה Thora. i. lex. doctrina. vt Exo. 12. Eadem lex erit indigene & colono. & in eodē. 24. Daboq; tibi tabulas lapideas & legem atq; mandata. Deut. 27. Et scribes super lapides omia verba legis. Esa. 2. De sion exibit lex. & qñ post se regit genitiuum mutat he vltimū in tau. vt Exo. 13. Vt lex eius semp sit in ore tuo. Leuit. 6. Hec est lex hostie pro peccato. 2. Reg. 7 Ista eñ est lex Adam dñe deus. Ps. 1. Sed in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabitur. & in plurali תורות Thoroth. i. leges. vt Geñ. 26. Legesq; seruauerit. Leuit. 26. Hec sunt mandata atq; precepta & leges. Item יורה Iore. i. pluuia tēporanea siue matutina. Deut. 11. Dabit pluuiam terre tue temporaneā. Hiere. 5. Metuam⁹ deū qui dat nobis pluuiam tēporaneam. Ioel. 2. Et descendere faciet ad nos imbrem matutinū & serotinum. Ponitur etiā יורה Iore ꝓ inebriare vel irrigare. Prouer. 11. Et qui inebriat ipe quoq; inebriabitur. Vide etiā de hoc infra in dictione רוה Raua. & ēt dictio מורה More de qua supra dictum est q; significat doctorem vel preceptorem: in aliquib⁹ locis predictis hebrei interpretantur imbrem vel pluuiam. s. temporaneam.

מורה Illustris

מורה Excelsum.

תורה Lex.

תורת Leges.

יורה Tpanea

Imber matutinus

יורה Inebriare

מורה

יֶרַח Luna

יָרֵחַ Iaréach. Luna. Mensis. Iob. 25. Ecce luna etiam non splēdet. Ps. 8. Lunā & stellas que tu fundasti. Ps. 71. Et ante lunā in generatione & generationem. Ps. 103. Fecit lunam in tempore. Esa. 13. Et luna non splendebit in lumine suo. & in eodē. 66. Et luna tua non minuetur. Declinatur ēt pluraliter יְרָחִים Ierachim: quasi sint plures. eo q; in quolibet mense luna innouatur. Deut. 33. De pomis fructuum solis ac lune. Quod in hebreo legitur pluraliter. s. lunarum. & in lingua chaldaica scribitur cum nun in fine loco mem. Dan. 4. Post finem mēsium duodecim. Ponitur etiam pro mense tam in singulari q̄m in plurali. eo quod apud hebreos cōputabantur menses lunares. Exo. 2. Abscondit eum tribus mensibus. 3. Reg. 6. Anno quarto fundata est dom⁹ domini in mense Zio. & in eo. in mēse Bul. Iob. 29. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos.

יָרֵחַ

יְרָחִים Lune.

Mensis Menses.

יָרַט Peruertes Declinare

יָרַט Iarat. peruertere. declinare. Nu. 22. Quia peruersa est via tua: mihiq; cōtraria. Iob. 16. Et manibus impiorū me tradidit. i. me declinauit siue vertit.

יֶרֶךְ Femur.

יֶרֶךְ Ierech siue יָרֵךְ Iarech. femur. hastile. lat⁹. Geñ. 24. Pone manū tuā subter femur meū. & in eo. 32. Tetigit neruum femoris eius. & in eodem. Qui emarcuit in femore iacob. Ezech. 24. Et omnē partem bonā & femur & armū. & in plurali יְרֵכַיִם Ierechaim. Exo. 28. A renibus vsq; ad femora. Pōitur etiā pro pede vel hastili cādelabri vnde procedunt calami. vt Exo. 25. Hastile eius & calamos. Item ponitur pro latere vel plaga aut regione. vt Leuit. 1. Ad latus altaris quod respicit ad aquilonem. Scribitur etiā cum tau in fine: quod denotat genus femininū. vt Geñ. 49. Pertingens usq; ad sidonē. Pro quo hebrei legunt. Et latus eius siue regio vel plaga eius vsq; ad sidonem. Exo. 26. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas. Esa. 14. Et sedebo in mōte testamenti in lateribus aquilonis. Ponitur etiam pro angulo. vt Exo. 26. Et rursum alias duas q̄ in angulis erigantur.

יְרֵכַיִם Femora. Hastile. Latus.

Plaga.

Angulus.

יָרַע Displicere

יָרַע Iaraa. displicere. dure vel aspere accipere. callide agere. malignari. affligere. vexare. inuidere. 1. Reg. 8. Displicuitq; sermo in oculis samuelis. & in eo. 18. Et displicuit in oculis ei⁹ iste sermo. 1. Paralip. 21. Displicuit aūt deo qd iussum erat. Geñ. 21. Dure accepit hoc Abraā. Pro quo hebrei legūt. Non tibi videatur asperū. pro quo hebrei legūt. Non displiceat in oculis tuis. & est sensus sicut in littera nostra. & in eodē. 38. Eo quod rem detestabilē fecerat. Deut. 15 Neq; ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuādis. Pro quo hebrei legunt. Neq; displiceat in oculis tuis cū dederis ei. i. nec durum vel asperum tibi videatur. Ponitur etiam pro affligere siue vexare. 2. Reg. 20. Nunc magis afflicturus est nos siba filius Bocri. Iob. 20. Affligetur qui relictus est in tabernaculo suo. Ps. 105. Et vexatus est moyses propter eos. Item ponitur pro inuidere. Deut. 28. Inuidebit fratri suo. & in eodem. Inuidebit viro suo. i. callide vl maligne aget contra eum. Ponitur etiā pro vlulare. vt Esa. 15. Super hoc expediti Moab vlulabunt: anima eius vlulabit sibi. Vide etiā de hoc infra in dictiōe רוע Roa. Itē יְרִיעָה Ieriaa. cortina. sagum. Exo. 26. Decem cortinas de bysso retorta. & in eodem. Longitudo cortine vnius habebit viginti octo cubitos. & in eodem. Facies & saga cilicina vndecim & in eodem. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos. Et quia cortine solebant fieri quandoq; ex pellib⁹: ideo nostra translatio aliquando traduxit pellem pro cortina. vt 2. Reg. 7. Et arca dei posita sit in medio pelliū. i. in medio cortinarum ex pellibus. Ps. 103. Extendens celum sicut pellem. Cantī. 1. Sicut pelles salomonis.

Dure accipere. Asperum videri

Affligere

Vexari. Inuidere

Vlulare

יְרִיעָה Cortina

Sagum

Pellis.

יָרַק Iarac. expuere. cōspuer. Leuit. 15. Si salūtā huiuicemodi homo iecerit super eum qui mundus est. Nu. 12. Si pater eius expuisset in faciem ei⁹. Deut. 25. Expuetq; in faciem eius. & aliquando scribitur sine iod. vt Iob. 30. Et faciem meam conspuere non verentur. Esa. 50. Faciem meā non abscondi ab increpantib⁹ & cōspuentibus in me. & inde רוק Roc. i. saliua. sputum. Iob. 7. Nec dimittis me vt glutiam saliuam meam. Item יֶרֶק Ierec aut יָרָק Iaroc. i. herba fenum. virens. olus. Geñ. 1. Vt habeant ad vescendum. Pro quo hebrei legunt. Ois viridis herba siue omne olus herbe ad vescendum. s. sit. & in eodem. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia. Deut. 11. Vbi iacto semine in hortorum morē aque ducuntur irrigue. Pro quo hebrei legūt. Vbi seminabis semen tuum & irrigabis pede tuo sicut hortū oleris. Sed beatus Hieronymus transtulit sensum. 4. Reg. 19. Et virens herba tectorum. Iob. 39. Et virentia queq; pquirit. & inde יְרַקְרַק Ieracrac. i. viride siue pallidum. aut viror vel pallor. vt Leuit. 13. Si alba vel ruffa macula fuerit infecta. Pro quo hebrei legunt. Si pallida vel ruffa macula fuerit. & in eodem. 14. Quasi valliculas pallore siue rubore deformes. Ps. 67. Et posteriora dorsi eius in pallore auri. Beatus Hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Et posteriora eius in virore auri. & inde יֵרָקוֹן Ieracon. i. pallor. & ponitur pro rubigine vel aurugine. vt Deut. 28. Ardore & estu & aere corrupto ac rubigine Hiere. 30. Et conuerse sunt vniuerse facies in auruginem. Amos. 4. Percussi vos vento vrente & aurugine. & similiter aggei. 2. vbi eadem verba habentur.

יֶרֶק Galiua iacere. Expuere.

Conspuere

רוק Salina

יָרָק Viridis Olus.

יְרַקְרַק Virens

Pallidum

Pallor

יֵרָקוֹן Rubigo Aurugo.

יָרַשׁ Iaras. possidere. hereditare. acquirere. heredem esse. exterminare. disperdere. expellere. delere. cōsumere. vastare. depauperare. Geñ. 15. Et ecce vernaculus meus heres me⁹ erit. idest hereditabit me. & in eodem. Nō erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo ipsum habebis heredem. Pro quo hebrei legunt. Ipse hereditabit te. & in eodē. 21. Non eñ erit heres filius ancille. Nu. 13. Ascendamus & possideamus terram. & in eo. 14. Et semen ei⁹ possidebit eā. Deut. 4. Et ingrediēs possideas terrā. & in eo. 12.

יָרַשׁ Hereditat Hereditē el.

Gentes ad quas ingredieris possidendas. Et in eo. Et posse
Possidere. deris eas atq; habitaueris in terra earū. & in eo. 18. Gentes
iste quarū tu possidebis terrā. Et in eo. 19. Et possederis
eam habitaueriscq; in vrbibus eius. & in eo. Quam dñs de
us tuus daturus est tibi in possessionē. Et in eo. 26. Quam
dñs deus tuus tibi daturus est possidendam & obtinueris
eam. i. possederis. Et in eo. 35. Mare & meridiem posside=
bit. Ios. 1. Ad possidendam terram quam dñs deus noster
daturus est nobis. Et in eo. 13. Que necdum sorte diuisa
est. pro quo he. le. Que necdū possessa ē. Iudi. 11. Et tu vis
possidere terrā eius. Et ī eo. Nōne ea que possedit chamos
deus tuus tibi iure debentur: que aūt dñs deus noster vi=
ctor obtinuit in nostrā cedēt possessionē. pro quo he. le. nō
ne quod possidere te fecit chamos deus tuus illud possside=
bis: & oē quod possidere fecit siue oēs quos eiecit vel expu
lit dominus deus noster a facie nostra illud possidebimus
Esdre. 9: Et heredes habeatis filios vestros. 1. Paralip. 28.
Vt possideatis terram bonam. Ps. 36. Iusti autem hereditа
Hereditas. būt terrā. Et in eo. Mansueti autem hereditabunt terram.
Esa. 65. Et hereditabūt eā electi mei. Hiere. 49. Cur igitur
hereditate possedit Melchom gad. Et ī eo. Et possidebit is
rael possessores suos. Osee. 9. vrtica hereditabit eos. Ab=
die. 1. Et hereditabunt hi qui ad austrum sunt mōtē Esau.
Et in eo. Et possidebit domus iacob eos qui se possederāt.
i. possessores suos. vbi ponitur verbum & nomen ab eo de
riuatū. Et in eodem. Et possidebunt regionem ephraim.
Zach. 9. Ecce dñs possidebit eā. Et aliqñ scribitur sine iod
vt in aliquibus locis predictis. Deut. 2. Incipe possidere. 3.
יוֹרֵשׁ Reg. 21. Surge posside vineā Naboth. Inde יוֹרֵשׁ Iores. i.
Heres. heres. possessor. vt Hiere. 49. An heres non est ei. Mich. 1
יְרֻשָּׁה Adhuc heredē adducā tibi. & inde יְרֻשָּׁה Iereſa. siue יְרוּשָׁה
Possessio. Ierusa. i. hereditas. possessio. Nu. 24. Et erit idumea pos=
sessio eius. Et ī eo. Hereditas seir cedet inimicis suis. Deut.
2. Quia in possessionē esau dedi mōtē seir. & in eo. Quia
Hereditas filiis loth tradidi eam in possessionem. Ps. 60. Dedisti here
מוֹרַשׁ ditatem timentibus nomen tuum. & aliquando scribitur
cum mem in principio & dicitur מוֹרַשׁ Moras. idest posses
Possessio. sio. vt Esa. 14. Ponam eam in possessionem ericii. Et inde
מוֹרָשָׁה Morasa. siue מוֹרֶשֶׁת moreseth. i. hereditas. possessio
Hereditas Deut. 33. Hereditatem multitudinis Iacob. Mich. 1. Propte
rea dabit emissarios super hereditatem geth. significat eti
am predicta dictio יָרַשׁ Iaras. exterminare. siue dispersde=
re vel delere. aut expellere. vel consumere. siue vastare. Et
tunc communiter est verbum tertie coniugatiōis. Exo. 15.
Dispdere. Interficiet eos manus mea. i. dispdet vel exterminabit eos
manus mea. & in eo. 34. Cum enim tulero gentes a facie
tua. i. cū exterminauero vel expulero gētes a facie tua. Nu.
Cōsumere. 14. Feriam igitur eos pestilentia atq; consumā. Et in eo.
33. Dispdite cunctos habitatores terre illius. Et in eodē.
Exterminare. Sin autem nolueritis interficere habitatores terre. i. exter=
minare vel consumere. Deut. 2. quibus expulsis atq; dele=
Expellere. tis. & in eo. Et fecit illos habitare pro eis. pro quo hebrei le
Delere. gunt. Et expulerunt eos & habitauerunt pro eis. Et in eo.
7. quomodo potero delere eas. Et in eo. 9. qui cōterat eos
& deleat atq; dispdat velociter. Et in eodem. Sed quia il=
Vastare le egerunt impie introeunte te delete sunt. Et in eodē. 28.
Et fruges terre tue rubigo consumet. Ios. 8. Et vastabitis
ciuitatem. Iudi. 1. Nec potuit delere habitatores vallis ben
iamin. Et in eo. qui deleuit ex ea tres filios enach. Iob. 13.
& consumere me vis peccatis adolescentie mee. Ponitur ēt
Extrahere pro extrahere. vt in eo. 20. De vētre eius extrahet eas de=
Torquere us. Ponitur etiam pro torquere. vt in eodem. 17. Torquen
tes cor meum. Item significat depauperare vel pauperē

facere. Geñ. 45. Ne & tu pereas & omnis domus tua. Pro
quo he. le. Ne depaupereris tu et omnis dom? tua. i. ne pau
Depaupe= pertate vel inopia pereas. 1. Reg. 2. Dominus pauperē fa=
rare. cit & ditat. Iudi. 14. An idcirco vocastis nos ad nuptias vt
Expoliare. expoliaretis nos. pro quo hebrei legunt. vt depauperaretis
nos. idest vt faceretis nos pauperes. Alii vero secundū pri=
mam significationem legūt sic scilicet vt hereditaretis nos
idest vt quasi iure hereditario expoliaretis nos. Prouer. 30
Aut paupertate compulsus furer. pro quo hebrei legūt. ne
depauperer & furer. Inde רָשׁ Ras. i. pauper. p̄s. 81. & humi
רָשׁ lem & pauperem iustificate. De quo vide infra in dictione
Pauper. רוּשׁ Ros. Inde תִּירוֹשׁ Thiros. idest vinum. Geñ. 27. Frumē
תִּירוֹשׁ to & vino stabiliui eum. Deut. 7. Frumento tuo atq; vinde
Vinum mie. Pro quo hebrei legunt. frumento tuo & vino tuo. & ī
eodem. 11. vt colligatis frumentum & vinum & oleū. Osee.
2. & hec nesciuit quia ego dedi ei frumentum & vinū. Po=
nitur etiam pro grano vue de quo vinū exprimitur. Esa.
65. Quomodo si inueniatur granum in botro.
Granum. יֶשׁ Ies est. verbū sustantiuum tertie persone. De quo vide
infra in dictione יְשַׁעְיָה Iasa.
יְשָׁשׁ Iases. siue יְשִׁישׁ Iasis. senex. antiquus. longeuus. de
crepitus. 2. Paralip. 36. Non est misertus adolescen=
Decrepit? tis & virginis & senis nec decrepiti quidem. vbi ponitur p
Antiquus decrepito. Iob. 11. Et senes & antiqui sunt in nobis. Quod
יְשִׁישִׁים in hebreo legitur in numero singulari. Et in plu.
Antiqui. vt in eo. 12. In antiquis est sapientia. Et in eo. 32. Iunior su
tempore: vos autem antiquiores. Et potest deriuari a pre=
dicta dictione יֶשׁ Ies que significat est. eo quod diu est: &
longe durat.
יָשַׁב Iasab. Habitare. sedere. manere. stare. expectare. mo=
Habitare. rari. collocare. ducere. Geñ. 4. Et habitauit profugus
in terra. Et in eodem. 15. Et nequibant habitare communi
ter. Et in eo. Abram habitauit in terra canaam: loth vero
Morari. moratus est in oppidis que erant circa iordanē. Et in eodē
19. Timuerat enim habitare in segor. Et in eo. 25. Iacob
aūt vir simplex habitabat in tabernaculis. Et in eo. 35. Et
ascende bethel & habita ibi. Et in eo. 45. Et habitabis ī ter
ra gesen. Leuit. 25. Et habitabis in vmbraculis septem die
bus. Nu. 13. Amalech habitat in meridie. Et in eo. Canane=
us vero moratur iuxta mare. Deut. 12. Et habitabitis in ter
ra. Et in eo. 25. Quando habitauerīt fratres simul. 2. Reg.
5. Reuertere & habita cū rege. p̄s. 21. Tu autem in sancto
habitas. Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine.
Ps. 122. qui habitas in celis. Ps. 131. Hic habitabo quoniam
elegi eam. Ps. 139. Habitabunt recti cum vultu tuo. Esa. 5.
Nunquid habitabitis vos soli in medio terre. Et in eo. 13.
Non habitabitur vsq; in finem. Et in eo. 44. Qui dico ie
Inhabitat rusalem habitaberis. Hiere. 17. In terra salsuginis & inha=
bitabili. pro quo he. le. in terra salsuginis que non habita=
tur. Et in eo. 22. vrbes inhabitabuntur. Et in eo. 42. Non
habitabimus in terra ista. Thren. 1. Habitauit inter gētes.
Ezech. 26. Quomodo periisti que habitas in mari. Et ī eo.
Sicut ciuitates que non habitantur. Et aliquando scribitur
sine iod vt in aliquibus locis predictis. Significat etiam se
Sedere. dere. vt Geñ. 21. Seditq; e regione procul. Et in eo. 31. Ab=
scondit idola subter stramenta cameli & sedit desuper. Et
in eodem. 43. Sederunt coram eo. Et in eo. 49. Sedit in
forti arcus eius. Exo. 2. Et sedit iuxta puteum. Exo. 16. quī
do sedebamus super ollas carnium. Leuit. 15. Et vbicunq;
sederit. Nu. 32. Et vos hic sedebitis. Deut. 1. Sedistis ergo in
cadesbarne multo tempore. 1. Reg. 4. Heli sedebat super
sellam. Et in eo. 20. Et ego ex more sedere soleo iuxta re=
gem. Et in eodem. & sedebis iuxta lapidem cui nomen est

Azel. Et in eo. Et sedit rex ad comedendū panem. p̄s.1. & in cathedra pestilentie nō sedit. p̄s.28. Et sedebit dñs rex ineternū. p̄s.109. Sede a dextris meis. p̄s.131. Sedebunt super sedem tuā. Esa.14. Et sedebo in mōte testamēti. Itē significat manere. vel quiescere. vt Genī.19. Et mansit ī mōte. Et in eo. Et mansit in spelunca. Leuit.12. Sed manebit triginta tribus diebus. Et in eo.23. Omnis qui de genere est israel manebit in tabernaculis. Nu.20. Et mansit populus in cades. Ios.5. Manserunt in eodem castrorū loco. 1. Reg.1. Et maneat ibi iugiter. Ruth.2. Et nec ad momentū quidē domū reuersa est. Pro quo he. le. Modicum quidem manet vel quiescit in domo. vel sic. Hec habitatio eius in domo modica est. Esa.30. Supbia tantū est quiesce. Hiere. 42. Si quiescētes manseritis in terra hac. Itē significat expectare vel prestolari aut morari. Exo.24. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Iudi.6. Ego prestolabor aduentū tuum. 2. Reg.19. Cum moraretur ī castris. Ester.2. mardocheus morabatur ad ianuā regis. Et inde verbū tertie cōiugationis הוֹשִׁיב Hosib: quod significat Habitare facere. sedere facere: aut collocare. Genī.47. In optimo loco fac eos habitare. Et in eo. Ioseph vero patri & fratribus dedit possessionem in egypto. pro quo he.le. Et habitare fecit ioseph patrē suū & fratres suos & dedit eis possessionem in terra egypti. 3. Reg.21. Et sedere facite nabot inter primos populi. Et in eo. Et submittite duos viros filios Belial pro quo he.le. Et sedere facite duos viros filios Belial. Et ī eo. Et sedere fecerūt Nabot inter primos populi. Ps.67. Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Ps.112. vt collocet eū cū principibus. Et in eo. Qui habitare facit sterilem in domo. Hiere.32. Et reducam eos ad locum istum & habitare eos faciam confidenter. Ezech.25. Et collocabunt caulas suas in te. Item ponitur pro ducere. s. vxorem. Esdre.10. Qui duxerunt vxores alienigenas. i. habitare eas fecerunt secum. Et in eodem. Omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas. Nec.13. Sed & in diebus illis vidi iudeos ducentes vxores. Ponitur etiam pro reducere. 2. Reg.15 Si reduxerit me dominus. Pro quo hebrei legunt. si reducens reduxerit me dominus. Inde יוֹשֵׁב Ioseb. idest habitator siue habitans. vel sedens. Genī.25. Iacob autem vir simplex habitans in tabernaculis. Exo.15. Dolores obtinuerunt habitatores philistiim. Et in eo. obriguerunt omnes habitatores canaan. Ps.16. Sicut catulus leonis habitans in abditis. p̄s.106. sedentes in tenebris & in vmbra mortis. Esa.6. Vidi dominū sedentem super soliū. Et in eo.10. Noli timere populе meus habitator sion. & inde שֶׁבֶת sebeth. i. habitatio vel sessio: aut sedes: vel cathedra. vt. 2. Reg.23. dauid sedens in cathedra sapientissimus. Et supra in eo. Comburentur vsq; ad nihilum. pro quo hebrei legunt. Comburentur in habitatione vel in sessione. idest in loco vbi sunt. Potest etiam deriuari a dictione שַׁבָּת sabath que significat cessare vel desinere. quasi dicat. vsquequo cessent vel desinant esse. & erit sensus sicut in littera nostra. p̄s.138. Tu cognouisti sessionem meam. Hiere.9. Habitatio tua in medio idoli. Threñ.3. Sessionem eorū & resurretionē eorū vide. Amos.6. Et appropiquatis solio iniquitatis. Inde מוֹשָׁב Mosab. i. habitatio. sessio. cathedra. sedes. Leuit.25. Qui vēdiderit domum intra vrbis muros. pro quo he.le. Qui vēdiderit domum habitationis intra vrbem muratam. 4. Regū.2. Ecce habitatio vrbis huius optima est. p̄s.131. Elegit eā in habitationē sibi. Ponitur ēt p̄ sede vel cathedra aut sessiōe. 1. Reg.20. Requiretur enī sessio tua. & in eo. Cumq; sedisset rex sup cathedrā suā. p̄s.1. Et in cathedra pestilētie nō sedit. ponitur ēt p̄ cognatione. 1. Reg.9. oīs vero cogna-

Manere.
Quiescere
Expectare prestolari. Morari.
הוֹשִׁיב
Habitare facere.
Sedere facere.
Collocare
Ducere.
Reducere. יוֹשֵׁב
Habitans. Habitator.
Sedens.
שֶׁבֶת
Sedens.
Habitatio.
Cessare.
Sessio.
Solium.
מוֹשָׁב
Habitatio.
Sessio. Chatedra. Cognatio.

tio dom⁹ sibe seruiebat mephiboseth. pro quo he.le. oīs habitatio dom⁹ sibe. i. oēs qui habitabāt in domo eius. Et in plu. מוֹשְׁבוֹת Mosboth. Exo.12. In cūctis habitaculis vestris edetis azyma. Et inde נוֹשֶׁבֶת Nosebeth. i. habitabilis in genere femininо. vt Exo.16. Donec venirent in terrā habitabilem. & inde תּוֹשָׁב Thosab. i. inquilinus siue colonus. vt Leuit.22. Inquilinus sacerdotis & mercenarius nō vescetur ex eis. Et in eo.25. sed quasi mercenarius & colon⁹ erit tecū. Ponitur ēt pro peregrino vel aduena. vt Genī.23. Aduena sum & peregrinus apud vos. Exo.12. Aduena & mercenarius non comedet ex eo. Et in eo.25. Et susceperis eū quasi aduenam & peregrinum.

מוֹשְׁבוֹת Habitacula. מוֹשֶׁבֶת habitabilis תּוֹשָׁב Inquilinus Colonus. peregrinus. Aduena.

יֶשׁ verbū substantiuum tertie psone. & scribitur sine he & dicitur יֵשׁ Ies. Exo.17. Est ne deus in nobis an non: Nu.9. Quotquot diebus fuisset nubes sup tabernaculū. p quo he.le. Et erat. i. eueniebat qđ erat diebus numeri sup tabernaculū. Et in eo. Et si fuisset nubes a vespere vsq; mane. 4. Reg.10. Nūquid est cor tuū rectū. Et in eo. Et ait Ionadab est. Iob.16. vtinā esset aīa vestra pro aīa mea. p̄s.7. si est iniquitas in manibus meis. Prouer.11. Alii diuidunt propria & ditiores fiunt. pro quo he.le. Est qui dispersit vel qui diuidit & additur amplius. & est sensus sicut in littera nostra. Et in eo.14. Est via que videtur hoī recta. & qñ cōponitur cū pronominibus tūc est secūde vel tertie persone. vt Genī. 24. si direxisti viā meā. pro quo hebrei legunt. si es tu diriges viam meam. Et in eo. si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo. pro quo he.le. si estis vos facientes misericordiam & veritatem cū dño meo. Deut.29. sed cunctis presentibus & absentibus. pro quo he. le. sed cum eo qui est hic nobiscum stāte hodie corā dño deo nostro & cū eo qui non est nobiscum hodie. sed beatus hieronymus trāstulit sensum. significat ēt יֵשׁ Ies illud quod est siue aliquid. vt Prouer.8. Vt ditem diligētes me. pro quo he.le. vt hereditare faciam vel possidere faciam diligentes me est. i. illud quod est siue aliquid. & inde תּוּשִׁיָּה Thusiia. i. illud quod est. Et dicunt hebrei ph̄ significat sapientiam vel legē aut fortitudinē. Eo quod ꝓprie dicūtur esse & existere. Beatus vero hieronymus varie transtulit. Nā aliqñ traduxit sapientiā vel prudētiā. vt Iob.12. Apud ipsum est fortitudo & sapientia. Et in eo.26. Et prudentiā tuā ostēdisti plurimam. In alio vero loco traduxit salutem. Prouer.2. Custodiet rectorum salutem. Mich.6. Et salus erit omnibus timētibus nomen eius. item transtulit equitatem vel iustitiam. vt Prouer.8. Meum est consilium & equitas. Esa.28. Et magnificaret iustitiam. Item transtulit legem. vt Iob.11. Et qđ multiplex sit lex eius. Prouer.3. Custodi legem meam atq; consilium. Item ponitur pro necessariis. idest cognatis vel amicis. vt Iob.6. Necessarii quoq; mei recesserunt a me. Sed in hebreo in predicto loco ponitur verbum singularis numeri scilicet recessit a me. vnde hebrei legunt. Et sapientia vel prudentia recessit a me. significat etiam illd qđ sapienter vel prudenter excogitatur. Iob.5. Ne possint implere manus eius quod ceperant. pro quo in hebreo habetur. Et non facient manus eius תּוּשִׁיָּה Thusiia. idest illud qđ excogitauerant. Alii vero legunt. Et non facient manus ei⁹ efficaciam. Item ponitur pro tempore. Prouer.18. In omni tempore erit exprobrabilis. Item pōitur pro valide. Iob 30. Et quasi super ventum ponēs elisisti me valide.

יֶשׁ
Est.
Erat.
Fuisset.
Esset.
Illud qđ est תּוּשִׁיָּה
Sapientia Prudētia.
Salus.
Equitas. Iustitia. Lex.
Necessarii.
qđ ceperit
Efficacia. Tempus. Valide.

יְשַׁח Iasach. humiliare. incuruare. Esa.2. Et incuruauit se homo. Et in eodem. Et humiliabitur altitudo virorū. Esa.51. Qui dixerunt anime tue incuruare vt transeamus. Et inde nomen יְשַׁח iasach. idest incuruatio. humiliatio.

יְשַׁח
Incuruare. Humiliare
יְשַׁח

Pausatio. שַׁחַת Fouea.

Michee.6.Et humiliatio tua in medio tui.& inde שַׁחַת Sáchath.ideſt fouea.Ps.93.Donec fodiatur peccatori fouea. Et de hoc vide infra in dictione שׁוּחַ Sóach . & in dictione שַׁחַת Sachath.

יָשַׁט Edere. Extendere

יָשַׁט Iaſat.Extendere.tendere.porrigere. Eſter . 4 . Niſi forte rex auream virgam ad eum tetenderit.Et in eodem.5.Et extendit contra eam virgam auream.

יָשַׁם In ſolitudinē redigere. Deſolare.

יָשַׁם Iaſam.deſolare.In ſolitudinē redigere. diſſipare.demoliri.vt Geſi.47.Ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem.Nu.21.Laſſi peruenerunt in iophe. Pro quo hebrei legunt . Et deſſolauimus eos vſq; nophe Poteſt etiam legi ſic . Et femine ſiue mulieres vſq; nophe. ideſt laſſi quaſi mulieres venerunt vſq; nophe.Et eſt idem cum littera noſtra.Nam dictio hebraica נָשִׁים Naſim que ibi ponitur poteſt eſſe verbum prime perſone pluralis numeri a ſupradicta dictione deriuatum . & poteſt etiam eſſe nomen quod communiter ſignificat mulieres.Hiere. 49. Et niſi diſipauerint cum eis habitacula eorum . Ezech .6. Et excelſa demolientur & diſſipabuntur.& in eo.12.vt deſoletur terra a multitudine ſua.& in eo.19. Et deſolata eſt terra & plenitudo eius.& de hoc vide infra in dictione שָׁמַם famam.Inde יְשִׁימוֹן Ieſimon.i.ſolitudo.deſertum . Deut. 32.In loco horroris & vaſte ſolitudinis . p̄s.67.Cum pertranſieris in deſerto.Ps.106.Errauerunt in ſolitudine in deſerta via.

Diſſipare. Demoliri.

Solitudo. Deſertum.

יָשַׁן Dormire.

יָשַׁן Iaſan.dormire.dormitare.ſoporatum eſſe.quieſcere. requieſcere.Inueterare.vetus eſſe.Geſi. 41.Rurſū dormiuit & vidit alterū ſomniū.Iudi.16.Dormire eū fecit ſuper genua ſua.Iob.15.Et ſomno meo requieſcerem .p̄s.3. Ego dormiui & ſoporatus ſum . p̄s.43.Quare obdormis Ps.77.Et excitatus eſt tanq̄ dormiens dñs. Ps.120.Ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit iſrael . Prouer. 4.Non enim dormient niſi cum malefecerint . Eccls . 5 . Saturitas diuitis non ſinit eum dormire.Canti.5.Ego dormio & cor meū vigilat.Hiere.51.Et dormiēt ſomniū ſempiternū.Ezech.34.Securi dormient in ſaltibus . Ponitur ēt p quieſcere vel requieſcere.vt.Ps.4. In pace in idipſum dormiam & requieſcam.Inde שֵׁנָה Sena.ſiue שֵׁנָת Senath. ideſt ſomnus.dormitio.ſopor.vt Geſi.28.Cumq; euigilaſſet iacob de ſomno.Ps.75. Dormierunt ſomnum ſuum . Ps.131.Si dedero ſomnū oculis meis.Prouer. 20.Noli diligere ſomnum.Eccls.5.Dulcis eſt ſomnus operātis. Hiere.51.Et dormient ſomnum ſempiternum.Dañ.2.Et ſomnus eius fugit ab eo.Et aliqñ ſcribitur cū aleph in fine loco he.vt p̄s.126.Cum dederit dilectis ſuis ſomnum . Item

Soporatū eſſe.

Requieſcere

Somnus.

יָשָׁן Iaſan.i.vetus ſiue vetuſtum.Leuit.25.Et comedetis veteres fruges.Et in eodem. Donec noua naſcantur edetis vetera.Et in eo.26.Et vetera nouis ſupuenientibus proiicietis.Scribitur ēt cū nū in principio & dicitur נָשָׁן Noſan.vt in eo.Comedetis vetuſtiſſima veterum.Et in genere feminino נְשָׁנֶת Noſéneth cum tau in fine. vt Leuit . 13 . Lepra vetuſtiſſima iudicabitur.& inde verbum paſſiuum נִשְׁנָן nosan.ideſt inueteratum eſſe ſiue antiquū eē.Deut.4. Et morati fueritis in terra.pro quo hebrei legunt . Et inueterati fueritis ſiue antiqui facti fueritis in terra .

Vetus.

Vetuſtiſſimum.

Vetuſtiſſima.

Inueteratum eſſe.

יָשַׁע Liberare. Eruere. Saluare.

יָשַׁע Iaſaa.ſaluare.ſaluum facere.liberare.eruere.Exo.14 Liberauitq; dominus in die illo iſrael.Nu.10.Vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum.Deut.33. Populo qui ſaluabitur in domino.1.Reg.10 . Qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis.Et in eodem.14. Quia non eſt domino difficile ſaluare vel in multis vel in paucis. Et in eo. 25.Et ſaluauit manū tuā tibi.4.Re.6.ſalua me dñe mi rex qui ait nō te ſaluet dñs : vnde te poſſū ſaluare.p̄s.17. Qñ ſaluū fecit dñs xp̄m ſuū.p̄s.21.Salua me ex ore leonis. Ps. 27.Saluū fac populū tuū.Ps.32.Non ſaluatur rex per mltam virtutem.Ps.67.Deus noſter deus ſaluos faciendi. Ps. 79.Et oſtēde faciē tuā & ſalui erimus. Ps . 105 . Saluos fac nos dñe deus noſter.Ps.117.o dñe ſaluum me fac. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit.Ob ſecro dñe:ſalua obſecro.&ponitur ibi in hebreo הוֹשִׁיעָה נָא Hoſiaana.Pro quo oſana canit Eccliа.& ſūt in hebreo due dictiones.ſ.הוֹשִׁיעָה Hoſiaa.Quod ē verbū imperatiui modi.i.ſalua vel ſaluū fac.& נָא Na.Quod eſt dictio deprecatiua.i.obſecro.Ps.137.Et ſaluū me fecit dextera tua. Eſa.45 Iſrael ſaluatus eſt in dño ſalute eterna.Et in eo.49.Et filios tuos ego ſaluabo.Hiere.23.In diebus illis ſaluabitur Iuda.Et ī eo.31.ſalua dñe populū tuū. Oſee.1 . Et ſaluabo eos in dño deo ſuo:& non ſaluabo eos in arcu & gladio . & ide יֵשַׁע Ieſaa.i. Salus.ſaluatio.ſalutare.2.Reg.23. Cuncta em̄ ſalus mea & omnis voluntas.p̄s.17.Et cornu ſalutis mee. p̄s.26.Dñs illuminatio mea & ſalus mea.p̄s.50.Redde mihi letitiam ſalutaris tui.p̄s.84.Et ſalutare tuum da nobis. Eſa.61.Quia induit me veſtimētis ſalutis.Abach.3. Egreſſus es in ſalutem populi tui:in ſalutē cū xp̄o tuo . Scribitur ēt cū vau in medio & he in fine & dicitur יְשׁוּעָה Ieſuaa . vt p̄s.3.Dñi eſt ſalus.p̄s.32.Fallax equus ad ſalutē.p̄s. 117. Et factus es mihi in ſalutē.Abach. 3 . Quadrige tue ſaluatio. Scribitur ēt cū tau in fine loco he.vt Geſi.49. Salutare tuum expecto dñe.Ps.34 . Dic anime mee ſalus tua ego ſū. Eſa.52.Et videbūt oēs fines terre ſalutare dei nr̄i.& in plurali.יְשׁוּעוֹת Ieſuooth.vt.p̄s.27.Et p̄tector ſaluationū xp̄i ſui eſt.Et aliqñ ſcribitur cū tau in principio loco iod & dicitur.תְּשׁוּעָה Theſuaa.vt.2.Reg.23.Fecitq; dñs ſalutē magnā.p̄s.36.Salus aūt iuſtorū a dño.p̄s.59. Et vana ſalus hominis.p̄s.143.Qui das ſalutem regibus.prouer.11. Salus aūt vbi multa cōſilia.& in eo.21.dñs aūt ſalutē tribuit. Et aliqñ ſcribitur cum mem in principio.vt Ezech.16. & aqua non es lota in ſalutem.& inde מוֹשִׁיעַ Moſiaa.ideſt ſaluator: vel ſaluās.vt Iudi.3.Qui ſuſcitauit eis ſaluatorem. Eſa.19. Et mittet eis ſaluatorē & p̄pugnatorē.Et in eo.43. & ſaluator nō eſt abſq; me.Et in eo.63.& factus eſt eis ſaluator. Et in plurali.מוֹשִׁיעִים Moſiim . Nec .9. dediſti eis ſaluatores . Et inde deriuatur ſacratiſſimum nomen ieſus . Quod hebraice dicitur יְהוֹשֻׁעַ Iehoſūaa . Zach . 3. Et oſtendit mihi dominus ieſum ſacerdotem magnum . Et in eodem.Quia ecce lapis quem dedi coram ieſu.& interpretatur ſaluator.Matthei.1.Et vocabis nomen eius ieſū: ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum.

Saluū facere.

Oſana.

Salua obſecro.

Saluus.

Saluare.

יְשׁוּעָה Saluus.

Saluatio.

Saluare.

תְּשׁוּעוֹת ſaluatiões

תְּשׁוּעָה ſaluus.

מוֹשִׁיעַ ſaluator.

מוֹשִׁיעִים ſaluatores

יְהוֹשֻׁעַ Ieſus

ſaluator.

יַשְׁפֵּה Iaſpe.hyaſpis . lapis precioſus ſecundum hebreos . Vnde ab hebreo habuit originem.Sed Beatus hieronymus tranſtulit Beryllus . Exo . 28 . In quarto chryſolithus onychinus beryllus.Ezech.28.Chryſolithus & onix & beryllus.

יַשְׁפֵּה Jaſpio.

Beryllus .

יָשַׁר Placere .

יָשַׁר Iaſar . placere . Rectum eſſe.dirigere . in directum ire . Nume.23 . Si forte placeat deo: vt inde maledicas eis . Iudi.14 . Quia placuit oculis meis . Et in eodem.Deſcenditq; & locutus eſt mulieri que placuerat oculis eius.1.Regum.18.Placuit ſermo in oculis Dauid . 3. Regum. 9.Et non placuerunt ei.1.Paralipo.12 . placuerat enim ſermo omni populo . 2.Paralipo.32 . Et auertit eas ſubter ad occidentem vrbis Dauid . Pro quo hebrei legunt . Et direxit eas . Hiere.18 . Sicut placuerat in oculis eius vt faceret.& in eodem.27.Et dedi eam ei qui placuit in oculis meis.Item ſignificat rectum eſſe vel in directum ire.vt.1.Regum . 6 . Ibant autem in directum vacce . Ps. 32 . Quia rectum eſt verbum domini. Item ſignificat

ſ.directum ire.

rali לְבָנִים Lebem.i.albi. Zach.6.Et in quadriga tertia equi albi.& in genere fe.לְבָנָה Lebana.idest alba.vt Leuit.13.Et in loco viceris cicatrix alba apparuerit. & in eodem. Albā siue ruffam habuerit cicatricē.& in plurali femininoלְבָנוֹת Lebanoth.vt in eodem.Vir siue mulier in cuius cute cādor apparuerit.Pro quo hebrei legunt. Vir siue mulier quādo fuerint in cute carnis sue macule albe.& inde לְבָנָה Lebena.idest later.eo quod dealbatur vel candidatur dum coquitur igni.Gen.11.Habueruntq̄ lateres pro saxis. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet habuerunt laterem pro lapide. Ezech.4.Sume tibi laterē. & in plurali לְבֵנִים Lebenim.Exo.5.Et lateres similiter imperantur. & in eodem.Et reddetis cōsuetum numerum laterum. & inde deriuatur verbum לִבֵּן Liben.i. lateres facere vel cōficere. vt Gen.11.Venite faciamus lateres.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum : quasi diceret laterificemus lateres. Exo.5.Nequaq̄ dabitis vltra paleas populo ad conficiendos lateres.& inde מַלְבֵּן Malben.idest typus seu forma qua lateres formantur.2.Reg.12.Et traduxit in typo laterum. Naū.3.Tene laterem.vbi ponitur pro latere.Ponitur etiam pro muro latericio. Hiere. 43. Et abscondes eos in crypta que est in muro latericio. & inde לִבְנָה Libna. idest genus lapidis candidissimi.Exo.24. Sub pedib9 eius quasi opus lapidis saphyrini. & inde לְבָנָה Lebana.idest luna.eo quod est lucida & candida.Esa.24.Et erubescet luna & confundetur sol. & inde לִבְנָה Libne. idest genus arboris que detractis corticibus est multum alba.Pro quo beatus Hieronymus transtulit Populum.Gen.30.Tollēs ergo iacob virgas populeas.Osee.4. Subtus querū populum & therebintum. & inde לְבוֹנָה Lebona.idest thus.eo quod est candidum. Exo.30.Et thus lucidissimum.Leuit.24.Et pones super eos thus lucidissimum.Canti.4.Vadam ad montem myrrhe & collem thuris.& in eodē.Cū vniuersis lignis libani.Pro quo hebrei legunt. Cum vniuersis lignis thuris.i. thuriferis. & inde לְבָנוֹן Lebanon.idest libanus.eo q̄d sunt in eo ligna thurifera.Ps.91.Sicut cedrus libani multiplicabitur.Canti.3.De lignis libani.Esa.10. Et libanus cum excelsis cadet.& in eodem.29. Et erit libanus in chermel. Et in eo.35.Gloria libani data est ei. Item לַבָּן Laben Secūdū aliquos hebreos est nomen proprium hominis.Sed secundum translationem nostram & beatum Hieronymum illud lamed quod ponitur in principio dictionis non est de substantia dictionis sed denotat datiuū casum vel genitiuū. vnde לַבֵּן Laben idem est q̄d filio datiui casus: vel filii genitiui casus.vt in titulo.Ps.9. In finem pro occultis filii psalmus dauid.Et beatus Hieronym9 in psalterio inxta he.ve. transtulit.Victori super mortem filii psalmus dauid.
לָבַשׁ Induere לָבַשׁ Labas.induere.vestire. Gen.3.Et induit eos.& in eodem.27.Vestibus esau valde bonis quas apud se habebat domi induit eum. & in eodem. Pelliculas hedorum circundedit manibus. Pro quo hebrei legunt. Pelliculasq̄ hedorum induit siue vestiuit super manus eius. & in eodē. 28.Et dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum.Exo.29.Indues aaron vestimentis suis.Et in eodem.Et indues tunicis lineis.& in eodem.Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit.idest septem diebus induetur siue vestietur illa. Leuit.16. Tunica linea vestietur.Nu.20.Induit eis eleazarum filium eius.2.Reg.22 Vestiti cultu regio. & in eodem.Et induere vestibus tuis. Ester.6. Debet indui vestib9 regiis. Iob.29. Iustitia indutus sum & vestiui me .Ps.92. Indutus est dominus forti-

Albus. לְבָנִים Albi. לְבָנָה Alba. לְבָנוֹת Albe. לְבָנָה Later. לְבֵנִים Lateres לִבֵּן Lateres facere מַלְבֵּן Typus laterum Murus Lateritius לְבָנָה Lapis. לְבָנָה Luna. לְבָנָה Populus. לְבוֹנָה Thus. לְבָנוֹן Libanus לַבָּן Filii לָבַשׁ Induere Vestire.

tudinē. Prouer. 31. Oēs domestici eius vestiti sunt duplicibus. Esa. 61. Quia induit me vestimento salutis. Ezech. 9. Vestitus erat lineis. & in eo. 25. Vestitos hyacitho. & in eo. Indutis veste varia. Soph. 1. Et super omnes qui induti sūt veste peregrina. Aggei. 1. Operuistis vos & non estis calefacti. Zach. 3. Erat indutus vestibus sordidis. & in eo. Et induite mutatoriis & inde לְבוּשׁ Lebus. i. indumentum. vestis. vestimētum. stola. Ester. 6. Debet indui vestib⁹ regiis. & in eodem. Et sumpta stola & equo facvt locutus es. Iob. 24. Nudos dimittūt homines indumēta tolientes. & in eodem. 41. Quis reuelabit faciem indumenti eius. Scribitur etiam cū mem in principio & dicitur מַלְבּוּשׁ Malbus. Esa. 63. Et oīa indumenta mea inquinaui. Soph. 1. Qui induti sunt veste peregrina. Et aliqñ scribitur cum tau in principio & dicitur תַּלְבֻּשׁת Thilbóseth. Esa. 59. Indutus est vestimentis vltionis. Et sequitur in hebreo indumento siue vestimento.

Operire. לְבוּשׁ Vestis Indumētū מַלְבּוּשׁ Indumētū Vestio. תַּלְבֻּשׁת Vestimētū.

לְגַם Legom. prepositio aleph in principio dicitur אֲלָגַם Algum & significat gen⁹ ligni precioſi & solum inuenitur in numero plurali. ſ. אֲלָגֻמִּים Algumim. Pro quo beat⁹ Hieronymus transtulit ligna thina. 2. Paralip. 9. Serui hiram & serui salomonis attulerunt aurum de ophir & ligna thina. Reperitur etiam אַלְמֻגִּים Almugim per interpositionem mem. De quo vide infra in dictione לְמֻג Lemog.

לְגַם Algum אֲלָגַם אַלְגֻמִּים Ligna thina.

לָה La. ei. ipſi. illi. datiui casus. Et aliqñ genitiui: singularis numeri: gñis feminini. Et qñ refertur ad masculum scribitur cum uau loco he vt infra dicetur. & in lingua chaldaica dicitur לָה Le siue לֵיהּ Le. Dañ. 2. Quia sapientia & fortitudo eius sunt. & in eo. Vt tempus daret sibi. & in eodem. Vt sacrificarent ei.

Ei. ipſi. illi. לָה Eius. Ei.

לָהָה Laha. deficere. opprimere seu opprimi vel fatigari. Geñ. 47. Et oppresserat fames terram maxime egypti. Pro quo he. le. Et deficiebat vel fatigabatur terra egypti & canaā. ſ. fame. & ide מְהַלְהֲלָה Mithlaleha per duplicationem lameth & he. pro quo beatus Hieronymus transtulit Noxius est. Prouer. 26. Sicut noxi⁹ est qui mittit sagittas & lāceas in mortē. Et dicunt aliq hebrei ק significat insanū siue stultū. vnde in predicto loco ipſi legunt sicut insanies qui mittit sagittas & lanceas in mortē.

לָהָה Laha. deficere. Opprimere. מְהַלְהֲלָה Noxius.

לַהַב Lahab. flāma. fulgur. ſ. gladii: seu ferrum lācee vel gladii micantis. Iudi. 13. Cūq ascenderet flāma. Esa. 29. Et flāma ignis deuorantis. Reperitur etiā in genere femino cum he vel tau in fine & dicitur לְהָבָה Lehaba siue לַהֶבֶת Lahebeth. Nu. 21. Flamma de oppido esebon. Ps. 105. Flāma combussit impios. Esa. 43. Et flāma non ardebit in te Ezech. 20. Et non extinguetur flamma succensionis eius. & in plurali לְהָבוֹת Lahaboth. Ps. 28. Vox domini intercidentis flāmā ignis. quod in hebreo legitur pluraliter. ſ. flammas ignis. &. Ps. 104. Ignem cōburentem in terra ipsorū. Pro quo hebrei legunt. Ignem flāmarum in terra ipsorū. Vnde beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Ignem flāmantem in terra ipsorum. Reperitur ētלְהָבִים Lehabim secundum terminationem pluralem masculinorum. Esa. 13. Facies cōbuste vultus eorū. Significat etiā לַהַב Lahab. fulgorem gladii seu ferrum gladii vel lancee micantis ad modū flāmee pyramidis. Iudi. 3. Vt capulus sequeretur ferrum in vulnere. 1. Reg. 17. Ipsum autem ferrū haste eius. Naū. 3. Et micantis gladii.

לַהַב Flāma. לְהָבָה לַהֶבֶת Flāma. לַהֲבוֹת Flā me. לְהָבִים לַהַב Ferrū gladii. Micans.

לַהַג Lahág. meditatio. Eccls. 12. Frequēsq meditatio carnis afflictio est. & solum inuenitur in predicto loco.

לַהַג Meditatio

לָהַט Lahat. vrere. exurere. comburere. succendere. inflammare. Deut. 32. Et montium fundamenta comburet. Ps. 56. In medio catulorum leonum dormiui cōturbatus. Pro quo he. le. In medio catulorū leonū dormiui inflāmantium. vñ beatus Hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. In medio leonū dormiui ferocientiū. Ps. 82. Et sicut flāma cōburens mōtes. Ps. 103. Et ministros suos ignē vrentem. Ps. 105. Flāma cōbussit impios. Esa. 42. Et cōbussit cū in circuitu. Ioel. 1. Et flāma succendit omnia ligna regiōis. & in eo. 2. Et post eū exurens flāma. Malach. 4. Et inflāmabit eos ignis veniens. Inde לֶהָט Láhat. i. flāma seu acies gladii resplendentis. Geñ. 3. Et flāmeū gladiū atq versatilem. vbi ponitur pro flāmeo. Significat etiam incātationes seu veneficia. Exo. 7. Et fecerunt etiā ipſi per incātationes egyptiacas & arcana quedā similiter. Scribitur etiā sine he. vt in eo. Fecerunt⁹q similiter malefici egyptiorū incantatiōibus suis. & in eo. 8. Fecerūt aūt & malefici per incātationes suas similiter. & secūdū aliquos hebreos deriuatur a supradicta dictione לָאַט Laat cū aleph in medio: que significat operire aut velare vel abscondere.

Inflāmare Feroc. Vrere. Succēdere Inflāmare לֶהָט Flamma.

לָהַם Laham. leniter loqui: aut simpliciter loqui. Prouer. 18 Verba biliguis quasi simplicia. pro quo he. le. Quasi leniter vel simpliciter loquentia. & solū inuenitur in predicto loco. Itē לָהֶם Lahem. i. eis. illis. ipſis. & est gñis masculini. & qñ refertur ad feminas scribitur cum nun in fine. De quo vide supra in dictione hem.

לָהַם Simpliciter loqui לָהֶם Eis.

לָהֵן Lahen. in lingua chaldaica significat. ideo. itaq. excepto. sed. Dañ. 2. Igitur somniū & interpretationem ei⁹ nūciate mihi. i. ideo somniū nūciate. & in eo. Somniū itaq nūciate mihi. & in eo. Exceptis diis. & in eodem. Sed vt interpretatio regi manifesta fieret.

לָהֵן Ideo. Itaq. Sed.

לָהַק Lahac. cetus. Cuneus. cōgregatio. & scribitur cum tau in fine eo quod est generis feminini: & dicitur לַהֲקָת Lahacath. 1. Reg. 19. Qui cū vidisset cuneum prophetarū. idest cetū vel congregationē prophetarū. quasi קְהִלַּת Cehilath. per transpositionem litterarum.

לָהַק Cuneus. לַהֲקָת Cuneus.

לוּ Lu. vtinā. si. forte. ne forte. fortasse. Geñ. 17. Vtinā ismael viuat corā te. & in eo. 30. Gratū habeo qđ petis. Pro q⁹ hebrei legūt. Vtinā cēt iuxta verbū tuū. & in eo. 50. Ne forte memor sit iniurie. Iudi. 8. Si seruassetis eos nō vos occiderē. Ezech. 14. Et si bestias pessimas induxero sup terrā. Et aliqñ scribitur cū aleph in fine. De quo vide in dictione sequēti. Itē לוֹ Lo. i. ei. illi. ipſi. datiui casus singularis nūeri vt dictum est in grāmatica in capitulo de pronomine.

לוּ Vtinā. Forte. Si. לוֹ Ei. illi. ipſi.

לוֹא Lo. dictio ē negatiua. i. nō. ne. neq. nequaq̄. vt Ezech. 16. Nō fuit aūt sodoma soror tua audita in ore tuo. & in eo. 24. Nec fluēt lachrime tue. In aliis vero locis scribitur לֹא Lo. sine vau. vt Geñ. 2. Nō eñ pluerat dñs deus. & in eodem. De ligno aūt sciētie boni & mali ne comedas. & in eo. 3. Nequaq̄ morte moriemini. Exo. 4. Neq audiēt vocem meā. & in eo. Nec audiuit eos. & in eo. 16. Neq vermis inuētus est in eo. Exo. 23. Nō suscipies vocē mēdacii. Deut. 26. Nō preteriui mādata tua nec sum oblitus. 2. Reg. 13. Si non vis venire. 4. Reg. 5. Dixitq Naamā vt vis. pro quo he. le. Dixitq Naamā & nō. i. si nō vis accipere nō accipias. & est sensus sicut in lra nostra. Iob. 7. Nequaq̄ vltra iā viuā. Ps. 1. Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impiorū & in via peccatorū nō stetit: & in cathedra pestilentie nō sedit. & in lingua chaldaica dicitur לָא La. Hiere. 10. Dii qui celos & terram nō fecerunt. Dañ. 2. Si ergo somnium non indicaueritis mihi Et quando preponitur ei littera vau que est coniunctio: tūc significat & non siue nec. aut neq: vt in locis predictis. Et aliquando preponitur ei littera beth & dicitur בְּלֹא Belo. idest in non: siue absq: aut sine. Deut. 32. Ipsi prouocauerunt me in eo qui non est deus. & in eodem. Et ego prouocabo eos in eo qui non est populus. Iob. 8. Nunquid vire-

לוֹא Non. Nec. לֹא Non. Nequaq̄. Neq. לָא Non. בְּלֹא Inuen.

Sine. Nihil. לֹא Nihil.

re poteſt ſcirpus abſq; humore.Ps.43. Vendidiſti populum tuum ſine precio.Ponitur etiam lo.pro nihilo. Iob. 27.Nihil ſecum affert. Ps.75.Et nihil inuenerunt viri diuitiarum.ponitur etiam in lingua chaldaica לָא La pro nihil. Daſi.4.In nihilum reputati ſunt. Et cõiter quãdo iungitur cũ dictione דָּבָר Dabar que ſignificat rem aut verbum tunc ambe dictiones ponuntur pro nihilo. ideſt non res aut non verbum.vt Deut.2.Et nihil eis defuit.Amos.6 Qui letamini in nihilum.Et aliquando ſcribitur cum he in principio & dicitur הֲלוֹא Halo.ideſt nonne. ſiue nũquid nun.numquid non.vtiq;.ecce. De quo vide ſupra in littera he.in dictione הֲלֹא Halo. Item לוּא Lu. ideſt vtinam. fortaſſe.ſi forte.Eſa.48.Vtinam attendiſſes mandata mea.& in eo.64. Vtinam diſrumperes celos.Et communiter ſcribitur ſine aleph. De quo vide in dictione precedenti.

הֲלוֹא Nonne. לוּא Vtinam.

לוֹג Sextari⁹. לוֹג Log.Genus menſure.pro quo beatus hieronymus trãſtulit ſextarium, Leuit.14.Et olei ſextarium; duoſq; turtures.

לָוָה Fenerare. לוֹה Laua.commodare.mutuare.mutuo accipere. fenerari.copulare.adherere.adiungere.comitari. Deut.28. Et fenerabis gentibus multis:& ipſe a nullo fenus accipies ideſt mutuabis.Et in eodem. Ipſe fenerabit tibi & tu nõ fenerabis ei.ideſt mutuabit.Nec.5.Mutuo ſumamus pecunias in tributa regis.ps.36.Mutuabitur peccator & nõ ſoluet.Prouer.19.Feneratur domino qui miſeretur pauperis Eſa.24.Sicut fenerator ſic is qui mutuũ accipit.ſignificat etiam copulare vel adiungere.vt Geſi.29.Nunc quoq; copulabitur mihi maritus meus.Eccls.8. Et hoc ſolum ſecũ afferet de labore ſuo.pro quo hebrei legunt.hoc ſolũ copulabitur ei ſiue comitabitur eũ.Eſa.14 Adiungetur aduena ad eos.Et in eodem.56.Qui adheret domino. Hiere.50. Venient & apponentur ad dominum. Daſi.11. Et applicabuntur eis plurimi fraudulenter.Zach.2. Et applicabuntur gentes multe domino.& inde לִוְיָת Liuiath.ideſt copulatio vel augmentum. Prouer.1. Vt addatur gratia capiti tuo.pro quo hebrei legunt.Quia copulatio vel augmentum gratie ſũt capiti tuo.Et in eo.4.Dabit capiti tuo augmenta gratiarum.Et inde לֵיוֹת Loſoth.ideſt lora quibus animalia iunguntur.Et ſolum inuenitur in numero plurali.3.Reg.7.Et ſubter leones & boues quaſi lora ex ere dependentia.Et in eodem.vt non celata ſed appoſita per circuitum viderentur.pro quo hebrei legunt.Et lora per circuitum.ideſt quaſi loris adiuncta.& inde לִוְיָתָן Liuiathan. Nomen draconis ſic nominati propter eius magnitudinẽ Ps.73.Tu confregiſti capita draconis.pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve.transtulit.Tu confregiſti capita leuiathan.Ps.103.Draco iſte quem formaſti. pro quo beatus hiero. trãſtulit Leuiathan iſtũ plaſmaſti. Iob. 3.Qui parati ſunt ſuſcitare Leuiathan.Et ĩ eo. 40.An extrahere poteris leuiathan hamo.Eſa.27. Super leuiathan ſerpentem veſtem:& ſuper leuiathan ſerpẽtẽ tortuoſum.

Mutuare. Mutuum accipere. Copulare. Adiũgere. adherere. apponere. applicari. לִוְיָת Copulatio augmẽtũ. לֵיוֹת Lora. לִוְיָתָן Draco. Leuiatam

לוּז Effluere. Recedere. לָזוּת Detractio נָלוּז Infamis. Illuſor Tumultus

לוּז Luz.recedere.diſcedere.Prouer.3. Fili mi ne effluant hec ab oculis tuis.Et in eodem.4.Ne recedant ab oculis tuis.Et ſcribitur in predictis locis cum iod in medio:loco vau:quia eſt verbum tertie coniugationis.Inde לָזוּת lezuth. ideſt diceſſio vel detractio.Prouer.4. Et detrahẽtia labia ſint procul a te.pro quo hebrei legunt. Et detractio vel diceſſio labiorum ſit procul a te. ſiue peruerſitatem labiorum longe fac a te.Et inde נָלוּז Naloz. pro quo beatus hieronymus transtulit infamem ſiue illuſorem.Prouerb. 2.Et infames greſſus eorum.Et in eodem.3.Quia abominatio eſt domini omnis illuſor.ponitur etiam pro tumultu.Eſa.30.Et ſperaſtis in calumnia & in tumultu. Hebrei vero dicunt q̃ ſignificat recedentem.ſcilicet a via recta. Item לוּז Luz. Genus arboris.pro quo beatus hieronymus transtulit amygdalinum.Geñ.30. Virgas populeas virides & amygdalinas. Et aliqui hebrei dicũt q̃ ſigñat auelanũ. לוּחַ Tabula לוּחַ Luach.Tabula.Exo.32.Duas tabulas teſtimonii lapideas.Et in eodem.34.Precide ait tibi duas tabulas lapideas.Prouer.3.Et deſcribe in tabulis cordis tui.Canti.8 Compingamus illud tabulis cedrinis.Quod in hebreo legitur ſingulariter.ſ.tabula cedri.Eſa.30.Scribe ei ſuper buxum. Pro quo hebrei legunt. Scribe ei ſuper tabulam. Et poteſt intelligi ſuper tabulam buxeam.Hiere.17. Exaratum ſuper latitudinem cordis eorum. pro quo hebrei legunt ſuper tabulam cordis eorum. & ponitur ibi tabula p latitudine.& in plurali לֻחוֹת Luchoth.vt in aliquibus locis predictis.& Abach.2.Et explana eũ ſuper tabulas.reperitur etiam לֻחוֹתַיִם Luchothaim:ſecundum terminationem dualem.Pro quo beatus hieronymus transtulit Tabulata maris.quaſi diceret לֻחוֹתָיִם Luchoth iam.Ezech.27. Abietibus de ſanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris.Inde לַח Lach.ideſt viride ſiue humidum.Geñ.30.virgas populeas virides.Nu.6.vuas recentes ſiccaſq; non comedet.i.vuas virides ſeu humidas.Ezech.17.Et ſiccaui lignum viride.& inde לֵחָה Lecha:quod ſecundum hebreos ſignificat virorem ſeu reflorentiam.vt Deut.34.Nec dentes illius moti ſunt.pro quo ipſi legunt.Nec fugerat. ideſt nec defecerat viror ſeu reflorentia eius.ideſt color viuidus vultus eius:ſeu humidum radicale illius. poteſt etiam deriuari a dictione לֵחָה Lecha. que ſignificat mandibulam ſeu maxillam:vt infra dicetur.& tunc erit ſenſus ſicut beatus hieronymus transtulit.

לוּחַ Tabula. לֻחוֹת Tabule. לֻחוֹתַיִם Tabulata maris. לַח Humidum Viride. לֵחָה Viror. Humidum

לוּט Inuoluere. Operire. בְּלָט Abſcõdite Clam. לוּט Lot.Inuoluere.operire.colligare.1.Reg.21. Eſt inuolutus pallio poſt Ephod.Eſa.25.Et precipitabit dominus in monte iſto faciem vinculi colligati. vbi pro vinculi colligati hebrei legunt inuoluentis inuoluentis.nam ĩ hebreo dictio lot bis replicatur in hoc loco.quaſi diceret colligantis colligantis.Et aliquãdo ſcribitur ſine vau.3. Reg. 19.Operuit vultum ſuum pallio.Scribitur etiam cũ aleph in medio loco vau. De quo vide ſupra in dictione לָאַט laat Et inde בְּלָט Balat cum prepoſitione beth.ideſt in occulto ſiue clam aut abſcondite vel occulte.vt Ruth.3.venit abſcondite & diſcooperto a pedibus eius pallio ſe proiecit.1.Reg. 18.Loquimini ad dauid clam me dicentes.ſignificat etiam incantationes:que nobis ſunt abſcondite. De quo vide ſupra in dictione לָאַט Laat. Item לוֹט Lot.ſpecies aromatica pro quo beatus hieronymus transtulit ſtactem. Geſi. 37. Camelos eorum portantes aromata & reſinam & ſtacten.

לוֹט Stacte. לוּל Cochlea. לוּלִי Niſi. לוּלִי Lul.Cochlea.ideſt aſcenſus graduum columnam amplexantium in modum cochlee.3.Reg.6.Et p cochleam aſcendebant in medium cenaculi. Item לוּלִי Iule cum iod in fine.ideſt ſi non.niſi.vt Geñ.31.Niſi deus patris mei Abraam & timor iſaac affuiſſet mihi.Deut.32. Sed propter iram inimicorum diſtuli.pro quo hebrei legunt. Niſi iram inimicorum timuiſſem.Et eſt ſenſus ſicut ĩ littera noſtra.ps.123.Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc iſrael:niſi quia dominus erat in nobis.Eſa.1. Niſi dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen.Et aliquãdo ſcribitur cum aleph in fine loco iod.vt Geñ.43.Si non interceſiſſet dilatio.Iudi.14.Si non araſſetis in vitula mea:non inueniſſetis propoſitionem meam.1.reg.25.Niſi cito veniſſes in occurſum meũ.Et ſecundum aliquos eſt dictio compoſita a לוּ Lu.quod ſignificat ſi & לֹא le vel לֹא Lo quod ſignificat non. Ponitur etiam aliquando in noſtra tranſlatione affirmatiue pro ſi vel vtiq; vt.2.reg.2.Si locutus fuiſes mane Si. Si omn.

receſſiſſet populus.ſed ēt in predicto loco hebrei legunt. Niſi locutus fuiſes.ideſt niſi dixiſſes mane :ſurgant pueri . Ps.26.Credo videre bona dōmini.vbi premittitur in hebreo predicta dictio לוּלֵי Lule.ideſt vtiq; credo . Pro quo hebrei legunt. Niſi credidiſſem.

לוּן לִין Lun.ſiue לִין Lon. Manere.morari.commorari.pernoctare.murmurare.conqueri. Geſi.19.Et manete ibi . Et in eodem. Minime ſed in platea manebimus. Et in eodem 24. Eſt in domo patris tui locus ad manēdum . Et in eodem.32. Ipſe vero manſit nocte illa in caſtris. Nu.22. Manete hic nocte. Ioſ.6. Et reuerſa in caſtra manſit ibi . Iudi. 19. Queſo te vt hodie hic maneas. Et in eodem. & apud ſe fecit manere. Et in eo.ne in platea maneas. Ruth.1. Et vbi morata fueris & ego pariter morabor. Nee.13. quare manetis ex aduerſo muri. Iob.17. Et in amaritudinibus eorum moratur oculus meus. Et in eo.24. nudos dimittunt homines. Pro quo he.le.nudum faciunt manere. ſ. hoiem . Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Et in eo.41. In collo eius morabitur fortitudo. Ps.25. Anima eius in bōis demorabitur. Ps.48. Et homo cū in honore eſſet nō intellexit. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. tranſtulit . Et homo in honore non commorabitur. Sed in fine eiuſdem pſalmi ponitur non intellexit: nam ibi ponitur יָבִין Iabin hic autem יָלִין Ialim. Ps. 9. In protectiōe dei celi cōmorabitur. prouerb.19. Et in plenitudine commorabitur . Eſa. 1. Iuſtitia habitauit in ea. i. manſit vel morata eſt in ea. Hiere.4. Vſq; quo morabuntur in te cogitatiōes noxie. Zach. 5. Et commorabitur in medio domus & conſumet eam . & inde מָלוֹן Malon: ſiue מְלוֹן Melon. ideſt māſio: ſeu diuerſorium. Geñ.43. Cum veniſſemus ad diuerſorium . Exo. 4. Cumq; eſſet in itinere in diuerſorio. Hiere.9 . Quis dabit me in ſolitudine diuerſorum viatorum . debet legi diuerſorium viatorum. & inde מְלוּנָה Meluna cum he in fine ideſt tugurium quod cuſtodes agrorum faciunt ad manendum in nocte. Eſa.1. Et tugurium in cucumerario. In alio vero loco Beatus hieronymus tranſtulit. Tabernaculū vnius noctis. Eſa. 24. Et auferetur quaſi tabernaculū vnius noctis. Item לוּן Lon. ideſt murmurare. Exo.15. Et murmurauit populus cōtra moyſen. Et in eo.16. Et murmurauit omnis congregatio filiorum iſrael. Et in eo. Nos vero quid ſumus quia muſitaſtis contra nos. ideſt quia murmuraſtis. & in eo. quibus murmurati eſtis contra eum. nu .14 . Vſque quo multitudo hec peſſima murmurat contra me. Et ī eo. qui murmuraſtis contra me. Et in eo. qui reuerſi murmurare fecerūt cōtra eū oēm multitudinē. & inde תְּלוּנָה Theluna. i. murmuratio ſeu murmur. querela. ſeu querimonia Exo.16. Audiuit enim murmur veſtrum. Et in eo. Eo quod audierit murmuratiōes veſtras. Et in eo. Nec contra nos eſt murmur veſtrū. Nu.14. querelas filiorū iſrael audiui. ideſt murmurationes. Et in eo.17. Et cohibebo a me querimonias filiorum iſrael. ideſt murmurationes. Et in eo . Et quieſcant querele eorum a me.

לוּץ Lóaa. abſorbere. deglutire. deuorare. lambere. Abdie. 1. Et bibent & abſorbebunt. Prouer.20. Ruina eſt homini deuorare ſancta. Et licet in aliquibus bibliis noſtris legatur deuotare. tamen in bibliis antiquis habetur deuorare. ſicut in hebreo. Iob.6. Vnde & verba mea dolore ſunt plena. Pro quo hebrei legunt. Ideoq; verba mea abſorta ſunt. Scribitur etiam cum littera ain in principio. vt Iob.39. pulli eius lambunt ſanguinē. vbi ponitur יְלַעֲלוּ Iaalu. pro יְלַעֲלוּ Ielau: propter euphoniā. Inde לוּעָה Loee. i. guttur. vt Prouer. 23. Et ſtatue cultrum in gutture tuo.

לוּץ Lus. illudere. deludere. deridere. irridere. interpretari. Ps.118. Superbi inique agebant vſq; quaq;. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. tranſtulit. Superbi deridebant me nimis. Prouer.3. Ipſe deludit illuſores . Et in eo.14. Stultus illudet peccatū. Et in eo.19 . Teſtis iniquus deridet iudiciū. Et in eo.29. Si autem illuſeris ſolus portabis. ſcribitur ēt cū duplici ſade. vt Eſa.28 . Et nunc nolite illudere. Inde לֵיץ Les. i. illuſor. deriſor. irriſor . Prouer. 9. Qui erudit deriſorem ipſe ſibi iniuriā facit. Et in eo . Noli arguere deriſorem. Et in eo.13. Qui aūt illuſor eſt non audit cum arguitur. Et in eo.19. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit. pro quo hebrei legunt. Illuſorem percutiens: & inſipiens aſtutior erit. Et in eodem.20. Luxuriosa res vinū. pro quo he.le. Deriſoria res vinum. ideſt facit hominem illuſorem ſiue deriſorem. Et in eo. 21. Superbus & arrogans vocatur indoctus. Pro quo hebrei legunt . Supbus & arrogans vocatur deriſor. Et in eo.22 . Eiice deriſorem & exibit cum eo iurgium. & in plu. לֵצִים Leſim. Ps.1. Et in cathedra peſtilentie nō ſedit . pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he.ve. tranſtulit. Et in cathedra deriſorū non ſedit. Prouer.19. parata ſunt deriſoribus iudicia. Reperitur ēt לוּצִים Loſeſim cū duplici ſade. Oſee.7 . Extēdit manū ſuā cū illuſoribus. Et inde לָצוֹן Laſon. i. deluſio ſiue irriſio. vt Eſa.28. Audite verbū dñi viri illuſores . pro viri illuſionis vel deriſionis. ſignificat etiam ſupradicta dictio. Interprerari vel exponere verba alterius: aut loqui pro aliquo. Et inde מְלִיץ Melis. i. interpres: vel ille qui loquitur pro alio. vt Geñ. 42. Eo quod per interpretem loqueretur ad eos. Iob.16. Verboſi amici mei. pro quo hebrei legunt. Interpretes mei amici mei. & vocat eos interpretes: eo qđ interpretabantur eius verba in malā partē. Et in eo .33. Si fuerit pro eo angelus loquens. Eſa. 43. Et interpretes tui preuaricati ſunt in me. ponitur etiam pro legatis qui exponunt verba eorū a quibus mittuntur. 2. paralip. 32. Attamē in legatione principum babylonis qui miſſi fuerant ad eū Et inde מְלִיצָה Meliſa. i. interpretatio. prouer. 1 . Animaduertet parabolam & interpretationē eius. vide ēt de hoc infra in dictione מָלַץ Malas.

לוּשׁ Lus. cōmiſcere. miſcere. ſ. farinam aqua: more piſtorum. conſpergere. Geñ.18. Tria ſata ſimile commiſce 1. Reg. 28. Tollenſq; farinam miſcuit eam. 2. Reg.13. Que tollens farinam cōmiſcuit. Hiere.7. Et mulieres conſpergunt adipem. pro quo he.le. Et mulieres conſpergunt ſiue cōmiſcent maſſam. Oſee.7. A mixtione fermenti donec fermentaretur totum.

לוֹת Leuath. In lingua chaldaica ſignificat. Ad. ſiue a . Eſdre. 4. Iudei qui aſcenderunt a te.

לָז Laz. ille. iſte. Et eſt communis generis: & recipit in principio litteram he: que ponitur quaſi pro articulo: & dicitur הַלָּז Halaz. Iudi. 6. Pone ſupra petram illā. 1 . Reg.14. Que eſt trans locum illum. 4. Reg. 4. Ecce ſunamitis illa. Zach. 2. Loquere ad puerum iſtum dicens . Scribitur etiā cū he in fine & dicitur הַלָּזֶה Halaze. Geñ. 24 . quis eſt iſte homo qui venit per agrū. & aliqñ ſcribitur cū vau : & dicitur הַלָּזוּ Halezu. Ezech. 36. Terra illa inculta facta eſt velut hortus voluptatis.

לָזָה Laza. detrahere. diſcedere. Prou. 4. Et detrahētia labia ſint ꝓcul a te. Et aliqui hebrei dicūt ꝙ deriuatur a ſupradicta dictione לוּז Loz. De quo vide ſupra in eadem dictione.

לֶחִי Lecha. Maxilla. mandíbula. genna . & ſcribitur cum iod in fine loco he. vt Iudi. 15. Inuentamq; maxillam ideſt mandíbulam aſini. & in eodem . In maxilla aſini in mandíbula pulli aſinarum. & in eodem. Proiecit mandíbu

Derídere. Deludere. Illudere.

לֵיץ Deriſor. Illuſor Peſtilēs.

לֵצִים Deriſores

לוּצִים Illuſores.

לָצוֹן Illuſio.

מְלִיץ Interpres

Loquens p alio.

Legatio. מְלִיצָה Interpretatio .

לוּשׁ Cōmiſcere Miſcere. Cōſpergere

לוֹת Ad.

לָז Ille. Iſta. Iſte.

הַלָּזֶה Iſte.

הַלָּזוּ Iſta.

לָזָה Detrahere

לֶחִי Maxilla

Mādibula.

lam de manu.Ps.3.Quoniam tu percussisti omnes aduersã tes mihi sine causa.pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Quia percussisti omnium inimicorum meorum maxillam.Threñ.1.& lachryme eius ĩ maxilla eius.Mich.5.In virga percutient maxillam iudicis israel.& in plu.לְחָיִם Lechaiáim siue לְחָיַי Lechaie.Deut.18 Dabunt sacerdoti armum & ventriculum . Pro quo hebrei legunt.Dabunt sacerdoti armum & mandíbulas seu maxillas & ventriculum.Canti.1.Pulchre sunt gene tue . Esa.30. & frenum erroris quod erat in maxillis populorum . Et in eo.15.Corpus meum dedi percutientibus & genas measve lentibus.Ponitur ẽt pro dentibus. Deut.34.Nec dentes illius moti sunt. De quo vide supra in dictione לוּחַ Lûach.

לְחָיַיִם לְחָיַי
Mãdibule gene. Maxille.

Dentes.

לָחַךְ Lachach . lingere.lãbere.rodere.3.Reg. 18 . Et aquã que erat in aqueductu lambens.Ps.71.Et inimici ei? terram lingent . Nu. 22.Ita delebit hic populus oẽs qui in nostris finibus commorantur:quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere.pro quo he.le.Nunc lambet seu rodet hic populus omnia que in circuitu nostro sunt sicut lãbit seu rodit bos herbas agri.sed beatus hieronymus transtulit sensum.

לָחַךְ
Lambere . Lingere Rodere.

Rodere.

לָחַם Lacham.comedere.manducare.deuorare. debellare. pugnare. Deut.32.Et deuorabunt eos aues. p̃s.140. Et non communicabo cum electis eorum. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he.ve.transtulit.Nec comedere in delitiis eorum.Prouer.4.Comedũt panem impietatis.& in eo.9.Venite comedite panem meũ. Et in eo.23. Quãdo sederis vt comedas cũ principe.& in eo.Nec comedas cum homine inuido.& inde לֶחֶם Léchem.i.panis.cib?. esca.pabulũ.& est commune ad omnem cibum siue ad omne comestibile.sed magis communiter ponitur in scriptura pro pane.Gen̄.3.In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et in eo.14.Proferens panem & vinum.& in eo.18 .Ponã q; bucellam panis.& ĩ eo.47 .In toto enim orbe panis deerat.Et in eo.49.Asser pinguis panis eius.Exo.25.& pones sup mensam panes ꝓpositionis.Leuit.20 . Vescetur tñ panibus qui offeruntur in sanctuario. & secundũ hebreos accipitur ibi pro carnibus que offerebantur in sanctuario. & in eo.21.Non offerat panem deo suo.Nu.14. Quia sicut panem ita eos possumus deuorare.Et in eo.28. Oblationẽ meã & panes.pro quo he.le.Oblationẽ meã panẽ meum. & accipitur ibi pro agnis qui offerebantur mane & vespere.Deut.8.Nõ in solo pane viuit homo.p̃s . 105. Vt educas panẽ de terra.Prouer. 9.Comedite panẽ meũ . & in eo. 22.In quo est panis mendacii.Eccl's.11.mitte panẽ tuũ sup transeũtes aquas.Esa.3.& in domo mea nõ est panis. Et in eo.58.Frange esuriẽti panẽ tuũ.Hiere.11.mittamus lignũ in panẽ eius.Ezech.18.Panẽ suũ esurienti dederit.Ponitur ẽt panis ꝓ mãna.Exo.16.Ecce ego pluã vobis panes de celo.& in eo.Iste est panis quẽ dedit vobis dñs ad vescẽdum. Nec.9.Panẽ quoq; de celo dedisti eis.Ps.77.Panẽ angelorũ manducauit homo.Accipitur ẽt pro quocũq; cibo vel esca aut pabulo.Gen̄.47.Prebẽs cibaria singulis.Leuit.3.in pabulũ ignis & oblationis dñi.Et in eo.In alimoniã ignis & suauissimi odoris.& in eodem.22.Aletur cibis patris sui Nu.21.super cibo isto leuissimo.1.Reg. 4 . maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam . Et accipitur ibi panis pro quocũq; cibo.Nam ionathas preuaricatus est:eo quod comedit modicũ mellis.Ps.135 . Qui dat escam omni carni.Ps.145.Dat escam esurientibus.Ps.146.Qui dat iumentis escam ipsorum . Item ponitur pro conuiuio . Dan̄.5.Fecit grande conuiuium.Ponitur etiam pro carne. Soph.1.Et corpora eorum sicut stercora . Pro quo hebrei legunt.Et carnes eorum sicut stercora. Iob.20. vbi nos legimus.pluet super illum bellum suum.hebrei legunt. pluet super illum in carne sua.Potest etiam legi sicut est in littera nostra.Item לָחַם Lacham.idest pugnare. expugnare.debellare.dimicare.a superiori significato deriuatum , Eo quod bellum est comestio & consumptio gladii ex vtraq; parte.Exo.1 . Expugnatisq; nobis egrediatur . Et in eodem.14.Dominus enim pugnabit pro vobis. Et in eodem.Dominus enim pugnat pro eis contra nos . Et in eodem.17.Venit autem amalech & pugnabat contra israel. Et in eodem.Et egressus pugna contra amalech . Deut . 1. Ascendamus & pugnabimus.Et in eodem . Nolite ascendere nec pugnetis.Ios.10.Et pugnabat contra eam . Et in eodem.Et exercitu per gyrum dispositio oppugnabat eam Et in eodem.Et circundedit atq; expugnauit eam. Iudi.5. Et portas hostium ipse subuertit . Pro quo hebrei legunt. Tunc dimicauit siue expugnauit portas . scilicet inimicorum.Et in eodem.De celo dimicatum est contra eos.Et in eodem.Aduersus sysaram pugnauerunt . Et in eodem . 9. Qui pugnauit pro vobis.Et in eodem . 11 . Pugnabant filii Amon contra israel quibus acriter instantibus.Et in eodem.Aut docere potest q̃ iurgatus sit contra israel :& pugnauerit contra eum.Ps.34.Expugna impugnantes me.p̃s 55.Tota die impugnans tribulauit me.Et in eodem.Multi bellantes aduersum me.Ps.108 . Et expugnauerunt me gratis.Esa.63.Ipse debellauit eos.& inde מִלְחָמָה milchama.idest bellum.pugna.Gen̄. 14 . Inirent bellum contra balla regem sodomorum.Exo.1 . Si ingruerit contra nos bellum.Et in eodem.15.Dominus vir pugnator . pro quo hebrei legunt.Dominus vir pugne.Et in eo.17.Et bellum dei erit contra Amalech.Deut.21.Si egressus fueris ad pugnam.Iob.39.Procul odoratur bellum.

Caro

לָחַם

Expugnat. Pugnare.

Oppugnare.

Dimicare.

Iurgari.

Impugnare.
Bellare.
Debellare
מִלְחָמָה
Bellum.

Pugna

לְחָנָה Lechena . in lingua chaldaica significat concubinam. Dan̄.5.vxores & concubine illius. Et in eodẽ vxores tue & concubine tue vinum bibistis in eis.

לְחָנָה
Cõcubina.

לָחַץ Lachas. Arctare.coarctare.opprimere.affligere.atterere.tribulare.Exo.3.vidiq; afflictionem eorum qua ab egyptiis opprimuntur.Et in eodem . 22 . Neq; affliges eum.Nume.22.Iungit se parieti:& attriuit sedentis pedẽ. Pro quo hebrei legunt . Et arctauit se parieti:& arctauit siue attriuit pedem Balaam ad parietem . idest cum pariete. Iudi.1. Arctauitq; Amorreus filios dan in monte . Et in eodem.4.Et per viginti annos vehementer oppressérat eos.1.Regum.10.Et de manu omnium regum qui affligebant vos.4.Regum.6.Claudite ostium & non sinatis eum introire.Pro quo hebrei legunt . Coarctate eum in ostio. Ps.105.Et tribulauerunt eos inimici eorum . Esa.19. Clamabunt enim ad dominum a facie tribulantis:quod in hebreo legitur in plurali:scilicet a facie tribulantium .Hiere. 30.& visitabo super omnes qui tribulant eos.& inde לָחַץ Láchas idest tribulatio:siue afflictio:aut oppressio:vel coarctatio . Exo.3.vidiq; afflictionem eorum qua ab egyptiis opprimuntur.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatũ .Esa .30.& dabit tibi dominus panem arctum & aquam breuem.i.aquã afflictionis vel tribulationis.

לָחַץ
Oppaimek
Affligere .
Atterere.
Arctare.

Coarctare.
Tribulare.

לָחַשׁ Lachas.musitare.susurrare.murmurare . incantare . 2.Reg.12.Cũ ergo dauid vidisset seruos suos musitãtes.p̃s.55.Aduersũ me susurrabãt oẽs inimici mei . & inde לָחַשׁ Láchas.idest murmur.Esa.26.In tribulatione murmuris doctrina tua eis. Quod hebrei exponunt sic . Idest in tribulatione conuertunt se ad secretã orationẽ.in alio vero loco pro לָחַשׁ Láchas beatus hieronym? trãstulit.eloqũ mysticum.Esa.3. Et prudentem eloquii mystici. significat

לָחַשׁ
Musitare.

לָחַשׁ
Murmur.

לָחַשׁ
Eloquium mysticum.

Murmurare.

Incãtatio.

חֲלוּחַשׁ

חֲחָשִׁים

Inaures.

לֵט

Clam.

לְטָאָה

Stellio.

לָטַשׁ

Acuere.

לוּטָשׁ

Maleator.

לִיל
לַיִל

Nox.

לַיְלָה

Nox

לֵילוֹת

Noctes.

לֵילִית

Lamia.

לַיִשׁ

Tigris. Leo.

לָכַד

Capere

Apprehẽdere

Deprehẽdere

Lucre.

etiam incantare. Ps. 57. que nõ audit vocem incantantiũ. Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. vocem murmurantium. Eccls. 10. Si mordeat serpens in silentio. Pro quo hebrei legunt. si mordeat serpens absq; incãtatione. Potest etiam legi sic. si mordeat serpens absq; murmure vel susurratione. Quod est idem sensus cũ littera nostra. Et inde dicũt hebrei ꝙ deriuatur dictio חֲלוּחַשׁ Haloches. Nee. 3. Selum filius haloes. idest filius cuiusdam sapientis exorzistę siue incantatoris. sicut exponũt hebrei. quia ponitur ibi he articularis in prĩcipio que non solet apponi nomini proprio nisi tantũ appellatiuo: vt dictum est supra in principio littere he. Et inde חֲחָשִׁים Lechasim: Genus ornamenti muliebris. ꝙ quo beatus hieronymus transtulit inaures. Et solũ inuenitur ĩ nu. plu. Esa. 3. Inaures & annulos.

לֵט Lat. clam siue abscondite. De quo vide supra in dictione לָאַט Laat.

לְטָאָה Letaa. serpentis vel reptilis genus. Pro quo beatus hieronymus transtulit. stellio. & scribitur cum he in fine. Leuit. 11. Et stellio & lacerta & talpa.

לָטַשׁ Latas. Acuere. polire. scilicet metallum. 1. Reg. 13. vt acueret vnusquisq; vomerẽ suũ. Iob. 16. Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. pro quo hebrei legũt Inimicus meus acuit oculos suos contra me. Et ẽ sensus sicut in littera nostra. ps. 51. sicut nouacula acuta fecisti dolum. & inde לוּטָשׁ Lotes. pro quo beatus hieronymus trãstulit maleatorem. Geñ. 4. qui fuit maleator & faber in cũcta opera eris & ferri.

לַיִל Lail. siue לַיְל lel. nox. Exo. 12. nox ẽ ista obseruabilis dñi. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbram tuam. Et in eo. 21. Custos quid de nocte: custos quid de nocte. & cõiter scribitur cum he in fine & dicitur לַיְלָה laila. vt Geñ. 1. Et tenebras appellauit noctem. Et in eo. Et luminare minus vt preesset nocti. Et in eo. 52. Ipse vero mansit nocte illa in castris. Ester. 6. Noctem illam rex duxit insomnem. Iob. 3. Et nox in qua dictũ est conceptus est homo. ps. 16. Et visitasti nocte. & in plu. לֵילוֹת Leloth. idest noctes. Iob. 7. Et noctes laboriosas enumerauí mihi. Canti. 3. In lectulo meo per noctes. & inde לִילִית Lilith. Nomen animalis clamantis siue vlulantis per noctes: secundum hebreos: pro quo beatus hieronymus transtulit lamiam. Esa. 34. Ibi cubauit lamia.

לַיִשׁ Lais. leo. Iob. 4. Tigris periit eo quod non haberet predam. pro quo he. le. Leo periit. Esa. 30. Leena & leo ex eis vipera.

לָכַד Lachad. capere. apprehendere. cõprehendere. cõstringere. Nu. 27. Cuius ceperunt viculos & possederunt habitatores. Deut. 2. Et spoliis vrbiũ quas cepimus. Ios. 7. Et quãcũq; tribũ sors inuenerit. pro quo he. le. Et quãcũq; tribũ dñs apprehẽderit. Et in eo. Quicũq; ille in hoc facinore fuerit apprehẽsus. Et in eo. Et inuẽta est tribus iuda. Et in eo. Inuẽta est familia zare. i. deprehensa. Et in eo. Inuenit Achan filiũ carmi. pro quo he. le. Et deprehensus est Achan filius carmi. & in eo. 10. macedã quoq; cepit Iosue. Et in eo. Et cepit eam die altero. 1. Reg. 14. Et saul confirmato regno super israel. pro quo he. le. Et saul cepit siue apprehendit regnũ super israel. 2. Reg. 5. Cepit autem dauid arcẽ sion. Et in eo. 12. Et expugnabat vrbem regiam. i. nitebatur eã capere. Et in eo. Et capienda est vrbs aquarũ. Et in eo. Obside ciuitatẽ & cape eã. Et in eo. Ne cũ a me vastata fuerit vrbs. i. cũ a me capta fuerit. Iob. 5. apprehẽdit sapiẽtes in astutia eorũ. Prouer. 5. Iniquitates sue capiũt impiũ. & in eo. 6. & captus ꝓprijs sermonibus. Esa. 44. Tenebitur laqueo. i. capietur. Hiere. 5. Laqueos ponẽtes & pedicas ad capiẽdos viros. Et in eo. 6. Vir eni cũ muliere capietur. Treñ. 4. Xps dñs captus est in peccatis nris. Abach. 1. Et capiet eã. Zach. 14. & capietur ciuitas. Ponitur ẽt pro stringere vel cõstringere. Iob. 38. Et facies abyssi constringitur. Et in eo. 41. Et tenentes se nequaquã separabũtur. pro quo he. le. Et constringuntur & nõ separãtur. Inde לֶכֶד Lached. i. captio. Prouer. 3. Et custodiet pedẽ tuũ ne capiaris. Pro quo he. le. Et custodiet pedem tuũ a captione. i. ne capiaris. sicut est in lra nra. & inde מַלְכּוֹד Maleud. i. laqueus siue decipula qua aues capiũtur. Iob. 18. Et decipula eius super semitam.

Constringere.

לְמ nequaquã sc.

Captio.

מַלְכּוֹד

Decipula.

לָכֶם Lachem. vobis. Et in lingua chaldaica dicitur לֶכֹן Lecon. Dañ. 3. vobis dĩ populis tribubus & linguis.

לָכֶם

Vobis.

לָכֶן

Vobis.

לְמֶנ Lemog. Genus ligni precioſi. & scribitur cũ aleph in principio & dicitur אַלְמֶג Almug. & solũ inuẽitur ĩ numero plu. s. אַלְמֻגִּים almugim. Pro quo beatus hieronymus trãstulit ligna thina. 3. Reg. 10. Attulit ex ophir ligna thina multa nimis. & in eo. Fecitq; rex de lignis thinis fulcra domus dñi & domus regie & citharas lyrasq; cantoribus. Reperitur etiam אַלֻּגִּים Algom. per transpositionẽ litterarũ. De quo vide supra in dictione לְגֻם Legom.

לְמֶנ

אַלְמֶג

אַלְמֻגִּים

Thina.

לָמַד Lamad. Discere. docere. erudire. Deut. 4. vt discãt timere me oĩ tpe. Et in eo. 5. Discite ea & opere cõplete Et in eo. 17. vt discat timere dñm deũ suum. Et in eo. 31. vt audientes discãt & timeãt dñm. Ps. 118. vt discã iustificationes tuas. Esa. 26. Et discet facere iustitiã. Hiere. 12. Si eruditi didicerint vias populi mei. Et in eo. 15. Cũ didiceritis malũ. Ezech. 19. Et didicit predã capere. signãt ẽt docere vel erudire. s. quãdo est verbũ secũde coniugationis. Deut. 4. Scitis ꝙ docuerim vos. & in eo. que ego doceo te. Et in eo. 5. Que docebis eos vt faciãt ea in terra. Et ĩ eo. 6. vt docerem vos. Et in eo. 11. Docete filios vros. Et in eo. 20. Ne forte doceãt vos facere cũctas abominationes. 2. Reg. 22. Docens manus meas ad preliũ. ps. 35. Timorẽ dñi docebo vos. ps. 50. Docebo iniquos vias tuas. Ps. 93. qui docet hominẽ scientiam. Et in eodem. Et de lege tua docueris eũ. Ps. 118. Doce me iustificationes tuas. Et in eodem. sup omnes docentes me intellexi. Eccls. 12. Docuit populum. Canti. 3. & ad bella doctissimi. Hiere. 12. Sicut docuerunt populum meum iurare in baal. & in eo. 31. Quasi iuuenculus indomitus. pro quo he. le. Quasi vitulus nõ doctus. i. indomitus iugo. Osee. 10. ephrain vitula docta. & inde לִימוּד limud. i. doctus siue discipulus. Esa. 8. Signa legem in discipulis meis. & in eo. 50. Dñs dedit mihi linguã eruditam Pro quo he. le. Dñs dedit mihi linguã doctorũ. Et in eodẽ. 54. vniuersos filios tuos doctos a dño. signãt ẽt assuetum vel consuetũ. Iudi. 3. & haberent consuetudinẽ preliandi. Hiere. 2. Onager assuetus in solitudine. & secũdũ hebreos ide deriuatur מְלֶמֶד Chilmad. Ezech. 27. Asur & chelmad venditores tui. pro quo he. le. Asur quasi doctus vel assuetus venditor tuus siue negociator tuus. Potest etiam cẽ nomen propriũ: sicut est in littera nostra. & inde תַּלְמִיד Thalmid per additionem tau in principio. idest discipulus. 1. Paralipo. 25. Doctus pariter & indoctus. pro quo hebrei legunt. Doctor. & discipulus. & inde מַלְמַד Malmad. idest vomer. Iudi. 5. Qui percussit de philistiim sexcentos viros vomere. Hebrei vero dicunt ꝙ significat stimulum bouis. idest virgã longã in cuius sũmitate est aculeus quo pungunt boues vt recte incedant: quasi a docendo dictum eo quod doceat ipsos boues.

לְמַד

Discere

Docere

לִימוּד

Discipulus

Doctus. Cõsuetudinẽ habens. assuetus

לֶמֶד

תַּלְמִיד

Doctus.

Discipulus

מַלְמַד

Vomer.

לָמָּה Lama. quare. cur. vt quid. quamobrem. De quo vide infra in dictione מָה Ma.

לָמוֹ Lámo. illis siue ipsis: aut illi datiui casus de quo vide in grammatica in capitulo de pronomine.

לָעַב Iusio. Subsinaf. Laab. subsannare. irridere. 2. Paralip. 36. At illi subsannabant nuncios dei.

לָעַג Irridere. Subsinaf. Laag. subsannare. deridere. irridere. 2. Parali. 30. Illis irridentibus & subsannātibus. Nee. 2. Et subsannauerunt nos & despexerūt. Et in eo. 4. Et motus nimis subsannauit iudeos. Iob. 11. Et cum ceteros irriseris a nullo confutaberis. ps. 2. Dominus subsānabit eos. ps. 34. Tentauerūt me: subsannauerūt me. & inde nomē לַעַג Láag. i. subsannatio vel irrisio. Iob. 34. Qui bibit subsannationem quasi aquam. Ps. 43. subsannationē & derisum his qui sunt in circuitu nostro. Osee. 7. Hec est subsannatio eorum in terra egypti. Esa. 28. In loquella enī labii. Pro quo hebrei legūt. In subsannatiōe labii. Alii vero legūt sic: in balbutienti ei labio: quasi a עִלֵּג Ileg. quod significat balbū. vt Esa. 32. Et lingua balborū velociter loquetur. Et in eo. 33. populū alti sermonis: ita vt non possis intelligere disertitudinem linguę eius: in quo nulla est sapientia. pro quo hebrei legunt. Populum profundi sermonis: ita vt non intelligatur balbutiens lingua eius: sine sapientia. & est sensus sicut in littera nostra.

לַעַג Subsinatio. Balbus.

לָעַז Barbarus Loez. barbarus. ps. 113. De populo barbaro. & solum inuenitur in predicto loco.

לָעַט Comedere Laat. comedere. deuorare. Gen. 25. Da mihi de coctione hac ruffa. vbi ponitur verbum tertie coniugationis. idest fac me comedere vel deuorare de coctione hac ruffa. Et beatus hieronymus transtulit sensum.

לַעַן Amarindo Absinthiū Laan. absinthium. amaritudo. Et scribitur cum he in fine & dicitur לַעֲנָה Laana. Deut. 29. Radix germinans fel & amaritudinem. Hiere. 9. Ecce ego cibabo populum istum absinthio. Threñ. 3. Inebriauit me absinthio. Et in eodem. Absinthii & fellis. Amos. 5. Qui conuertitis in absinthium iudicium.

לַפִּיד Lampas. fax. Lapid. lampas. fax. Genī. 15. Et apparuit clibanus fumans & lampas ignis. Iudi. 15. Et faces ligauit in medio. Iob. 12. Lampas contempta apud cogitationes diuitū Esa. 62. vt lampas accendatur. Zach. 12. Et sicut facē ignis in feno. Et in plu. לַפִּידִים Lapidim. Exo. 20. Cunctus autē populus videbat voces & lampades. Et inde deriuatur nomen לַפִּידוֹת Lapidoth. Iudi. 4. Erat autem debora ꝓphetes vxor lapidoth.

לָפַת Apprehendere. Circumdari Lapath. apprehēdere. complecti siue amplecti. cōtubari. Iudi. 16. Et apprehendens ambas columnas. Ruth. 3. Expauit homo & conturbatus est: sed etiam in predicto loco aliqui hebrei legunt. Expauit homo & amplexatus ē: in voce passiua.

לְצַר Malasar. Dispēsator Lesar. Preposita mem littera cum apice cegol significat dispensatorem: secūdum hebreos. Danī. 1. Et dixit daniel ad malasar. pro quo hebrei legūt. Et dixit daniel ad dispēsatorem siue ad prepositum. Et in eodem. Porro malasar tollebat cibaria & vinum potus eorum. Potest etiā ēē nomen proprium. sicut est in littera nostra.

לָקַק Lambere. Lingere. Lacac. lingere. lambere. Iudi. 7. Qui manu & lingua lambuerint aquas sicut solent canes lambere. Et in eodem. Qui manu ad os proiiciente aquas lambuerant. Et in eodem. In trecentis viris qui lambuerunt aquas liberabo vos. 3. Reg. 21. In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth: lambent quoq; sanguinem tuum.

לָקַח Sumere. Tollere. Lacach. accipere. sumere. assumere. tollere. emere. Genī. 2. Quoniam de viro sumpta est. Et in eodem. 5. Quia tulit eum deus. Et in eodem. 20. Propter mulierem quam tulisti. Et in eodem. 24. qui tulit me de domo pris mei. Et in eodem. 27. Primogenita mea ante tulit & nunc secundo surripuit benedictionē meam. idest tulit. Et in eodem. 31. Tulit iacob omnia que fuerunt patris nostri. Et in eodem. Abscondit idola subter stramenta cameli. Pro quo hebrei legunt. Tulit idola & posuit ea in stramenta cameli. Exo. 9. Et grando & ignis mixta pariter ferebantur. pro quo hebrei legunt. Et grādo & ignis assumpta in medio grandinis. Et est sensus sicut in littera nostra. Nu. 16. Nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis. 1. Reg. 4. Et arca dei capta est. Et in eodem. Eo quod capta esset arca dei. 4. Reg. 2. Si videris me quando tollar a te. ps. 14. & munera super innocentem nō accepit. ps. 67. Accepisti dona in hoībus. Prouer. 24. Erue eos qui ducūtur ad mortē. Pro quo hebrei legunt. Erue assumptos ad mortem. Hiere. 23. qui assumunt linguas suas. Ezech. 33. Ille quidē in iniquitate sua captus est. & aliquando scribitur sine lamed scilicet in futuris & in imperatiuis & in infinitiuis vel gerū diis. Genī. 6. Tolle igitur tecum ex omnibus escis. Et in eodem. 15. sume inquit mihi vaccam triennem. Et in eo. 18. Sed afferam pauxillum aque. Pro quo hebrei legunt. Accipiatur obsecro pauxillum aque. Et in eodem. Ponāq; bucellam panis. idest accipiam bucellam panis. Et in eo. 22. Tolle filium tuum. Et in eodem. 30. Parum ne tibi videtur q̄ prerripueris maritū mihi: nisi etiam mandragoras filii mei tuleris. Et in eodem. 38. Habeat sibi. idest accipiat sibi pignus. Nu. 16. Tollat vnusquisq; thuribula sua. Ios. 9. susceperunt igitur de cibariis eorum. Esa. 8. Sume tibi librum grandem. 4. Reg. 12. Nollite ergo amplius accipere pecuniam. Et in eodem. Prohibitiq; sunt amplius sacerdotes accipere pecuniam. Esa. 23. Sume citharam & circue ciuitatem. Hiere. 5. Renuerunt accipere disciplinam. Ezech. 17. Vt firmaret radicem super aquas multas. Pro quo hebrei legunt. Tulit super aquas multas. Osee. 11. Portabam eos i brachiis meis. Pro quo hebrei legūt. Accipere eos siue ferre eos in brachiis suis. Et etiam in imperatiuis inuenitur aliquando cum lamed. vt Exo. 29. Tolle vitulum de armento. Ezech. 37. Et tolle lignum alterum. significat etiam emere. Prouerb. 31. Considerauit agrum & emit eū. 2. Reg. 4. Assumentes spicas tritici. Pro quo hebrei legunt. Quasi emētes triticum. Esa. 52. Quoniam ablatus est populus meus gratis. pro quo hebrei legunt. Quoniam emptus est populus meus gratis. Item significat quando aliquis conatur ad aliquid agendum. Sicut in nostro vulgari dicitur Accepit petrus & fecit hoc vel illud siue iuit ad illum locū. idest accepit seipsum vel socios secum. Et per talem modū loquendi dicitur in hebreo. Exo. 4. Posuit & testimoniū in arca. Pro quo in hebreo habetur. & accepit & posuit testimonium in arca. Nu. 16. Ecce autem chore. Pro quo hebrei legunt. Et accepit chore. & sequitur. & surrexerūt contra Moysen. Iudi. 14. Dederunt ei sodales triginta. ꝓ quo hebrei legunt. Et acceperunt sodales triginta & fuerunt cū eo. 2. Reg. 18. Porro Absalom erexerat sibi cum adhuc viueret titulum. Pro quo hebrei legūt. Et absalom accepit & erexit sibi in vita sua titulum. Iob. 15. Quid te eleuat cor tuum. Pro quo hebrei legunt. Quid te accipit cor tuum. & inde מַלְקוֹחַ Malcóach. idest preda. siue illud quod de spoliis capitur. Nu. 31. Predam & vniuersa que acceperant tam ex hominibus quam ex iumentis. Et in eodem. Tollite summam eorum que capta sunt. Et in eodem. Diuidesq; ex equo predam. Esa. 49. Nunquid tolletur a robusto preda. Et in eodem. Et quod ablatum fuerit a robusto saluabitur. idest quod captum fuerit a robusto. Accipitur etiam מַלְקוֹחַ Malcóach pro faucibus. vt. Ps. 21. Et lingua mea adhesit fau

Assumere. Accipere. Capere. Suscipere Emere. מַלְקוֹחַ Preda Quod captū est. Captum. מַלְקוֹם

מַלְקָחַיִם
Forcipes. emũctoria

cibus meis.& inde מַלְקָחַיִם Melcachaim.i.forcipes quibus accipimus prunas.& reperitur tantũ in hebreo in numero duali: quia ex duabus constat. Esa.6. Quem forcipe tulerat de altari. Accipitur etiam pro emũctoriis lucernarũ. Exo. 25. Emũctoria quoq; & vbi ea que emuncta sunt extingũtur. Inde מִכָּה Micach.i. cupido: siue aceptio munerũ. 2.paralip.19. Nec cupido munerũ.& inde מְכָחָה Mecacha.i.mercces.siue res venalis. Et solũ inuenitur in nũero plu.s. מַכָּחוֹת Macachoth. Nec.10. Qui important venalia & omnia ad vsum.& inde לֶקַח Lécach.idest doctrina siue assumptio doctrine vel legis. Deut.32. Cõcrescat vt pluuia doctrina mea Prouer.1. Audiens sapiens sapientior erit.pro quo hebrei legunt. Audiet sapiens & addet doctrinam. Et est idem sensus cum littera nostra. Et in eo. 4. Donum bonum tribuã vobis.pro quo hebrei legunt. Doctrinam seu legem bonã tribui vobis. Esa.29. Et murmuratores discent legem. Põitur etiam pro sermonibus. Prouer.7. Irretiuit eum multis sermonibus.

מִכָּה Cupido. מְכָחָה מַכָּחוֹת Venalia. לֶקַח Doctrina. Lex. Sermões.

נָחַשׁ Nachas. experiri siue experimento discere. augurari . auguria obseruare . Gen̄. 30. Experimento didici quia benedixerit mihi deus propter te.Et in eodem. 44.Ipse est in quo bibit dominus meus & in quo augurari solet. Et in eodem. An ignoratis q̃ non sit similis mei in augurandi scientia.Pro quo hebrei legunt.An ignoratis q̃ augurando auguratur vel diuinando diuinabit vir similis mei.Leuit.19. Nõ augurabimini.nec obseruabitis somnia atq; auguria.3.Reg.20. Quod acceperũt viri pro omine.i. pro augurio.Pro quo hebrei legunt.Et augurati sunt viri. 4.Reg.21. Et ariolatus est & obseruauit auguria. Et inde נָחָשׁ Náchas.i.augurium. Nu.23. Non est augurium in Iacob. Et in eodem.24. Nequaq̃ abiit vt ante perrexerat:vt augurium quereret. Item נָחָשׁ Nachas.i.coluber aut serpẽs Gen̄.3.Sed & serpens erat callidior.Et in eodem.49. Dan coluber in via. Exo.4. Que versa est in colubrum.Nu.21. fecit ergo moyses serpentem eneũ. Sed illud quod premittitur fac tibi serpentem eneum. Pro serpente eneo ponitur in hebreo שָׂרָף Saraph.i.vrens vel adurens.eo quod flatu oris adurit.Deut.8. In qua erat serpens flatu adurens. Vbi ponitur in hebreo נָחָשׁ Nachas שָׂרָף Saraph.i.serpens adurens.Iob.26. Obstreticãte manus eius eductus est coluber tortuosus.Esa.27. Super leuiathan serpẽtem veltem: & super leuiathan serpentem tortuosum.Amos.9. Ibi mãdabo serpenti & mordebit eos. Et in plurali נְחָשִׁים Nachasim. Nu.21.Serpentes ignitos.Hiere.8.Ecce ego mittam vobis serpentes regulos. Item נְחוֹשֶׁת Nechoseth siue נְחוּשָׁה Nechusa.i.es siue ereum. aut eneum. Gen̄.4. Faber in cuncta opera eris & ferri. Exo.25.Aurum & argentum & es.Et in eodẽ.27. Et operies illud ere.4. Reg.25. Et mare ereum quod erat in domo domini confregerunt chaldei & transtulerunt es omne in babylonem.i.Paralipo.18.Eris plurimum de quo fecit Salomon mare eneum & columnas &

Vallis. Penitere. Penitẽtiã agere. Placari. Misereri. Flumina. Cõsolari. Cõsolatio. Cõsolatiõ nẽ accipe. Cõsolatiões. Cõsolatio. Cõsolatiões. Torrẽtes. Valles. נְחָלִים נַחֲלַיִם נָחַם נֹחַם נִחוּמִים נֶחָמָה תַּנְחוּם תַּנְחוּמוֹת תַּנְחוּמִים נָחִיר Naris. נַחֲרָה Fremitus. נָחַשׁ Experiri to discere Augurari. Scia ob seruare. נָחָשׁ Augurium נָחָשׁ serpens. coluber. נְחָשִׁים serpentes. נְחוֹשֶׁת נְחוּשָׁה Es. Ereum. Eneum.

vasa enea. Iob. 16. Nec caro mea enea est. Ezech. 1. Quasi aspectus eris candētis. & in eodē. 16. Quia effusum est es tuū. Et in eodem. 22. Omnes isti es & stagnum. ponitur etiam pro aurichalco. quod est es fusile coloris aurei. 3. Reg. 7. Omnia vasa que fecit hiram regi Salomoni in domo domini de aurichalco erāt. Et inde נְחוּשְׁתָן Nechusthan. Trāslatio nostra habet nohestam; idest eneum siue ereum. 4. Reg. 18. Confregitq; serpentem eneum quem fecerat moyses: vocauitq; nomen eius nohestam. & secundum hebreos nun finalis est diminutiua. quasi dicat. Enulus est. idest parum eris est & nihil numinis habet. Et inde נְחֻשָׁת Nechusath. idest compes. eo q; sit ex ere. Threñ. 3. Aggrauauit compedes meos. Quod in hebreo legitur singulariter scilicet compedem meum. Et in plurali נְחֻשְׁתַּיִם Nechustaim. 2. Reg. 4. Et pedes tui non sunt compedibus aggrauati.

aurichalcū נְחוּשְׁתָן

Compes. נְחֻשָׁת

Cōpedes. נְחֻשְׁתַּיִם

נָחַת Nachath. descendere. opprimere. cōfringere. occumbere. siue occumbere facere. 4. Reg. 6. Quia ibi syri in insidiis sunt. Pro quo hebrei legunt. Quia ibi syri descēdentes. idest castrametati sunt in insidiis in aliquo valle vel profundo. Iob. 21. Et in puncto ad infernum descendunt. Ps. 57. Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Pro quo hebrei legunt. Quoniam sagitte tue descenderunt in me: & descendit super me manus tua. Hiere. 21. Qui dicitis quis percutiet nos. Pro quo hebrei legunt. Quis descendet super nos: vel quis opprimet nos. Dañ. 4. Et ecce vigil & sanctus de celo descendit. Ioel. 3. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Ponitur etiā pro multiplicare. Ps. 64. Multiplica genimina eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Descendat in ripas vel in valles eius: scilicet pluuia. Ponitur etiam pro componere. ps. 17. Et componens quasi arcum ereum brachia mea. Hebrei tamen in predicto loco legunt. Et confract? est arcus ereus brachiis meis. De quo vide supra in dictione חֵתֶת Cathath: quia inde potest deriuari. Et inde נַחַת Nachath. idest descēsio. Iob. 17. Putas ne saltem ibi erit requies mihi. Pro quo hebrei legunt. Si simul in puluerem descensio: scilicet mea erit. Potest etiam deriuari a dictione נֹחַ Noach que significat requiescere. & tunc erit sensus sicut in littera nostra. Ponitur etiam pro terrore. Esa. 50. Et terrorem brachii sui ostendet.

Occidere נָחַת

Occidere facere. multiplicare נָחַת

Descensio. נַחַת

Terror. נַחַת

נָטָה Nata. declinare. inclinare. auertere. tendere. extendere. Nu. 22. Auertit se de itinere. idest declinauit de itinere. Et in eodem. Et nisi declinasset asina de via. Deut. 16. Nec in alteram partem declinent. Iudi. 19. Donec increscat dies. Pro quo hebrei legunt. Donec declinet dies. 1. Reg. 8. Sed declinauerūt post auariciā. 2. Reg. 2. Et vade ad dexteram siue ad sinistram. Pro quo hebrei legunt. Et declina ad dexteram siue ad sinistram. 3. Reg. 2. Quod Ioab declinasset post adoniam & post Salomonem non declinasset. Esdre. 7. Et in me inclinauit misericordiam suam. Iob. 21. Viam eius custodiui & non declinaui ex ea. Et in eodem. 31. Si declinauit gressus meus de via. Ps. 17. Et inclinauit celos & descendit. Ps. 61. Tanq; parieti inclinato. Ps. 72. Mei autem pene moti sunt pedes. Pro quo hebrei legunt. Mei autem pene inclinati vel declinati sunt pedes. Ps. 85. Inclina domine aurem tuam: et exaudi me. Ps. 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. Ps. 118. Inclina cor meum in testimonia tua. Et in eo. inclinaui cor meū ad faciendas iustificatiões tuas Ps. 140. Ne declines cor meum in verba malicie. Prouer. 4. Ad eloquia mea inclina aurem tuam. Et in eodem. Ne declines ad dexteram neq; ad sinistram. Esa. 30. Declinate a me semitam. Et in eodem. 66. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacem. Hiere. 6. Quia longiores facte sunt vmbre vesperi. Pro quo hebrei legūt. Quia inclinate sunt vmbre vesperi. Et in eodē. 15. Et quasi viator declinans ad manendum. Et frequenter scribitur sine nun & etiam sine he. vt in aliquibus locis predictis & in sequentibus. Osee. 11. Et declinaui ad eum vt vesceretur. Vbi ponitur אֶט At: & sola littera tet est essentialis illius verbi. nam littera aleph idicat primā personam futuri: & propter vau coniunctionem precedentem fit de futuro preteritum. vt dictum fuit in arte grāmatica. Significat etiam נָטָה Nata Tendere siue extendere. Geñ. 26. Extendit tabernaculum suum. Et in eodem. 33. Emitq; partem agri in qua fixerat tabernaculū. Pro quo hebrei legunt. In qua extenderat tabernaculum suum. Exo. 6. Ac redimam vos in brachio excelso. debet legi in brachio extēto. Et in eodem. 14. Extende manum tuam super mare. Et in eodem. Cum q; extendisset Moyses manum. Nu. 24. Vt valles nemorose. Pro quo hebrei legunt. vt valles extente seu inclinate. 4. Reg. 21. Et extendam super ierusalem funiculum samarie. Iob. 9. Qui extendit celos solus. Ps. 103. Extendens celos sicut pellem. Prouer. 1. Extendi manum meam. Esa. 5. Et ambulauerunt extento collo. Amos. 2. Et super vestimētis pignoratis accubuerunt. Pro quo hebrei legunt. & super vestimentis pignoratis extenderunt se siue inclinauerunt se: idest accubuerunt: sicut est in littera nīa. Zach. 1. Et perpendiculum extendetur super Ieruſalem. Et inde מִטָּה Mita. idest lect?. lectulus. reclinatorium. Geñ. 47. Conuersus ad lectuli caput. Et in eodem. 49. Collegit pedes suos super lectulum. Canti. 3. En lectulum salomonis sexaginta fortes ambiunt. Ezech. 23. Et sedisti in lecto pulcherrimo. Et in plurali מִטּוֹת Mitoth. Amos. 6. Qui dormitis in lectis eburneis. Et inde מוּטָה Mute. idest declinatio seu auersio a via recta. Ezech. 9. Et ciuitas repleta est auersione. Et inde מַטֶּה Mate. idest virga seu baculus super quo homo aliquādo inclinatur: aut sceptrum seu tribus. Exo. 4. Versaq; est in virgam. Et in eodem. virgam quoq; hanc sume in manu tua. Leuit. 26. Postq; confregero baculum panis vestri. Nu. 27. Germinabit virga eius. Ezech. 7. Floruit virga. Et in eodem. Iniquitas surrexit in virgā impietatis. & in plurali מַטּוֹת Matoth. Nu. 27. Virgas duodecim. Et in eodem. Protulit ergo moyses omnes virgas. Reperitur etiā in genere masculino. Abac. 3. Maledixisti sceptris ei?. Item מַטֶּה Mate. idest tribus seu familia. Nume. 1. De tribu ruben Et in eodem. 31. Mille viri de singulis tribubus eligantur. & in plurali מַטּוֹת matoth. Nu. 1. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas. et in eo. 30. & locutus est ad principes tribuum filiorum israel.

Auertere. Declinare נָטָה

Inclinare.

Extendere נָטָה

Extendere

מִטָּה

Lectulus.

Lectus. מִטּוֹת

Lectuli. מוּטָה

Auersio. מַטֶּה

Virga. Baculus.

מַטּוֹת

Virge.

Sceptrū. מַטֶּה

Tribus: מַטּוֹת

Tribus.

נָטַל Natal. Portare. leuare. iacere. proiicere. 2. Regum. 24. Trium tibi datur optio: elige vnum. Pro quo hebrei legunt. Tria ego proiicio super te: siue ego leuo super te: elige vnum. Esa. 40. Ecce insule quasi puluis exiguus. Pro quo hebrei legunt. Quasi puluis leuatur siue proiicitur. scilicet vento. Et in eodem. 63. Et portauit eos & eleuauit cunctis diebus seculi. Threñ. 3. Quia leuauit super se. Dañ. 4. Oculos meos ad celum leuaui. Vide etiam de hoc supra in dictione טוּל Til. Et inde נֵטֶל Netel. idest onus siue onerosum. Prouerb. 27. Graue est saxum & onerosa arena. Et in plurali נְטִילֵי Netile. idest onerati. Soph. 1. Disperierunt omnes qui inuoluti sunt argento. pro quo hebrei legunt. Qui onerati sunt argento. idest qui portant argentum.

Proiicere נָטַל

Portare. Leuare. נָטַל

Onerosus נֵטֶל

Onerati. נְטִילֵי

נָטַע Plantare

נָטַע Nataa. plãtare. figere. defigere. ſtabilire. Geñ. 2. Plantauerat autẽ dominus deus paradiſum. Et in eodẽ. 9. Et plãtauit vineã. Exo. 15. Et plantabis eos in monte hereditatis tue. Deut. 20. Quis eſt homo qui plãtauit vineã. 2. Reg. 7. Et plantabo eũ & habitabo cũ eo. Pſ. 106. Et plantauerunt vineas. Eccl̃s. 2. Plantaui vineas: feci hortos & pomaria: & cõſeui ea cuncti generis arboribꝫ. Pro quo hebrei legũt. Et plãtaui in eis lignũ oĩs fructꝫ. Et in eodẽ. 5. Tẽpus plãtandi & tẽpus euellendi quod plantatũ eſt. Eſa. 40. Nec plãtatus nec ſatus. Et in eodẽ. 41. Adhuc plãtabis vineas. Et in eodem. 44. Plantauit pinum. Et in eodem. 65. Non plantabunt & alius comedet. Hiere. 1. Et edifices & plantes. Amos. 9. Et plãtabo eos ſuper humũ ſuam. Significat etiã figere. vel ſtabilire. Eccl̃s. 12. Et ſicut claui in altum defixi. Eſa. 51. Vt plantes celos & fundes terram. i. vt figas vel ſtabilias celos. Dañ. 11. Et figet tabernaculum ſuum Apedno inter duo maria. Et inde נְטַע Nétaa ſiue נְטַע Nátaa ideſt plantatio. Iob. 14. quaſi cum prius plantatum eſt. Pro quo hebrei legunt. quaſi plantatio. Eſa. 5. Et viri iuda germen eius delectabile. i. plantatio eius delectabilis. Et in plurali נְטִיעִים Netiim. Pſ. 143. Quorum filii ſicut nouelle plantationes. Eſa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelẽ Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes pulchras ſiue iocundas. Scribitur etiam cum mem in principio loco nun & dicitur מַטַּע Nata. Eſa. 61. Plantatio domini ad glorificãdum. Ezech. 34. Et ſuſcitabo eis germen nominatum. i. plantationem nominatam. Mich. 1. Et ponam Ieruſalem quaſi aceruum lapidum cum plantatur vinea. Pro quo hebrei legunt. In plantationes vinee. Et eſt idem ſenſus cum littera noſtra.

Defigere. figere.

נְטַע Plãtatio. Germen.

נְטִיעִים plãtatiões.

מַטַּע plantatio. Germen.

נָטַף Stillare. Diſtillare.

נָטַף Nataph. diſtillare. ſtillare. loqui. Iob. 29. Super illos ſtillabat eloquium meum. Ps. 67. Etenim celi diſtillauerunt. Canti. 4. Fauus diſtillans labia tua ſponſa. Et in eodem. 5. Manus mee ſtillauerũt myrrham. Ioel. 3. Stillabũt montes dulcedinem. Amos. 7. Et non ſtillabis ſuper domũ idoli. Et in eodem. 9. Stillabunt mõtes dulcedinem. Mich. 2. Stillabo tibi in vinum. Et in eodem. Et erit ſuper quem ſtillatur populus iſte. Ponitur etiam pro loqui vel prophetare. vt Ezech. 20. Et ſtilla ad africũ. i. loquere vel prophetа ad africum. Et in eodem. 21. Et ſtilla ad ſanctuaria. Mich. 2. Ne loquamini loquẽtes. & ſequitur. nõ ſtillabit ſup iſtos vbi eadem dictio ponitur pro loqui & pro ſtillare. Et inde נְטָף Nèteph. i. gutta ſeu ſtilla. & ſolum inuenitur in numero plurali. Iob. 36. Qui aufert ſtillas pluuie. Et inde נָטָף Nataph. i. ſpecies aromatica q̃ ſtillat de ligno aromatico. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit ſtactem. Exo. 30. Sume tibi aromata & ſtactem. Et inde נְטִיפוֹת Netiphoth. i. monilia ſeu ornamenta colli. Iudi. 8. Abſq; ornamentis & monilibus. Eſa. 3. Et monilia & armillas & mitras. Hebrei tamen interpretantur olfactoria in quibus ponuntur aromata.

prophetaſ

loqui.

נָטָף Stille.

נָטָף Stacte.

נְטִיפוֹת Monilia.

נָטַר Cuſtodire.

נָטַר Natar. cuſtodire. ſeruare. Canti. 1. Poſuerũt me cuſtodem vineis. Et in eodem. vineam meam non cuſtodiui. Significat etiam ſeruare inimiciciã in corde. Leuit. 19. Non queras vltionem nec memoreris iniurie ciuium tuorum. Pro quo hebrei legunt. Non queras vltionem nec ſerues. ſ. inimiciciam filiis populi tui. i. ciuibus tuis. In aliis vero locis beatus Hieronimus tranſtulit iraſci. Hiere. 3. Nunquid iraſceris in perpetuum. Naũ. 1. Et iraſcens ipſe inimicis ſuis. & in lingua chaldaica cõmuniter ſignificat ſeruare. vel conſeruare. Dañ. 7. Verba autem in corde meo conſeruaui. Et inde מִטָּרָה Matara. i. cuſtodia. Nec. 12. Et ſteterunt in porta cuſtodie. Ponitur etiam pro carcere in quo malefactores cuſtodiuntur. Hiere. 38. Manſit vero Hieremias in veſtibulo carceris. Ponitur etiam מַטָּרָא Matara. pro ſigno ad quod ſagittarius dirigit ſagittam & illud obſeruat. Iob. 16. Et poſuit me ſibi in ſignum. Threñ. 3. Et poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. Et in predicto loco ſcribitur cum aleph in fine loco he.

Querere vltionem. Iraſci. conſeruare

מִטָּרָה cuſtodia.

carcer.

מַטָּרָא

ſignum.

נָטַשׁ Relinq;.

נָטַשׁ Natas. derelinquere. deſerere. dimittere. proiicere. Geñ. 31. Non eſt paſſus vt oſcularer filios meos. Pro quo hebrei legunt. Et non reliquiſti ſeu dimiſiſti me vt oſcularer filios meos. Exo. 25. Anno autem ſeptimo dimittes eam: & requieſcere facies. Pro quo hebrei legũt. Anno autem ſeptimo dimittes eam & derelinques eam. i. relinques eam quieſcere. Iudi. 6. Nunc autem derelinquit nos. i. Reg. 10. intermiſſis pater tuus aſinis ſolicitus eſt pro vobis. i. dimiſſis aſinis. Et in eodem. 17. Derelinquens ergo vaſa. Et in eodem. Quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto. Ps. 23. Ne derelinquas me. Ps. 93. Quia non repellet dominus plebem ſuam. i. nõ dimittet vel non derelinquet. Prouer. 17. Et anteq̃ calũniam patiatur: iudicium deſeret. Eſa. 2. Proieciſti enim populum tuum. Et in eodem. 32. Domus enim dimiſſa eſt. Et in eodem. 33. Laxati ſunt funiculi tui. Hiere. 12. Dimiſi hereditatem meam. & in eodem. 23. Et derelinquam vos & ciuitatem hanc. Ezech. 16. Propagines eius relicte ſunt. Et in eodem. 29. Et proiiciam te in deſerto. Oſee. 12. Et ſanguis eius ſuper eum veniet. Pro quo hebrei legunt. & ſanguis eius ſuper eum relinquetur vel dimittetur aut proiicietur. Amos. 5. Et proiecta eſt in terram ſuam. & ſcribitur aliquando cum thau loco tet. Hiere. 19. Et euulſa eſt in ira. Pro quo hebrei legunt. & dimiſſa eſt. poteſt etiam legi ſicut eſt in littera noſtra. De quo vide infra in dictione נָטַשׁ. Significat etiam extendere vel tendere: ſeu ſpargere: vel diffundere. Nu. 11. Et dimiſit in caſtra: itinere quantum vno die cõfici poteſt. Pro quo hebrei legunt. & expandit ſeu ſparſit. Iudi. 15. Caſtrametati ſunt in loco qui poſtea vocatus eſt lechi. i. diſperſi vel diffuſi ſunt. i. Reg. 30. Ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſe terre. Pro quo hebrei legunt. Ecce illi diſperſi vel diffuſi erant ſuper faciem vniuerſe terre. 2. Reg. 5. Et diffuſi ſunt in valle Raphaim. Eſa. 21. A facie gladii imminentis. Pro quo hebrei legunt. A facie gladii extenti. Et inde נְטִישׁוֹת Netiſoth. i. rami ſeu propagines arboris. eo quod extẽdũtur huc & illuc. Eſa. 18. Et que derelicta fuerint abſcindentur. Pro quo hebrei legunt. Et propagines ſeu ramos auferet abſcindetq;. Hiere. 5. Auferet propagines eius. & in eodem. 48. Propagines tue tranſierunt mare.

Relinq;. Dimittere. Diffundere. Expandere. Diſperſi. propagines

נִיב Fructus.

נִיב Nib. fructus. Eſa. 57. Creans fructũ labiorum. De quo vide ſupra in dictione נוֹב Nub.

נִין poſteri. ſemen.

נִין Nin. filius. progenies. ſtirps. poſteri. Geñ. 21. Nec noceas mihi & poſteris meis ſtirpiq; mee. Vbi ponitur pro poſteris. Iob. 12. Nõ erit ſemẽ eius neq; ꝓgenies in populo ſuo. vbi ponitur pro ſemine. i. pro filio. Ps. 73. Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta he. ve. tranſtulit. Dixerunt in cordibus ſuis poſteri eorum ſimul. Eſa. 14. Et germen & propaginem. Hebrei tamen dicunt q̃ ſolum ſignificat filium. vnde in predicto loco ipſi legunt. filium & nepotem. & ſimiliter. Geñ. 21. & Iob. 12. De quibus ſupra dictum eſt. Et inde verbum paſſiuum יִנָּן Inon ideſt filiabitur vel filiabatur: ſi latine poſſet dici: tranſlatio noſtra traduxit ꝑmanet. Ps. 71. ante ſolem ꝑmanet nomẽ eius. pro quo in hebreo habetur. Ante ſolẽ filiabitur nomen eius. i. filiꝫ noiabitur vel vocabatur. Vide de hoc Burgeñ. In additionibꝫ ſuper predicto

cognatio. Germen. filius permanet.

יִנָּן

מָנוֹן Cōtumax

psalmo.& inde מָנוֹן Manon.Pro quo beatus Hieronymus transtulit cōtumacem.Prouer.29.Qui delicate a puericia nutrit seruū suum postea sentiet eū cōtumacem.i.non existimauit se esse seruū:ac si esset filius dñi sui & heres.& ideo non seruiet libenter domino suo.

נִיק Nutrire

נִיק Nic.lactare.nutrire.s.lacte.Exo.2.Accipe puerum istū & nutri mihi.& in eodem.Suscepit mulier & nutriuit puerum.Vide etiam de hoc supra in dictione יָנָק Ianac.

נִיר Lucerna Nouale

נֵר נִיר Ner.seu נִיר Nir.lucerna seu nouale.De quo vide supra in dictione נוֹר Nur.

נֶכֶד Stirps Progies Propago

נֶכֶד Néched.nepos.i.filius filii.Pro quo beatus Hieronymus transtulit stirpem seu progeniem vel propaginē. Geñ.21.Et posteris meis stirpiq; mee.Iob.18.Non erit semē eius nec progenies in populo suo.Esa.14.Et germē & propaginem.

נָכָה Percutere

נָכָה Naca . percutere.cedere.ledere.Geñ.19. Et eos q erāt foris percusserunt cecitate.Exo.3.Et percutiā egyptū in cūctis mirabilibus meis.& in eo.5.En famuli tui flagellis cedimur.i.percutimur.& in eodem. 7. Ecce percutiam virga que in manu mea est aquas fluminis.Et in eodē. 8.& percute puluerem terre.Et in eodem. 9.Cūctamq; herbā agri percussit grando.Et in eo.linū ergo & ordeum lesum est.& in eo.Triticū autem & far non sunt lesa .& communiter scribitur sine nun vt in aliquibus locis p̄dictis . & Exo. 9.Et percutiam te & populū tuū.vbi ponitur אַךְ Ach.i. percutiam.& sola littera caph est essentialis in predicto verbo percutiam & deficiunt nun & he.nam littera aleph denotat primam personā singularis numeri futuri temporis. Et supra in eo.Et percussit grando in omni terra egypti. Vbi similiter deficiunt littera nun & littera he. In aliis vero locis communiter scribitur sine nun.Nu.17.percutiesq; petrā. Deut.13.Statimq; percuties habitatores vrbis illius . Et in eodem.27.Maledictus qui clam percusserit proximum suum.1.Reg.17.Et suffocabam interficiebamq; eos . p quo hebrei legunt.Et percutiebam interficiebamq; eos . Et in eodem.19.Percussit eos plaga magna.Et in eodem.Lācea autem casso vulnere perlata est in parietē . pro quo hebrei legunt.Et percussit lancea in parietem.Et in eodem.30. & percusserant sicelech.i.vastauerant.2. Reg.11 . Relinquite eum vt percussus intereat.Et in eodem.24.Percussit autē cor dauid eum.3.Reg.20.percute me:at ille noluit eū percutere.p̄s.3.Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi.p̄s.101.Percussum est vt fenum & aruit cor meum. Esa. 1.Super quo percutiam vos.pro quo hebrei legunt.Super quo percussi estis.Hiere.18.percutiamus eū lingua.Ezech. 39.Et percutiam arcū tuū in manu sinistra tua. Ośee.6.percutiet & sanabit.Zach. 9.Et percutiet in mari fortitudinē eius.Ponitur ēt p occidere vel interficere. Nu.25.qui occisus est cū madianitide. Et in eodem . que pariter interfecta est. ponitur etiā pro erūpere. Osee. 14. Et erumpet radix eius vt libani. Scribitur ēt cum aleph in fine loco he. Iob. 30.In terra penitus non parentes.pro quo hebrei legunt. percussi sunt seu attriti sunt de terra.& inde מַכָּה maca.i. percussio.plaga.vulnus. Deut.28.Insuper & vniuersos langores & plagas.quod in hebreo legitur singulariter.s. vniuersum langorem & plagam.Esa.1.Et plaga tumens . Hiere. 30.percussi te castigatione crudeli.ideſt percussione crudeli.& in plu.מַכּוֹת macoth.Deut.28.Augebit dominus plagas tuas & plagas seminis tui.Zach.13.que sunt plage iste. Reperitur etiam מַכִּים machim:secundum terminationem pluralem masculinorum.4.Reg.9.propter vulnera quia percusserant eum syri.& inde נֶכֶה neche.ideſt claudus . seu debilis pedibus.2.Re. 9. Supererit filius ionathe debilis pe

Occidere. Interficere Eripere.

מַכָּה Plaga.

Castigatio מַכּוֹת Plage. מַכִּים Vulnera.

נֶכֶה Debilis pedibus.

dibus.Et in plurali נְכִים nechim.p̄s.35 . Congregata sunt super me flagella.ideſt infirmitates pedum.proquo hebrei legunt.Congregati sunt super me claudi seu claudicantes. Scribitur etiam cum aleph loco he & dicitur נְכָאִים nechaim.pro quo beatus hieronymus transtulit plagas. Esa. 16. His qui letantur super murum cocti lateris loquimini plagas suas.& inde נְכוֹ necho.ideſt claudus secundū hebreos. 4.Reg.23. Ascendit pharao nechao rex egypti. p quo hebrei legunt. Ascendit pharao claudus.potest etiam esse nomen proprium sicut est in littera nostra.

נְכַח In cōspectu contra.

נְכַח Nóchach.Coram.in conspectu.contra . ideſt e regiōe pro.propter.rectum vel directum.Exo.14 . In conspectu eius castra ponetis.& in eodem.26 . & contra mensam candelabrum.& in eodem.40.posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii e regione mense.Ezech.46.sed e regione illius egredietur.significat etiam pro siue propter. Geñ.25.Deprecatusq; est isaac dominum pro vxore sua.i. propter vxorem suam.& inde נְכֹחָה nechocha.i.directio siue equitas aut rectum vel directum.Esa.57. Qui ambulat in directione sua.& in eo.59. & equitas non potest ingredi.Amos.3.& nescierunt facere rectum.& in plu . נְכֹחִים nechochim siue נְכֹחוֹת nechochoth.Prouer.8.Recti sunt itelligentibus.Esa.30. nolite aspicere nobis que recta sunt.

Ex regione.

Pro.

נְכֹחָה Directio . Equitas. Rectum. נְכֹחִים נְכֹחוֹת Recti. Recta.

נָכַל Cogitare Decipere insidiis

נָכַל Nachal.machinari.cogitare.excogitare.scilicet malū vel dolum.dolose agere.insidiari.Geñ.37 . Antequā accederet ad eos cogitauerunt illum occidere.Nu.25.quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos & decepere insidiis. p quo hebrei legunt.quia ipsi hostiliter egerunt contra vos in dolis seu in cogitationibus dolosis:quibus dolose cogitauerunt contra vos:seu in machinationibus suis quibus machinati sunt contra vos.vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum.Ps.104.& dolum facerent in seruos suos Pro quo beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit.Dolose agerent contra seruos suos. & inde נוֹכֵל nochel.ideſt dolosus seu dolum excogitans . Malach.1.Maledictus dolosus.

Machinari

Dolose agere.

נוֹכֵל Dolosus

נֶכֶס Diuitie Substātia

נֶכֶס Néches.Diuitie.substantia .supellex.& declinatur tantum in plurali & dicitur נְכָסִים nechasim siue נִכְסֵי nichse.Ioſ.22.In multa substantia atq; diuitiis reuertimini in sedes vestras.Esdre.4.& de arca regis ideſt de tributis que dantur de regione trans flumen.ideſt de substantia regis.

נָכַר Agnoscere.

נָכַר Nacar.Cognoscere.agnoscere.alienare se. siue extraneum se facere.dissimulare.scilicet se esse qui est. Iob. 24.Nec cognouit tyrannum. Prouer.20.Ex studiis suis intelligitur puer.ideſt cognoscitur puer . Threñ.4. Non sūt cogniti in plateis.Et cōiter scribitur sine nun . Geñ.25.Et non cognouit eum.Et in eo.31.scrutare quidquid tuorum apud me inueneris . Pro quo hebrei legunt . Cognosce quidquid tuorum.Et in eodem.38.Cognosce cuius sit anulus . Et in eodem.42.Cum agnouisset eos.Deutero.1. Nulla erit distantia personarum . pro quo hebrei legunt . Non cognoscetis faciem in iudicio.ideſt non accipietis personam.vt Prouer.18 . Accipere personam in iudicio non est bonum.Pro quo in hebreo habetur . Cognoscere faciē in iudicio non est bonum.Iudi.18.& agnoscentes vocem adolescentis leuite . Nec . 12 . Et nesciebant loqui iudaice. Pro quo hebrei legunt.Et non cognoscebant loqui iudaice.Iob.4.Cuius non agnoscebam vultum.Ps.141.Et non erat qui cognosceret me.Ei inde מָכָּר Macar.i.cognitus seu notus.4.Reg.12. Accipiant illā sacerdotes iuxta ordinem suū.Pro quo he.le. Accipiāt sacerdotes vnusquisq; a cognito suo siue a noto suo.Et ideo . Nolite ergo amplius accipere

מָכָּר cognitus .

pecuniam iuxta ordinem veſtrum. Pro quo hebrei legũt.
Notus הַכָּרָה Agnitio. נָכַר A cognitis ſiue a notis veſtris. & inde הַכָּרָה Hacara. i. agnitio. Eſa. 3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. De quo vide ſupra in dictione הָכַר Hachar. Item נָכַר Hachar. i. alienare ſiue abalienare ſe. aut extraneum ſe facere: vt diſſimulare eſſe qui eſt. Geñ. 42: Cum agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur. Pro quo hebrei legunt. Et cognouit eos & alienauit ſe ad eos. i. alienum ſe fecit eis. vel diſſimulauit ſe eſſe qui erat. 3. Reg. 14. Cum ergo illa intraret & diſſimularet ſe eſſe que erat. & in eodem. Quare aliam te eſſe ſimulas. Iob. 21. Et hec eadem illum intelligere cognoſcetis. Pro quo hebrei legunt. Et ſigna eorum non abalienetis. i. non ſint vobis aliena vel non ignoretis. ſicut exponit Burgeñ. in additionibus ſuper p̃dicto loco. Prouer. 26. In labiis ſuis intelligitur inimicus. Pro quo hebrei legunt. In labiis ſuis alienatur inimicus. Poteſt etiam ſecundum primam ſignificationẽ legi ſic. ſ. in labiis ſuis cognoſcitur inimicus. quod eſt idem ſenſus cũ littera noſtra. Hiere. 19. Et alienum fecerunt locum iſtum. Ponitur etiã pro ſuperbire. Deut. 32. Ne forte ſuperbirent hoſtes eorũ. Ponitur etiam pro tradere: vel concludere. vt. 1. Reg. 25. Et ait ſaul tradidit eũ dñs in manꝰ meas. & inde נֵכֶר Necher: ſiue נֵכַר Nechar. i. alienatio ſiue alienus vel alienigena: aut extraneus ſeu peregrinus. Geñ. 17. Et alienigene pariter circunciſi ſunt. Exo. 12: Omnis alienigena non comedet ex eo. Deut. 31. Et fornicabit poſt deos alienos. Iob. 31. Et alienatio operantibus iniquitatem. Ps. 17. Filii alieni mentiti ſunt mihi. Ps. 80. Neqꝫ adorabis deum alienũ. & in abdia. In die peregrinationis eius. & inde נָכְרִי Nochri. i. alienus: ſiue extraneus aut peregrinus. Deut. 17. Non poteris alterius gentis hominem regem facere. Pro quo hebrei legũt. Non poteris cõſtituere ſuper te virum extraneum ſiue alienum. Ps. 68. Et peregrinus filiis matris mee. Soph. 1. Sup omnes qui induti ſunt ueſte peregrina· & in plurali נָכְרִים Nochrim. Eſa. 2. Et pueris alienis adheſerũt. & in Abdia. Et extranei ingrediebantur portas eius. & in genere femini נָכְרִיָּה Nochria. vt Prouer. 5. Et foueris in ſinu alteriꝰ Pro quo hebrei legunt. Et amplexaberis ſinum extranee: ſiue aliene. & in eodem. 7. Et abalienа que verba ſua dulcia facit. Eſa. 28. Peregrinum eſt opus eius ab eo. & in plurali נָכְרִיוֹת Nochrioth. i. aliene ſiue extranee. Geñ. 31. Nõne quaſi alienas reputauit nos.

Alienare

Diſſimulare ſe eſſe q̃ eſt. Simulare

Alienũ facere. Supbire

Extraneus Peregrinus. נָכְרִים Alieni. Extranei נָכְרִיָּה Extranea Aliena. peregrinũ נָכְרִיוֹת Aliene.

נֵכֹת Aromata. Nechoth. aromata. Geñ. 37. Et camelos eorum portãtes aromata. Et in predicto loco ſcribitur cum aleph in medio. Eſa. 59. Et oſtendit eis cellam aromatum.

נָלָה Deeſſe. מִנְלָה cõſumatio. Radix. Nala. conſumare. deeſſe. Eſa. 33. Cum fatigatus deſieris cõtẽnere cõtẽneris. & inde מִנְלָה Minla. i. cõſumatio. ſecundum hebreos. Pro quo beatus Hieronymꝰ trãſtulit radicem. Iob. 15. Nec mittet in terram radicem ſuam.

נָמַל circũcidere. Namal. excidere. ſcindere. circuncidere. cõterere. atterere. Geñ. 17. Et circuncidetis carnem preputii veſtri & in eodem. Et alienigene pariter circunciſi ſunt. & in eo. 34. Ritum gentis imitantes. Pro quo hebrei legunt. Sicut ipſi circunciſi ſunt. Et communiter ſcribitur ſine nun.

Conterere Atterere. Iob. 14. Quaſi flos egreditur & conteritur. & in eodẽ. 18. Et ſurſum atteratur meſſis eius. & in eodem. 24. Et ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Vide etiam de hoc ſupra in dictione מוּל Mol. Itẽ נְמָלָה Nemala. i. formica. Prouer. 6. Vade ad formicam o piger. & in plurali נְמָלִים Nemalim. ſecundum terminationem pluralem maſculinorũ. vt in eodem. 30. Formice populus infirmus.

Formica. נְמָלִים Formice.

נָמֵר Pardus. Namer. pardus. Hiere. 5. Pardus vigilans ſuper ciuitates eorum. & in eodem. 13. Aut pardus varietates ſuas Oſee. 13. Et ego ero eis ſicut leena & ſicut pardꝰ in via Aſſyriorum. & in plurali נְמֵרִים Nemarim. Abach. 1. Leuiores pardis equi eorum.

נְמֵרִים Pardi.

נָס Furor. Nas. In lingua chaldaica ſignificat iram vel furorem. Dañ. 2. Rex in furore & ira magna.

נָסַס Signari. Leuare. Naſas. leuare. exaltare. eleuare. ſignare. ideſt vexillũ aut ſignum leuare. fugere. confugere. Ps. 4. Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui dñe. Pro quo beatꝰ Hieronymꝰ in pſal. iuxta he. ve. trãſtulit. Leua ſup nos lumẽ vultus tui dñe. Eſa. 59. Quẽ ſpũs dñi cogit. Pro q̃ he. le. Spiritus dñi leuauit ſeu eleuauit ſignũ ſeu vexillum in eo. Zach. 9. Quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. Ponitur etiam pro fugere. Ps. 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem vt fugiant a facie arcus. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Dediſti metuentibus te ſignum ſeu vexillum vt ſignentur ante firmitatem ſeu veritatem. vel ſic. vt eleuent ſignum ſeu vexillum coram veritate vel firmitate. Eſa. 10. Et erit terrore profugus. vide etiam de hoc ſupra in dictione מָסַס Maſas. & in dictione נוּס Nus. & inde נֵס Nes. ideſt exaltatio ſeu eleuatio. Exo. 17. Et vocauit nomẽ eius dominus exaltatio mea. Significat etiam ſignum ſeu vexillum eo quod eleuatur in bello & ad eum milites confugiunt. Nu. 21. Et pone eum pro ſigno. Eſa. 11. Et leuabit dominus ſignum in nationibus. & in eodem. 30. Et quaſi ſignum ſuper collem. & in eodem. 33. Vt leuare ſignum non queas.

Leuare ſignum. Eleuare. Fugere.

נֵס Exaltatio. Signum.

נָסַג Compatiendere. Aſſumere. ſ. terminum. Trãſferre. ſ. terminos. Attingere terminos Auerti retroſum. Conuerti. retroſum Naſag. comprehendere. aſſumere vel tranſferre. ſ. terminum. retrorſum conuerti. Mich. 2. Non comprehẽdet confuſio. Deut. 19. Non aſſumes & tranſferes termios proximi tui. Vbi vtrũq; ſignificatum comprehendit trãſlatio noſtra ſub uno verbo hebraico. ſcilicet aſſumes & trãſferes. & in eodem. 27. Maledictus qui tranſfert terminos proximi ſui. ideſt comprehendi facit. ſicut exponunt hebrei. Prouer. 22. Ne tranſferas terminos antiquos. & in eodem. 23. Ne attingas terminos paruulorum. Pro quo hebrei legunt. Ne attingas ſiue ne tranſferas terminos ſeculi. ideſt terminos antiquos: nam eadem verba ponũtur in hebreo ſicut ſupra capꝫ. 22. Oſee. 5. Quaſi aſſumentes terminũ. Scribitur etiam cum ſin & puncto ceboleth loco ſámech. Iob. 24. Alii terminos tranſtulerunt. Significat etiam auerti vel conuerti retrorſum. Deut. 39. Auertantur retrorſum & reuereantur. Ps. 69. Auertantur retrorſum & reuereantur qui volunt mihi mala. Eſa. 42. Conuerſi ſunt retrorſum confundantur confuſione. & in eodem. 59. Et auerſi ſumus ne iremus poſt tergum dei noſtri. vide etiam de hoc infra in dictione סוּג Sug.

נָסָה Tentare. Probare. Conſuetudinem habere. Aſſuefacere. Tentatio. מַסּוֹת מַסָּה Pena. Naſa. Tentare. probare. aſſueſcere vel conſuetudinem habere. Geñ. 22. Tentauit dñs Abraam. Exo. 16. Vtentem eum vtrum ambulet in legẽ mea. & in eodem. 17. Quia tentauerunt dominum. & in eodem. 20. Vt enim probaret vos venit deus. Deut. 6. Non tentabis dominum deum tuum ſicut tentaſti in loco tentationis. Iob. 4. Si ceperimus loqui tibi forſitan moleſte accipies. ideſt ſi tentauerimus vel probauerimus loqui. Ps. 94. Vbi tentauerunt me patres veſtri. Significat etiam aſſueſcere vel conſuetudinem habere. 1. Reg. 17. Non enim habebat conſuetudinem. Et in eodem. Non poſſum ſic incedere quia non vſum habeo. Eccls. 2. Vadam & affluam deliciis. Pro quo hebrei legunt. Et aſſuefaciam te deliciis. Inde מַסָּה Maſa. ideſt tentatio. Exo. 17. Et vocauit nomen loci illius tẽtatio. Et in plurali מַסּוֹת Maſoth. vt Deut. 29. Tẽtationes magnas. Ponitur etiam מַסָּה Maſa. pro pena. Iob. 9. Et non de penis innocentium rideat. pro quo hebrei le-

Contulo nere. gunt. In tentationem innocentiū irridebit.

נָסַח Demoliri. Auferre. Euellere. Nasach. Demoliri. auferre. siue euellere. vt Prouer. 15. Domum superborum demolietur dominus. Ponitur etiam pro auferre vel euellere. vt Deut. 28. Vt auferamini de terra. Ps. 51. Et emigrabit te de tabernaculo tuo. ꝓ quo beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. transtulit. Et euellet te de tabernaculo tuo. Prouer. 2. Et qui iniqꝫ agunt auferentur ab ea. Esdre. 6. Tollatur lignum de domo eius. idest euellatur. & inde מַסָּח Masach. i. deuastatio vel demolitio: secundum hebreos. 4. Reg. 11. Et custodietis domus mesach. pro quo hebrei legunt. Et custodietis excubias domus a demolitione siue a deuastatione. vel sic. Et custodietis custodiam domus ruinose. Potest etiam esse nomē proprium sicut est in littera nostra.

מַסָּח Deuastatio

נָסַךְ Libare. Nasach. libare. fundere. miscere. conflare. constituere ordinare. ordiri. Exo. 25. In quibus offerenda sunt libamina. Pro quo hebrei legunt. In quibus libandum est. Et in eodem. 30. Nec libabitis. pro quo he. le. Et libamē nō libabitis super illud. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Nu. 28. Et libabitis vini quartam partem hyn. 2. Reg. 23. Sed magis eam libauit domino. Esa. 29. Quoniam miscuit vobis dominus spiritum soporis. Osee. 9. Non libabunt domino vinum. & inde נֶסֶךְ Nésech. idest libamē seu libatio. Nu. 28. Iuxta omnem ritum sacrificii matutini & libamentorum eius. Et in eodem. Et liba que rite fundūtur. Et in eo. Libamenta autem vini que per singulas sunde nda sunt victimas. Deut. 32. Bibebant vinum libaminū suorum. Hiere. 32. Et libabant diis alienis libamina. Ioel'. 1. Periit sacrificiū & libatio de domo dñi. Et in eo. 2. Sacrificiū & libamen domino deo nostro. & inde נֶסֶךְ Mésech. seu מִמְסָךְ Mimsach. idest mixtum: seu libamen vel libatio. Ps. 74. Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Esa. 65. Et libatis super eam. pro quo hebrei legunt. Et impletis ipsum meri libatione seu mixtione. De quo vide supra in dictione מָנָה Mana. Item נָסַךְ Nasach. idest conflare. Esa. 40. Nunquid sculptile cōflabit faber. Et in eo. 44. Et sculptile conflauit ad nihil vtile. Hiere. 10. Quoniā falsum est quod conflauit. Et inde נֶסֶךְ nésech. idest conflatile Esa. 48. Et sculptilia mea & conflatilia mandauerunt ista. Ponitur etiam pro simulachro. Esa. 41. Et vētus & inane simulachra eorum. Dani. 11. Insuper & deos eorum & sculptilia eorum. & inde מַסֵּכָה Masecha. idest conflatile: seu fusile. Exo. 32. Fecerūtqꝫ sibi vitulum conflatilem. Et in eo. 34. Deos cōflatiles non facies tibi. Osee. 13. Fecerunt sibi cōflatile de argento suo. Item נָסַךְ Nasach. idest constituere. seu ordinare. Ps. 2. Ego aūt constitutus sum rex ab eo. Et beatus hieronymus in psalterio iuxta he. ve. trāstulit. Ego autem ordinaui regem meum. Prouer. 8. Ab eterno ordinata sum. & inde נְסִיכִים nesichim. idest principes seu rectores. & solum inuenitur i nu. plu. Ps. 82. Et sicut zebee & salmana omnes principes eorum. Significat etiam predicta dictio ordiri. vt Esa. 30. vt ordiremini telā & nō per spūm meum. & in eo. 25. Et telā quā ordítus est sup oēs natiōes. & inde מַסֵּכָה Masecha. siue מַסֶּכֶת Masácheth. i. tela seu licium vt in duobus locis predictis. & Iudi. 16. Si inquit septē crines capitis mei cum licio plexueris. Et in eodem. Extraxit clauum cū crinibus & licio. Ponitur etiam pro pallio. Esa. 28. Et pallium breue vtrūqꝫ operire non potest.

Libare. Misere. Libamēta Libamen. Libatio. Mixtum. Libatio. Conflare. Conflatile. Simulacrum. Conflatile. Constituere Ordinare Principes. Ordiri. Licium. Pallium.

נָסַע Pergere. Progredi Proficisci Gradiri. נָסַע naſaa. Pergere. proficisci. progredi. recedere. moueri Gen. 12. Perrexitqꝫ abraam vadens & vltra progrediens ad meridiē. Et in eo. 20. Profectus ide Abraā venit in terram australem. Et in eodem. 35. Gradiamur simul. Pro quo hebrei legunt. Proficiscamur & ambulemus. Et in eodem. 46. Profectusqꝫ israel cum omnibus que habebat. Exo. 12. Profectiqꝫ sunt filii israel de ramases. Et in eodē. 13. Viderunt egyptios post se. pro quo he. le. Et viderunt & ecce egyptus proficiscebatur siue pergebat post se. & in eodē 14. Tollensqꝫ se angelus domini. i. mouit se siue ꝓfectus est angelus dñi. Nu. 10. Quando mouēda sunt castra. Et in eo. Mouebūt castra primi qui sunt ad orientalē plagā. & in eo. Leuabunt tentoria qui sunt ad meridiē. pro quo he. le. Mouebunt castra. Et in eo. Mouerūtqꝫ castra primi iuxta imperiū dñi. Et in eo. Profectiqꝫ sunt de monte dñi. Et in eodē. Cumqꝫ eleuaretur arca. idest cumqꝫ moueretur arca. Et in eo. 11. Ventus aūt egrediens a dño. i. pergens. Et in eo. 33. Profecti igitur de rameses. Et in eodem. Inde egressi venerunt contra phiairoth. Esdre. 8. Promouimus ergo a fluminе Aua. 1. Profecti sumus. Ponitur etiam pro auferre. vt Iob. 4. Qui autem reliqui fuerint auferentur ex eis. Esa. 38. Generatio mea ablata est. Et inde verbū tertie coniugationis. i. proficiscī facere seu mouere facere. Beatus hieronymus transtulit Tollere seu extrahere aut transferre. Exo. 15. Tulit autem moyses israel de mari rubro. idest proficiscī fecit. Iudi. 16. Et apprehēdit ambas porte fores. idest tulit seu extraxit. Et in eo. Extraxit clauū cū crinibus. 3. Reg. 5. Precepitqꝫ rex vt tollerent lapides grandes. 4. Reg. 4. Et cum plena fuerint tolles. Eccl's. 10. Qui transfert lapides & inde מַסָּע Masaa. idest profectio. Gen. 13. Reuersusqꝫ est per iter quo venerat. idest per profectiones quibus venerat Deut. 10. Vade & precede populum. Pro quo hebrei legūt. Vade in profectione ante populum. idest perge ante populum. & in plurali. מַסָּעֵי Masee. Pro quo beatus hieronymus transtulit Mansiones. nu. 33. He sunt mansiones filiorum israel. Et in eodem. Quas descripsit moyses iuxta castrorū loca que domini iussione mutabant. Póitur etiam מַסָּע masaa pro armis bellicis. Iob. 41. nec hasta nec thorax. ꝓ quo hebrei legunt. Hasta & arma & thorax.

Mouere. Egredi. Promouere. Tollere. Extrahere. Trāsferre. מַסָּע Profectio מַסְעֵי Mānsiones מַסָּע arma.

נָסַק ascendere. נָסַק nasac. Ascendere. scandere. Ps. 138. Si ascendero in celum tu illic es. Et inde verbum tertie coniugationis ꝑ significat ascendere facere. siue eleuare vel educere de alio quo profundo. Dani. 3. porro viros illos qui miserant sydrach misach & abdenago. Pro quo hebrei legunt. Qui ascēdere fecerant. Et in eodem. 6. Et danielem precepit educi de lacu. & in eodem. Eductusqꝫ est daniel de lacu.

Educere. נָעַל Offirmare Claudere. Cōcludere מַנְעוּל Nectio. Pesulum. נַעַל Calciare. נַעַל Calciamē tum. מַנְעָל calciamēti נַעֲלַיִם calciamēta נַעֲלַיִם

נָעַל naal. Claudere. offirmare. scilicet clausura vel sera. calciare. Iudi. 3. Clausis diligentissime ostiis cenaculi & offirmatis sera. Et in eodem. Viderunt clausas fores cenaculi. Canti. 4. Hortus conclusus soror mea sponsa hortus conclusus. idest clausus. & inde מַנְעוּל manul. idest sera seu vectis quo ostium clauditur. Nec. 3. Et statuerunt valuas eius & vectes. in alio vero loco. Beatus hieronymus transtulit Pesulum ostii. Canti. 5. Pesulum ostii mei aperui dilecto meo. Item נַעַל naal. idest calciare. 2. Paralipo. 28. Cumqꝫ vestisset eos & calciassent. Ezech. 16. & calciaui te hyacintho. & inde מִנְעָל naal. cum accenta in prima. idest calciamentum. Exo. 3. Solue calciamentum de pedibus tuis. Deut. 25 Et tollet calciamentum de pede eius. Et in eodem. Et vocabitur nomen eius in israel domus discalciati. Pro quo hebrei legunt. Domus discalciati calciamenti. p̄s. 59. In idumeam extendam calciamentum meum. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מִנְעָל manal. Deut. 33. ferrum & es calciamentum tuum. & in plurali נְעָלִים nealim siue נַעֲלַיִם naalaim. Exo. 12. Et calciamenta habebitis in pedibus. Esa. 5. nec rumpetur corrigia calciamenti eius. quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet calciamentorum eius. Et in eodem. 11. Ita vt transeant per eum calciati. pro quo

hebrei legunt. vt tranſeant per eum cū calciamētis. Amos. 2. Et pauperem pro calciamentis. Reperitur etiam נַעֲלוֹת Naaloth. ſecundum terminationem pluralem femininorū Ioſ. 9. Calciamentaq; perantiqua que ad indicium vetuſtatis pitatiis conſuta erant.

Calciamēta.

נַעַם Naam. ſuaue vel iocundum eſſe: ſeu dulce vel amenū eſſe. placere. decorum eſſe. 2. Reg. 1. frater mi ionatha decore nimis. Pro quo hebrei legūt. frater mi ionatha iocū dus vel ſuauis fuiſti mihi nimis. ſiue placuiſti mihi nimis aut decor⁹ fuiſti mihi nimis. p̄s. 140. Et audiāt verba mea quoniam potuerunt. pro quo beatus hierōymus in pſ. iux ta he. ve. tranſtulit. Et audient verba mea quoniam decora ſunt. Prouer. 2. Et ſcientia anime tue placuerit. Et in eo. 9. Et panis abſconditus ſuauior eſt. Et in eodem. 24. Qui ar guunt eum laudabuntur. Pro quo hebrei legunt. Et arguē tibus ſuaue ſiue iocūdum eſt. & inde נְעִים naim. i. iocūdus. ſuauis. decorus. egregius. 2. Reg. 23. Egregius pſaltes iſra el. Ps. 80. Pſalterium iocundum cum cithara. Ps. 132. Ecce q̄ bonum & q̄ iocundum. p̄s. 134. Pſallite nomini ei⁹ quo niam ſuaue eſt. Ps. 146. Deo noſtro ſit iocunda decoraq; laudatio. Prouer. 22. Que pulchra erit tibi cum ſeruaueris eam in ventre tuo. Et in eo. 24. Vniuerſa ſubſtantia pre cioſa atq; pulcherrima. & in plu. נְעִימִים Neimim. 2. Reg. 1. Saul & ionathas amabiles & decori valde. Iob. 31. Comple bunt dies ſuos in bono & annos ſuos in gloria. pro quo he brei legunt. Et annos ſuos in iocunditatibus vel in ſuauita tibus. Et inde נֹעַם Noam. ideſt iocunditas. vel ſuauitas. aut decor. p̄s. 90. Et ſit ſplendor domini dei noſtri ſuper nos. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Et ſit decor dñi dei noſtri ſuper nos. Prouer. 16. Fauus me lis compoſita verba. pro quo he. le. Fauus melis verba io cunditatis vel ſuauitatis. Et in plu. נְעִימוֹת Neimoth. p̄s. 16. Delectationes in dextera tua in eternum. pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio trāſtulit. Decores in dex tera tua eternos. Et aliquando ſcribitur cum mem in prin cipio. p̄s. 140. & non cōmunicabo cum electis eorum. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit. Nec comedere in deli ciis eorum. ideſt in ſuauitatibus eorum. Scribitur etiam cū nun in fine & dicitur נַעֲמָן naaman. & in plu. נַעֲמָנִים naama nim. Eſa. 17. Propterea plantabis plantationem fidelem. Pro quo hebrei legunt. Propterea plantabis plantationes iocundas vel ſuaues.

Placere.

Egregius. Iocūdus. Suauc.

Pulcher⁹

Decori.

Iocunditates

Decor.

Decores.

Delicie

Iocūde

נַעַן Naas. Genus arboris humilis. & ſcribitur cum dupli ci ſādich & dicitur נַעֲצוּץ naaſus. pro quo beatus hiero nymus tranſtulit ſaliunculam. Eſa. 55. pro ſaliuncula aſcē det abies. Et in plu. נַעֲצוּצִים naaſuſim. pro quo beatus hie ronymus tranſtulit fruteta. Eſa. 7. Et vniuerſis frutetis & in vniuerſis foraminibus.

Salſicula

Frutcta.

נָעַר Naar. excutere. cōcutere. expergiſci. ſiue conſurgere. Exo. 14. Et inuoluit eos dominus in mediis fluctib⁹. pro quo hebrei legunt. & excuſſit dñs egyptios in medio maris. Ps. 135. Et excuſſit pharaonem & virtutem eius in mari rubro. Iudi. 16. Egrediar ſicut ante feci & me excutiā. Nee. 5. Inſuper excuſſi ſinum meum & dixi: ſic excutiet deus omnem virum. Iob. 38. Et excuſſiſti impios ex ea. Ps. 108. Et excuſſus ſum ſicut locuſta. Eſa. 33. Et concuſſa ē ba ſan & carmelus. Et in eo. Et excutit man⁹ ſuas ab omni mu nere. Et in eodem. 52. Excutere de puluere. Hiere. 51. Ex cutient comas veluti catuli leonum. Significat etiam exp giſci vel conſurgere. Zach. 2. Quia conſurrexit de habita culo ſancto ſuo. & inde נְעָר nóar. ideſt excuſſio. p quo bea tus hieronymus trāſtulit tempeſtatem. Iob. 36. Morietur in tempeſtate anima eorum. & inde נְעֹרֶת neoreth. i. ſtuppa.

Excutere.

Cōſurgere נָעַר

Tempeſtas נְעָרֶת

ſeu fauilla ſtuppe q̄ excutitur ex lino. Iudi. 16. Quomodo ſi rūpat quis filum de ſtuppa. Eſa. 1. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe. Itē נַעַר ndar. i. puer. iuuēis. adoleſcēs. Geñ. 37. Paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer. Et in eo. Puer non comparet. Ruth. 2. Dixitq; booz iuueni qui preerat meſſoribus. 1. Reg. 1. puer autem erat adhuc infan tulus. Prouer. 1. Et adoleſcenti ſcīētia & intellectus. Hiere. 1. Quia puer ego ſum. Accipitur ēt pro miniſtro vel famu lo. eo quod communiter puer maiori & ſeniori miniſtrat. Iudi. 7. Deſcendat tecum phara puer tuus. ideſt miniſter vt famulus tuus. 4. Reg. 5. Dixitq; giezi puer viri dei. i. mini ſter eius. Ponitur etiam pro ignaro vel rudi. 2. Paralip. 13. Porro roboan erat rudis & corde pauido. Accipitur etiam pro quocunq; animali dum eſt in tenera etate. Zach. 11. Di ſperſum non queret & contritum non ſanabit. pro quo he brei legunt. puerum non queret. ideſt pecus tenerum non queret. Et in plurali נְעָרִים nearim. ideſt pueri. iuuenes. a doleſcentes. 2. Reg. 2. Surgant pueri. 5. Reg. 20. per pediſe quos principum prouinciarum. pro quo hebrei legunt. p pueros principum prouinciarum. Et in eodem. Egreſſi ſūt autem pueri principū prouinciarum. Iob. 29. Videbāt me iuuenes & abſcondebantur. Ponitur etiam pro miniſtris. Nee. 5. Sed & miniſtri eorum depreſſerant populum. Et in genere feminino נַעֲרָה naara. Geñ. 24. puella decora ni mis. Ruth. 2. Cuius eſt puella hec. 3. Reg. 1. Queramus do mino noſtro regi adoleſcentulam virginem. Et in plurali. נְעָרוֹת nearoth. Geñ. 24. Igitur rebecca & puelle illius aſcē ſis camelis ſecute ſunt virum. Exo. 2. Et puelle eius gradie bātur per crepidinē aluei. Eſter. 2. querātur regi puelle vir gines. & ide נְעוּרִים neurim. i. puericia. iuuētus. & declinatur tantum pluraliter. p̄s. 128. Sepe expugnauerunt me a iuuē tute mea. p̄s. 127. Ita filii excuſſorum. pro quo beatus hie ronymus in pſal. iuxta he. ve. tranſtulit. Ita filii iuuentutis. Poteſt etiam legi excuſſorum ſecundum primam ſignifi cationem. Reperitur etiam נְעוּרוֹת neuroth. ſecundum ter minationem pluralem femininorum. Hiere. 32. Iugiter fa cientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

Puer.

Iuuenis. Adoleſcēs

Miniſter. Famulus.

Rudis.

Pecus & tenerum.

נְעָרִים Pueri.

Puella. Adoleſcentula.

נְעוּרוֹת Puelle.

נְעוּרִים Iuuentus.

adoleſcētia

נָפַח naphach. inſuflare. inſpirare. exſuflare. ſpirare. ſuccen dere. affligere. Geñ. 2. Et inſpirauit in faciem eius ſpi raculū vite. Eſa. 54. Ecce ego creaui fabrum ſuflantem in igne prunas. Ezech. 22. Vt ſuccendā in ea ignē ad cōflandū ideſt ad ſuflandum. Et in eodem. 37. Et inſufla ſuper inter fectos iſtos. Aggei. 1. Et intuliſtis in domum & exſuflaui il lud. Malach. 1. & exſuflatis illud. Hiere. 15. Defecit anima eius. ideſt ſpirauit. ponitur etiam pro ſuccendere. Iob. 20. Deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur. Et in eo. 41. Si cut olle ſuccenſe atq; feruentis. Hiere. 1. Ollam ſuccen ſam ego video. & inde מָפוּחַ mapūach. ideſt ſuflatorium quo ignis ſuccenditur. Hieremie. 6. Defecit ſuflatorium in igne. ponitur etiam predicta dictio pro affligere. Iob. 31. Et animam agricolarum eius afflixi. & ide מַפָּח mapach. ideſt dolor ſeu afflictio. pro quo beatus hieronymus tran ſtulit abominationem. Iob. 11. Et ſpes illorum abominatio anime.

Inſpirare Suſtare. Inſufare. Exſuflare. Spirare. Succēdere

מָפוּחַ Suflatorium

Affligere. מַפָּח

abominatio

נֹפֶךְ Nópech. carbunculus lapis precioſus. Exo. 28. In ſecū do. ſcilicet verſu carbūculus & ſapphyrus & hyaſpis. E zech. 28. Sapphyrus & carbunculus & ſmaragdus.

Carbūcul⁹

נָפַל Naphal. cadere. concidere. ruere. corruere. iacere. irrue re. inferiorem eſſe. tranſfugere. Geñ. 4. Et cōcidit vul tus eius. & in eo. Cur concidit facies tua. Et in eodem. 15. Sopor irruit ſuper abraam & horror magnus & tenebro ſus inuaſit eum. ideſt cecidit ſuper eum. Et in eodem. 17. ce cidit Abraam in faciem ſuam. Et in eodem. 24. Deſcendit

Concidere

irruere.

Cadere.

סָתַם Satham. obturare. obstruere. claudere. abscondere. Gen.26. Omnes puteos quos foderant serui patris illius abraam illo tempore obstruxerunt implentes humo. Et in eodem. Et quos illo mortuo olim obstruxerant philistiim. 4. Reg.3. Cũctosq; fõtes aquarum obturabitis. 2. Paralipo.32. Vt obturaret capita fontium qui erant extra vrbem. & in eodẽ. Et obturauerũt cunctos fontes. & in eodẽ. Ipse est ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarũ gion. Nec.4. Et quod cepissent interrupta concludi. Et aliquãdo scribitur cũ sin loco sámach. Nu.24. Dixit homo cuius obturatus est oculus. Threñ.3. Exclusit orationẽ meã. Pro quo hebrei legunt. Clausit orationem meã. i. clausit ne ingrederetur in conspectu eius. Et inde סָתוּם Sathum. i. clausum seu absconditum vel occultum: aut secretum siue arcanum. ps.50. Incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi. Pro quo hebrei legunt. In abscõdito & in occulto vel arcano sapientiã vel sapientie manifestasti mihi. Vnde beatus hieronymus in psal. iuxta he.ve. transtulit. Absconditũ & arcanũ sapiẽtie tue manifestasti mihi. Ezech.28. Omne secretum non est obscõditũ a te. Dañ.12. Quia clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad prefinitum tempus.

Obſtruere Obturare. claudere. Occultum arcanum. ſecretum clauſum

סָתַר Sathar. occultare. latere. abscondere. ptegere. vt Geñ. 4. Et a facie tua abscondar. Deut.7. Qui te fugerint & latere poterint. Deut.29. Abscondita dño deo nostro. i. peccata abscondita vel occulta diuino iudicio reseruãtur punienda. & in eodem.32. abscondam faciem meã ab eis. Iob 34. Ex quo absconderit vultũ quis est qui cõtempletur eũ. ps.18. Nec est qui se abscõdat a calore eius. ps.55. Nõne dauid absconditus est apud nos. Prouer.27. Melior est manifesta correctio q̃ amor abscõditus. Esa.16. Absconde fugiẽtes. & in eodem.29. Et intellectus prudentium eius abscondetur. & in eodem. Vt a dño abscondatis cõsilium. & in eodem.40. Abscondita est via mea a dño. & in eodẽ.45. Tu es deus abscõditus. & in eodẽ.49. In pharetra sua abscõdit me. & in eodem.53. Et quasi absconditus vultus eius. Et in eodẽ.59. Peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. Hiere.36. Abscõdit autẽ eos dñs. Significat etiã protegere. Vt. ps.16. Sub vmbra alarũ tuarũ protege me. ps.63. Protexisti me a cõuentu malignantium. Esa.28. Et mẽdacio protecti sumus. Scribitur etiã cum sin loco sámach. vt.1. Reg.5. Et computrescebant prominentes extales eorum. Pro quo hebrei legunt. Et occultabantur eis ficus. ſ. quos habebãt in ano. Et inde סֵתֶר Séther. i. locus abscõditus vel occultus. latibulũ seu ptectio vel refugiũ. ps.30. Abscõdes eos ī abscõdito faciei tue. vbi põitur verbũ & nomẽ ab eo deriuatum. ps.31 Tu es refugiũ meũ. ps.80. Audiui te in abscondito tẽpestatis. ps.90. qui habitat ī adiutorio altissimi. p quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Qui habitat in absconditio excelsi. Esa.16. Esto latibulũ eorũ. & in eo.28. Et protectionẽ aque inundabũt. Scribitur etiã cũ he in fine & dñ סִתְרָה sithra. Deut.32. & in necessitate vos ptegant. & aliq̃ scribitur cũ mem in principio & dñ מִסְתָּר misthar. siue מִסְתּוֹר Misthor. vt. ps.9. Insidiatur ī abscõdito quasi leo in spelunca sua. Esa.4. Et securitatem & absconsionem a turbine & a pluuia. & in pluralimמִסְתָּרִים Mistharim. ps.9. sedet in insidiis cũ diuitibus in occultis. Hiere.23. Si occultabitur vir in abscõditis & ego non videbo eũ. & in ligua chaldaica

occultare סֵתֶר abſcõdere Latere abſcõditus protectio latibulum סִתְרָה מִסְתָּר מִסְתּוֹר abſconſio מִסְתָּרִים Occultus. abſcondita

מְסָתְּרָתָא Abſcõdita. dicitur מְסָתְּרָתָא Meſatheratha. Dañ. 2. Et ipſe reuelat profunda & abſcondita.

De incipientibus a littera. ע Aim.

עָב Aab. ſpiſſum. groſſum. denſum. nubes. ſ. dẽſa. ſeu caligi noſa. 5. Reg. 7. Et epiſtylia ſuper colũnas fecit. Pro quo hebrei legũt. Et groſſitudo ſiue ſpiſſitudo ſuper faciem earum. ſ. erat. Et in eodem. Groſſitudo autem luteris triũ vnciarum erat. Hiere. 52. Porro groſſitudo eius quattuor digitorũ erat. Ezech. 41. Et erant groſſiora ligna in veſtibuli fronte. Et in eodem. Secundum latera domus latitudinẽq; parietum. i. ſecundum ſpiſſitudinem vel groſſitudinem parietum. Vide etiam de hoc infra in dictione עָבָה Aaba. ſignificat etiam nubem. Eſa. 14. Aſcẽdam ſuper altitudinem nubiũ. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet nubis. Et in eodem. 19. Ecce dñs aſcẽdet ſuper nubẽ leuem. Ponitur etiam pro caligine. Exo. 19. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis. Item ponitur pro imbre. Prouer. 16. Quaſi imber ſerotinus. i. quaſi nubes imbris ſerotini. Et in plurali עָבִים Aabim. Iudi. 5. Celiq; ac nubes ſtillauerũt aquis. Iob. 22. Nubes latibulum eius. Vide etiam de hoc infra in dictione עִיב Iib.

Groſſitudo

Groſſus

Nubes. Caligo.

Imber. Nubes.

Nubes.

עָבַד Aabad. ſeruire. miniſtrare. operari. laborare. Geñ. 14. Duodecim enĩ annis ſeruierunt chodorlaomor. Et in eodem. 15. Et ſubiicient eos ſeruituti. i. ſeruire facient eos. Et in eodem. 29. Gratis ſeruies mihi. & in eodem. Seruiã tibi pro rachel filia tua. Exo. 4. Dimitte filium meũ vt ſerviat mihi. Et in eodem. 21. Sex annis ſeruiet tibi. Nu. 18. Solis filiis leui mihi in tabernaculo ſeruientibus. Pro quo hebrei legunt. Et ſeruiet leui ipſe in miniſterio tabernaculi ſederis. i. tribus leui. Deu. 6. Deum tuũ timebis & ipſi ſeruies. Iudi. 4. Ne ſeruiatis hebreis. z. Reg. 21. Cui ego ſeruiturus ſum. Et in eodem. Sicut parui patri tuo: ita parebo & tibi. Pro quo hebrei legunt. Sicut ſeruiui patri tuo: ita ero ante te. 3. Reg. 16. Et ſeruiuit baal & adorauit eum. Iob. 36. Si audierint & obſeruauerint. Pro quo hebrei legunt. Si audierint & ſeruierint. Et in eodem. 39. Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi. p̃s. 2. Seruite domino ĩ timore. Eccls. 5. Rex imperat ſeruienti. Eſa. 14. & a ſeruitute dura quã ante ſerui uiſti. Et in eo. 19. Et colent eum hoſtiis atq; muneribus. Hiere. 27. Et ſeruient ei gentes multe. Et quãdo in hebreo ſequitur pronomen cum iſta prepoſitione in: tunc ponitur p opprimere. Exo. 1. Omniq; famulatu quo terre operib? premebantur. Leuit. 25. Non eum opprimes ſeruitute famulorum. Significat etiam operari vel laborare. aut facere. Geñ. 3. Vt operaretur terram de qua ſumptus eſt. Et in eodem. 4. Cum operatus fueris eam. Leuit. 25. Vſq; ad annum iubilei operabitur apud te. Deut. 21. Que non traxit iugum nec terrã ſcidit vomere. Pro quo hebrei legunt. Qua non fuerit operatum: que non traxerit iugum. i. que non arauerit terram nec traxerit iugum. 2. Reg. 9. Operare igitur ei terram. Eſa. 19. Et confundentur qui operabantur linum. Hiere. 10. Dii qui celos & terram non fecerũt. Ponitur etiam pro arare: quod eſt idem quod terram operari. Ezech. 36. Et arabimini & accipietis ſemẽtem. Et inde verbum tertie cõiugationis. i. ſeruire facere. laborare facere. opprimere. Exo. 1. Et affligebant inuidentes & illudentes eis. Pro quo hebrei legunt. Et ſeruire fecerũt egyptii filios iſrael in violentia ſeu violenter. 2. Paralipo. 34. Et fecit omnes qui reſidui fuerãt in iſrael ſeruire domino. Eſa. 43. Nõ te ſeruire feci in oblatione. Hiere. 7. Et ſeruire faciam te inimicis tuis. Et inde עֶבֶד Aabed. ſiue עֵבֶד Eebed. idẽſt ſeruus. mininiſter. famulus. Geñ. 9. Seruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Et in eo. 44. Manebo itaq; ſeruꝰ tuus pro puero. Et in eo. 41. Eiuſdẽ ducis militum famulus. Exo. 21. Si emeris ſeruum hebreum. Deut. 15. Vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua. Iob. 7. Sicut ceruus deſiderat vmbrã. debet legi. Sicut ſeruus. Et ſic eſt in bibliis noſtris antiquis. & in titulo. Ps. 17. Vbi dicitur in finem puero domini Dauid. idẽſt ſeruo vel famulo domini. Et in plurali עֲבָדִים Aabadim. idẽſt ſerui. Geñ. 20. Vocauit ſeruos ſuos. & in eodẽ. 47. Tui erimus eme nos in ſeruitutem regiam. Pro quo hebrei legunt. Eme nos & terram noſtram pro frumento: & erimus nos & terra uoſtra ſerui pharaonis. Deut. 6. Serui eramus pharaoni. p̃s. 122. Sicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum. Et inde עֲבוֹדָה Aaboda. ſiue עֲבֻדוּת Aabduth. idẽſt ſeruitus. opus. miniſterium. Geñ. 21. Pro opere quo ſeruiturus es mihi. Exo. 1. Atq; ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris. Et in eodem. omniq; famulatu. Nume. 4. Ingredientes ad miniſterium tabernaculi & onera portanda. Pro quo hebrei legunt. Omnis qui ingreditur ad operandum opus miniſterii & ad opus oneris. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. 2. Paralipo. 12. Vt ſciant diſtantiam ſeruitutis mee & ſeruitutis regni terrarum. Eſd. 9. Et in ſeruitute noſtra non dereliquit nos deus noſter. Eccls. 9. & opera eorum in manu dei. Eſa. 28. Et operaretur opus ſuum. & in eodem. 32. Et cultus iuſtitie ſilentium. i. opus vel ſeruitus iuſtitie. Et in lingua chaldaica dicitur עֲבִידְתָּא Abidtha. Dañ. 2. Et conſtituit ſuper opera babylonis ſidrach miſach & abdenago. Scribitur etiam cum mem in principio. vt Iob. 34. Nouit enim opera eorum. Et inde עֲבוּדָה Abuda. i. familia operãtium. Iob. 1. Et familia multa nimis.

Famulus

Puer

Serui

Opus

Famulatꝰ miniſterij

Seruitus

Cultus

Opus

Familia

עָבָה Aaba. impinguare. incraſſari. groſſum eſſe. dẽſum ſiue ſpiſſum eſſe. Deut. 32. Incraſſatus impinguatus dilatatus. 3. Reg. 12. Minimus digitus meus groſſior eſt dorſo patris mei. Et inde עֹבִי Oobi. idẽſt craſſitudo ſeu craſſum aut pigue. 2. Paralipo. 4. In regione iordanis fudit ea rex in argilloſa terra. Pro quo hebrei legũt. In pĩguedine terre ſiue in craſſitudine terre: idẽſt in pingui & dẽſa terra ſicut eſt terra argilloſa. Iob. 15. Et pingui ceruice armatꝰ eſt. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲבֶה Naabe vt. 3. Reg. 7. In campeſtri regione iordanis fudit ea rex in argilloſa terra. exponatur ſicut ſupra.

Impiguare

Groſſũ eſſe

עֲבִי

Craſſitudo

Pinguis

מַעֲבֶה

Argilloſa.

עָבַט Aabat. pignorare. pignus auferre. muttare. declinare. Deut. 24. Non ingrediaris domũ eius vt pignus auferas. Pro quo hebrei legunt. Vt pignores pignus eius. Et inde עֹבֶט Aabot. idẽſt pignus vt in predicto loco. Et in eodem. Et ille tibi proferet quod habuerit. Pro quo hebrei legunt. Et ille proferet tibi pignus foris. & quia ſuper pignore mutuatur: ideo ponitur etiam predicta dictio pro mutuare. Deut. 15. Et dabis mutuum quo eum indigere perſpexeris. Pro quo hebrei legunt. mutuans mutuabis ei quo indiget. ſignificat etiam declinare. Ioel. 2. Non declinabunt a ſemitis ſuis.

Pignus. auferre

Pignerat

עֹבֶט

Pignus

עַבְטִיט Aabtit. dictio compoſita eſt: a עַב Aab. quod ſignificat denſum: & טִיט Tit. q̃ ſignificat lutũ. i. dẽſum lutum. Abach. 2. Aggrauat contra ſe denſum lutum.

Densus luti

עָבַר Aabar. tranſire. preterire. progredi. tranſgredi. iraſci. differre. concipere vel impregnare. Geñ. 15. Et lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. Et in eodem. 32. In baculo meo tranſiui iordanem iſtum. Et in eodom. 33. Et ipſe progrediens adorauit. Pro quo hebrei legunt. Et ipſe tranſiuit ante eos ſiue progreſſus eſt ante eos & adorauit. Exo. 12. Et tranſibo per terram egypti nocte illa. Nume. 12. Obſecro vt liceat mihi tranſi-

Tranſire

Progredi

re per terram tuam. Deut.28. Vt tranſeas in federe domini dei tui. Ioſ.1. Tranſi iordanem iſtum. 2. Reg.16. Cum tranſiſſet dauid paululũ montis verticem. & in eodem.17. Tranſierunt feſtinanter. Iob.13. Quodcunq; mihi mẽs ſuggerit. Pro quo hebrei legunt. Et tranſeat ſuper me quodcũq;. Sed beatus hieronymus trãſtulit ſenſũ. p̃s.16. Et non eſt inuẽta in me iniquitas vt nõ loquatur os meũ. Pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatẽ tranſtulit. Et non inueniſti cogitationes meas non tranſire os meũ. p̃s.36. Et tranſiui & ecce non erat. p̃s.80. Manus eius in cophino ſeruierũt. Pro quo beatus hieronymus in predicto pſalterio tranſtulit. Manus eius a cophino receſſerũt i. tranſierunt. Prouer.8. Ne tranſirent fines ſuos. Eſa.40. Et a deo meo iudicium meum tranſibit. Hiere.2. Et dixiſti non ſeruiam. Pro quo hebrei legunt. Et dixiſti non tranſibo. Sed ſi ſcribatur cum littera daled que eſt quaſi eiuſdem figure ſicut littera res: tunc ſignificat ſeruiã ſicut eſt in littera noſtra. & in eodem.34. Et tranſierunt inter diuiſiones eius. ſignificat etiã tranſgredi. Nu.14. Quare tranſgredimini verbum dñi. Deut.17. Vt tranſgrediantur pactum illius. 2. Paralipo.24. Quare vos trãſgredimini preceptũ domini. p̃s.103. Terminũ poſuiſti quem non tranſgredientur. Hiere.23. Et quaſi homo madidus a vino. pro quo hebrei legũt. Et quaſi homo quem trãſcendit vinũ. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Dicitur etiã tranſlatiue de moneta currente. i. hinc inde trãſeunte per manus mercatorum. Geñ.23. Quadringentos ſiclos argenti probate monete publice. Pro quo in hebreo legitur. Quadrigẽtos ſiclos argenti tranſeuntis mercatori. Et inde verbũ tertie coniugationis. i. tranſire facere: traducere. trãſferre. Geñ.32. Traductis omnibus que ad ſe ptinebant. & in eodẽ.47. Et cũctos populos eiꝰ a nouiſſimis terminis egypti. Pro quo hebrei legunt. Et cunctos populos trãſire fecit ſiue trãſtulit ad ciuitates: a nouiſſimis terminis egypti. i. habitatores vniuſcuiuſq; ciuitatis fecit tranſire ad aliam: vt nullus que ſua erant poſſideret. Exo.36. Iuſſitq; moyſes preconis voce cantari. Pro quo hebrei legunt. Iuſſitq; moyſes & tranſire fecerunt vocem. i. preconem per caſtra. Leuit.25. Et clãges buccina mẽſe ſeptimo. Pro quo hebrei legunt. Et tranſire facies buccinã mẽſe ſeptimo. Deut.18. Ne inueniatur in te qui luſtret filiũ aut filiã ſuam ducens per ignẽ. Pro quo hebrei legunt. Non inueniatur in te tranſire faciens vel tranſferens filium aut filiam ſuã per ignẽ. Ioſ.7. Quid voluiſti traducere populum iſtum iordanẽ. 1. Reg.2. Vt trangredi faciatis populum dñi. & in eodẽ.20. Iecit aliam ſagittã trans puerũ. Pro quo hebrei legunt. iecit ſagittã vt trãſire faceret eũ. 2. Reg.12. Et traduxit in typo laterũ. i. tranſire fecit. & in eodem.19. Et traduceret eum iordanem. Et in eodem. Trãſierunt vada vt traducerent domũ regis. 2. Paralipo.15. Et abſtulit idola de omni terra iuda. Pro quo hebrei legunt. Et tranſire fecit ſiue tranſtulit idola de omni terra iuda. Et in eodem 33. Et trãſire fecit filios ſuos per ignem. Hiere.15. Et adducam inimicos tuos de terra quã neſcis. i. tranſferã. Et inde עֵבֶר Eeber. i. trãs. ex aduerſo. ante. pars. Exo.25. Vt luceat ex aduerſo. Eſa.9. Trans iordanẽ galilee. Ezech.9. Vnũqd q; ante faciem ſuam gradiebatur. & preponitur ei littera beth. Et dicitur בְּעֵבֶר Beeber. Deut.1. Hec ſunt verba que locutus eſt moyſes trans iordanem. Ioſ.1. Quam tradidit vobis moyſes trans iordanem. i. in altera parte iordanis. Et aliquando ſcribitur cum littera mem in principio & dicitur מֵעֵבֶר Meeber. Ioſ.18. Que eſt trans flumen ethiopie. Ponitur etiam עֵבֶר Eeber. pro parte. 1. Reg.14. Separamini vos in partem vnam; & ego cũ ionatha filio meo ero in parte altera. Eſa.45. vnuſquiſq; in via ſua errauerunt. ideſt in partem ſuam. Et in plurali עֲבָרִים Aabarim. Hiere.49. Ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos. Pro quo hebrei legunt. Ex omnibus partibus eorum. Et inde הָעֲבָרָה Haabara. i. tranſitus ſeu vadum fluminis. Vt.2. Reg.19. Et irrumpentes iordanem tranſierunt vada. Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעְבַּר Maabar ſine מַעֲבָרָה Maabara. Geñ.32. Tranſiuit vadum iaboc. Eſa.10. Tranſierunt curſim. Pro quo hebrei legunt. Tranſierũt vadum vel tranſitum aut tranſitu. Et in plurali מַעְבָּרוֹת Maabaroth. Ioſ.2. Secuti ſunt eos per viã que ducit ad vada iordanis. Iudi.3. Et occupauerunt vada iordanis. Hiere.51. Et vada preoccupata ſunt. Et inde עִבְרִי Iibri. ideſt hebreus. Geñ.14. Nunciauit Abram hebreo. Et in eodem.41. Erat ibi puer hebreus. Et in plurali עִבְרִים Iibrim. ideſt hebrei. Exo.2. Conſpexit duos hebreos rixantes. Et in eodem.3. Dominus deus hebreorum vocauit nos. Ponitur etiã עֵבֶר Eeber in ſingulari pro hebreis. Nu.24. vaſtabunt aſſyrios vaſtabuntq; hebreos. & vocantur ſic eo quod patres eorum habitauerunt trans flumen eufratem: & inde venit Abraam qui fuit dictus hebreus. quod interpretatur tranſitor. Ioſ.24. Trans flumen habitauerunt patres veſtri ab initio. Et infra in eodem. Tuli ergo patrem veſtrum Abraam de meſopotamie finibus. pro quo hebrei legunt. De trans flumen. Et inde בְּעָבוּר Baabur. ideſt idcirco. vt. pro. propter. propterea. Exo.9. Idcirco autem poſui te. 2. Reg.12. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaſti. p̃s.104. Vt cuſtodiãt iuſtificatiões eius. p̃s.131. Propter dauid ſeruũ tuum. Amos.2. Et pauperem pro calciamentis. Mich.2. Propter immũdiciam ſuam corrumpetur. Scribitur etiam aliquando cum lamed in principio & dicitur לְבַעֲבוּר Lebaabur. Exo.20. Vt enim probaret vos venit deus. Item עָבַר Aabar. quando eſt verbum quarte coniugationis tunc ſignificat iraſci: ſiue differre. Deut.3. Iratuſq; eſt dominus mihi. p̃s.77. Audiuit dominus & ſpreuit. ideſt iratus eſt. Et in eodem. Et hereditatem ſuam ſpreuit. Pro quo hebrei legunt. Contra hereditatem ſuam iratus eſt. p̃s.88. Diſtuliſti chriſtum tuum. Pro quo Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit iratus es ad uerſus chriſtum tuum. Prouer.14. Stultus tranſiuit & confidit. Pro quo hebrei legunt. Et ſtultus iraſcitur & cõfidit. Poteſt etiã legi ſicut eſt in littera noſtra ſecundũ primã ſignificationem. & in eodem.26. Sic qui tranſit & impatiens. ideſt iraſcens commiſcetur rixe alterius. Et inde עֶבְרָה Eebra. ideſt ira. indignatio. p̃s.77. Indignationem & iram & tribulationem. Prouer.27. Et virga ire ſue conſumabitur. Eſa.10. Et contra Populum furoris mei mandabo illi. Et in eodem.16. Et indignatio eius pluſquam fortitudo eius. Hiere.7. Reliquit generationem furoris ſui. Et in plurali עֲבָרוֹת Eebroth. Iob.21. Ad diem furoris ducetur. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet ad diem furorum vel indignationum. Et in eodem. 40. Diſperge ſuperbos in furore tuo. Pro quo hebrei legunt. Diſperge indignationes furoris tui. p̃s.7. Exaltare in finibus inimicorum meorum. Pro quo hebrei legunt. Exaltare in indignationibus ſiue in furoribus hoſtium meorum. Vnde Beatus Hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. Exaltare indignans ſuper hoſtes meos. Poteſt etiam legi ſic. Exaltare in partibus vel in finibus inimicorum. Nam עֵבֶר Eeber ſignificat partem vel cõfinium. vt ſupra dictũ eſt. Item עִבֵּר Ibbar. i. concipere. Iob.21. Bos eorum concepit. Hebrei tamen legunt. Bos eorũ ipregnauit. Item עָבוּר Aabur. i. fructũ ſeu frumentum. aut fruges. Ioſ.

Trãſgredi.

Trãſcẽdere.

Trãſferre. Traducere.

Trãſgredi facere.

Auferre.

Adducere ex aduerſo. Trans. Ante.

Trans.

Trans.

Pars.

עֲבָרִים Confinia. Partes.

הָעֲבָרָה Vadum.

מַעְבַּר מַעֲבָרָה Tranſitus

מַעְבָּרוֹת Vada.

עִבְרִי Hebreus.

עִבְרִים Hebrei.

עֵבֶר Hebrei.

עֶבְרָה Indignatio Ira. Furor.

עֲבָרוֹת Furores.

Differre.

עֵבֶר עֵבֶר Concipere Impregnari. עָבוּר

Idcirco. Propter. Vt. Pro.

לְבַעֲבוּר Vt

עָבַר Iraſci.

Fruges. 5.Et comederunt de frugibus terre. Et in eodem. Defecit mana postquam comederunt de frugibus terre. Et dicunt hebrei ף significat frumētum anni transacti:a prima significatiõe deriuatum. Item עָבַר Aabar.idest affigere.3. Reg. 6.Et affixit laminas clauis aureis.Et aliqui hebrei secūdū primam significationem legunt.Et transire fecit laminas aureas.idest transire fecit eas in pariete ab vno angulo parietis in alterum.

עָבַר Affigere.

עָבַשׁ Aabas.Computrescere.Ioel.1. Computruerunt iumenta in stercore suo.& solū inuenitur in p̄dicto loco.

Computrescere.

עָבַת Aaboth.Densum.frondosum.coherens.vinculum. Leuit.23.Et ramos ligni densarum frōdium.Ezech. 6.Subter omnem quercum frondosam.& in eodem.31.Et dedit summitatem suam virentem atq; condensam. Et in plurali עֲבֹתִים Aabothim.secundum terminationem pluralem masculinorum siue עֲבֹתוֹת Aabothoth.secundum terminationem pluralem femininorum. Ps.117. Constituite diem solennem in condēsis. Ezech.31. & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius.Ponitur etiam pro funiculis vel laqueis seu vinculis sibi inuicem coherentibus ad similitudinem ramorum arboris condense se inuicem complectentium. Exo.28. Duas catenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes. Iudi.16.Si ligatus fuero nouis funibus.p̄s.2.Et proiiciamus a nobis iugum ipsorum. Pro quo beatus hiero.in psal.iuxta he.ve.transtulit.Et proiiciamus a nobis laqueos eorum.Esa.2.Et quasi vinculum plaustri peccatum.Osee.11.In vinculis charitatis.& inde verbum עָבַת Aabath.idest intricare siue peruertere. secundū hebreos.Beatus hieronymus transtulit conturbare. Mich. 7.Et conturbauerunt eam.

Densum. frondosū. Condensa. עֲבֹתִים עֲבֹתוֹת Condense. Condēse. frondee. Coherētes funes. laqueus. Vinculum Vincula. עֲבֹת Cōturbat.

עָגַב Aagab. Amare. scilicet mulierē.insanire. scilicet prae amore.Hiere.4.Contēpserūt te amatores tui.Ezech. 25.Et in omnibus in quos insaniuit in immundiciis eorū. Et in eodem.Super quos insaniuit libidine. & in eodem. Plusq̄ illa insaniuit libidine.Et in eodem. & insaniuit in amatores suos.& in eodem.Et insaniuit super eos concupiscentia oculorum.& inde עֲגָבִים Aagabim.idest canticū dulce & suaue quod amatores insani canunt.Ezech.33. Quia ī canticum oris sui vertunt illos.Et in eodem. Et es eis quasi carmen musicum quod suaui dulciq; sono canitur. & inde עוּגָב Vgab.idest organum.Geñ.4.Ipse fuit pater canentium in cithara & organo. Iob.30.Et organum meū invocē flentiū.Ps.150. Laudate eum in chordis & organo.

עָגַב Amare. Insanire. עֲגָבִים Canticum musicum suaue et dulce. עוּגָב Organum

עָגָה Aaga. Detinere.retinere.Ruth.1.Si eos expectare velitis donec crescant & annos pubertatis impleāt ante eritis vetule q̄ nubatis.Pro quo he.le.Num eos expectare vultis donec crescant: num pro eis detente vel retente eritis vt non habeatis maritum.idest nunquid retēte eritis in viduitate vt non habeatis maritos donec illi crescant. Et beatus hieronymus transtulit sensum.& solum inuenitur in p̄dicto loco.& dicūt aliqui ף eius primitiuum est עָגַן Aagan cum nun in fine:loco he.

Detinere.

עָגַל Aagul.Rotundum.vitulus.3. Reg.7. Intercolumnia quadrata non rotunda.2.Paralip.4. A labio vsq; ad labium rotundum per circuitum. & inde מַעֲגָל Maagal.i. tentorium rotundum:seu locus castrorum qui fossato circundatur.1.Reg.26. Et saulem dormientem in tentorio. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur מַעֲגָלָה maagala.vt in eodem.17.Et venit ad locum magala.idest ad locum fossato circundatum in quo erant castra.significat etiam מַעְגָל Maagal semitam siue iter.Ps.139. Iuxta iter scandalum posuerunt mihi Prouer.2.Et omnem semitam bonam. & in eodem.4.Dirige semitam pedibus tuis.Esa.26.rectę callis iusti ad ambulandum.& in plurali מַעֲגָלוֹת Maagaloth.siue מַעְגָלִים Maagalim.Ps.16.Perfice gressus meos in semitis tuis.Ps.22.Deduxit me super semitas iustitie. Prouer.2.& infames gressus eorum.idest semite eorum.Et in eo.Et ad inferos semite ipsius.& inde עָגִיל Aagil.idest ornamētum rotundum vel circulus ex aure pendens. Beatus hieronymus transtulit dextralia. Num.31.annulus dextralia & murenulas.& in plu.עֲגִילִים Aagilim.Ezech.16.& circulos ī auribus tuis. Item עֵגֶל Eegel.idest vitulus.Exo.29.Tollevitulum de armento.Et in eodem.32.Et fecit ex eis vitulū conflatilem.Ps.28. Et comminuet eas tanq̄ vitulum. & in plurali עֲגָלִים Aagalim.Osee.9. Vitulos adorant. & in genere femininо עֶגְלָה Eegla.siue עֲגָלַת Aagalath. i. vitula.Geñ. 15.Sume inquit tibi vaccam trienem. pro quo hebrei legunt.vitulam trienem. Iudi.14. Si non arassetis in vitula mea.Osee.10. Ephraim vitula docta.Et in plurali femininо עֲגָלוֹת Aagaloth.Osee.10. Vaccis bethauen coluerūt habitatores samarie.Et ide עֲגָלָה Aagala.idest currus seu plaustrum.sic dictum a rotūditate rotarum.1.Reg.6.facite plaustrum nouum vnum. Esa.28. Nec rota plaustri super cyminum circuibit,& in plurali עֲגָלוֹת Aagaloth. Geñ.45. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum pharaonis imperiū. Nu.7. Sex plaustra tecta cum duodecim bobus.

מַעֲגָלוֹת מַעְגָלִים Semite. עָגִיל Dextralia. עֲגִילִים Circuli. עֵגֶל Vitulus. עֲגָלִים Vituli. עֶגְלָה עֲגָלַת Vacca. Vitula. עֲגָלוֹת Vacce. עֲגָלָה Plaustrū. עֲגָלוֹת Plaustra.

עָגַם Aagam. compati.cōtristari.Iob.30. Compatiebatur anima mea pauperi.& solum inuenitur in p̄dicto loco

Compati.

עָגַר Aagur.Nomē auis. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit hirundinem.Esa.38.Sicut pullus hirundinis sic clamabo.In alio vero loco traduxit ciconiam. Hiere.8. tur tur hirundo & ciconia.& aliqui hebrei dicunt ף significat gruem.

Hirundo. Ciconia.

עַד Aad.Donec.vsq;.vsq; ad.vsq; in.adusq;.vsquequo.siue vsq;quaq;. Dum.tanq̄.eternū.siue in eternum.preda. Et quando preponitur verbo tunc significat donec. seu in eternum.Sed quando preponitur nomini vel pronomini tunc significat vsq;.Geñ.3.Donec reuertaris in terram.Et in eodem.19.Donec ingrediaris illuc.Exo.15.Donec pertranseat populus tuus domine.Leuit.11. Donec impleantur dies purificationis sue. Nu.32. Donec introducamus eos ad loca sua.Deut.1.donec veniretis ad locū istum.Et in eodem.7.Donec deleas omnes atq; disperdas.Ios. 2. Donec reuerterentur qui fuerant persecuti.Iudi.3. Donec erubescerent.2.Regum.10.Donec crescat barba vestra.Iob. 8. donec impleatur risu os tuū. Ps.17.& nō conuertar donec deficiant.Ps.56.donec transeat iniquitas. Esa.22. donec moriamini.& in eodem.56.donec veniam & tollam vos. & in eodem.62.donec stabiliat & donec ponat ierusalem laudem in terra.& additur ei aliquando dictio אֲשֶׁר Aser. siue dictio יְ Chi.que est dictio relatiua.quasi diceret. dōec ף.Geñ.50.donec veniat qui mittendus est.Nu. 20.donec transeamus terminos tuos. Ios.1.donec det requiem dominus.Canti.2. Donec aspiret dies.Esa.6.Donec desolentur ciuitates. Osee.5. Donec deficiatis & queratis faciem meā. Significat etiam vsq; siue vsq; ad.Geñ.7. Ab homine vsq; ad pecus.& in eodem.11. Veneruntq; vsq; aram. Et in eo. 12. Pertransiuit Abram terram vsq; ad locum sichem & vsq; ad conuallem illustrem.Exo.10. Vsq; in presentem diem.Et in eodem.14. Vsq; in sempiternum.Nume. 21. Iassī peruenerunt in iophe & vsq; medaba. pro quo hebrei legunt. Vsq; nophe & vsq; medaba. Deut.1. Vsq; ad cadesbarne.1.Reg.18. Vsq; ad gladium & arcum suum.4.Reg.9.venit vsq; ad eos.Iob.18. Vsq; ad quē finē verba iactatis. Ps. 17. Dauid & semini eius vsq; in seculum.Esa.1. A plāta pedis vsq; ad verticem.Significat etiam dū siue adhuc. Iudi.

עַד Donec. Vsq; ad. Vsq; in. Vsq;

Dum.

Adhuc. 3.Dū illi turbarentur effugit. Iob.1.Adhuc loquebatur ille & ecce ali? intrauit. Ione.4.Cū adhuc essem in terra mea. idest dū essem in terra mea.& quandoqꝫ preponitur dictioni מְאֹד mehera.que significat velociter: vel dictioni מְאֹד Meod:que significat nimis.idest vsqꝫ velociter.siue vsqꝫ nimis:aut vsqꝫquaqꝫ:licet in trāslatiōe nostra aliquādo omittitur dictio vsqꝫ.1.Reg.25.Erat enim ebrius nimis.ꝑ quo he.le.vsqꝫ nimis.3.Reg.1.Erat autē puella pulchra nimis. Ps.147.Velociter currit sermo eius.Ps.118. Non auferes de ore meo verbū veritatis vsqꝫquaqꝫ.Esa.64.Ne irascaris domine satis.pro quo he.le.Ne irascaris domine vsqꝫ nimis.Significat etiam tam:siue quam.Gen.7.Ab homīe vsqꝫ ad pecus tam reptile qꝫ volucres celi.Significat etiā eternitatem seu in eternum vel in perpetuū aut iugiter. Exo. 15.Dominus regnabit in eternum & vltra.pro quo hebrei legunt.Dominus regnabit in seculum & in eternum. Iob. 20.Hoc scio a principio.pro quo hebrei legunt. Si hoc scis ab eterno.Ps.110.Cōfirmata in seculum seculi.pro quo beatus hieronymus in ps.iuxta he. ve.transtulit. firmata iugiter in sempiternum.Ps. 111.Iustitia eius manet in seculum seculi.idest in eternum.p̄s.148.Statuit ea in eternū. Esa. 26.Speraſtis in domino in seculis eternis.& in eodem .57 excelsus & sublimis habitans eternitatem. Vide ēt de hoc infra in dictiōe עוֹד Ood .pōitur etiā pro tpe futuro.Soph. 3.Qua ꝓp expecta me dicit dñs in die resurrectionis mee in futurum. De quo vide infra in dictione עוֹד ood .& aliqñ scribitur cū iod in fine.Nu.23.Audi fili sephor.ꝑ quo he. le.Audi vsqꝫ ad me.idest audi me fili sephor. & in eo.24. Et ad extremum etiā ipsi peribunt.pro quo hebrei legūt. Et etiam ipsi vsqꝫ ad perditionem. scilicet erūt. Et ē sensus sicut in littera nostra.4.Reg.9.venit nuncius ad eos & nō reuertitur.idest vsq3 ad eos.Iob.4.Tetigit te & conturbatus es.pro quo he.le.pertingit vsq3 ad te & conturbatus es Et in eo.32.Et donec putabam vos aliquid dicere considerabam.Mich.4.Vsq3 ad te veniet. & quandoq3 scribitur cū nū in fine & dicitur עֲדֶן Aaden.& significat adhuc siue vsq3 adhuc.Eccls.4.Et felicíorem vtroq3 iudicaui qui nec dum natus est.pro quo he.le.qui vsque adhuc non fuit.scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֲדֶנָה Aadéna.1. Paralip.12.Magna enim pars eorū adhuc sequebatur domū saul.Eccls.4.Et laudaui magis mortuos quā viuētes.ꝑ quo he.le.Et laudaui mortuos qui iam mortui sunt magis qꝫ viuentes qui viuunt adhuc.Et qñ preponitur ei līa beth & dī בְּעַד Bead tūc signiat pro.ꝓpter.per.sup.Gen.7.& inclusit eum dñs de foris.pro quo he.le.Et clausit dñs pro eo.Et in eodem.26.Prospiciens abimelech rex philistinorum per fenestram.Exo.8.Rogate pro me.Leuit.16. Orabit ꝑ se & pro domo sua.4.Reg.1.Cecidit q3 ochozias per cancellos.4.Reg.4.Et claude ostium tuum cum intrinsecus fueris tu & filii tui.Pro quo he.le.& claude ostium tuum pro te & pro filiis tuis.idest super te & super filios tuos. Et ī eo. & clausit ostiū super se & super filios suos.2.Paralip.20. Dominus bonus ꝓpiciabitur cunctis qui in toto corde reqrūt dñm.Pro quo he.le.Dñs bonus ꝓpiciabitur pro cunctis siue per cunctos.p̄s.137.Dñs retribuet ꝑ me.Prouer.6. preciū enim scorti vix est vnius panis.pro quo he.le. Quia ꝑ muliere meretrice vsq3 ad tortā panis.& est sensus sicut in lra nra.Esa.32.Tenebre & palpatio facte sunt super speluncas.Hiere.11.In tpe afflictionis eorū.pro quo he.le.pro malo vel ꝑ afflictiōe eorū.Ioel.2.Sed & per fenestras cadent. & in eo.Per fenestras intrabūt quasi fur.Amos.9. & nō veniet super nos malum.Scribitur ēt cū mem in principio & dicitur. מִבָּעַד Mibáad.idest intrinsecus. Canti. 4. Absque eo quod intrinsecus latet.Item עַד Aad.idest preda seu spolium.Gen.49.mane comedet predam.Esa.33. Tunc diuidentur spolia predarum multarum. De quo vide infra ī dictione עוֹד Ood.Item עֵד Eed.idest testis de quo vide infra in dictione עוֹד Ood.& inde עֵדִים Iidim.idest macule. scilicet panni menstruate.eo quod est testis sue inmūdicie.Esa. 64.& quasi pannus menstruate.

עָדַד Aadad.Erigere.subleuare.suscipere. sustentare. Ps. 19.Nos autem surreximus & erecti sumus. Ps.145. Pupillum & viduam suscipiet.Ps.146.Suscipiens mansuetos dominus.idest sustentans.

עָדָה Aada.ornare.transire.auferre.siue ammittere.Ezech. 16.& ornaui te ornamento.& in eodem. Et ornata es auro.Et in eodē.31.Adhuc ornaberis tympanis tuis.Osee 2.Et ornabatur inaure sua.& inde עֲדִי Eédi. idest ornamētum.siue ornatus. Exo. 33.Et nullus ex more inductus est cultu suo.Pro quo he.le.Et nullus posuit ornamentū suum super se.& in eodem.Iam nunc depone ornatum tuum.Et in eodem·Deposuerunt ergo filii israel ornatum suum a monte oreb.Ezech. 7.Et ornamentum monilium suorū in superbiam posuerunt.vbi ponitur pro monili. & in eo. 16.Et peruenisti ad mundum muliebrem.pro quo hebrei legunt.Et venisti cum ornamento ornamentorum.vbi ponitur tam in singulari qꝫ in plurali. Ponitur etiam pro ore vel maxilla.p̄s.31.In chamo & freno maxillas eorum cōstringe.p̄s.102.Qui replet in bonis desiderium tuum.Pro quo hebrei legunt.Qui replet in bonis os tuum.sed beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem secundū primam significationem transtulit.Qui replet in bonis ornamentum tuum.& inde עֵדוּת Eeduth.idest ornamentum. decus.secundum hebreos.4.Regum.11.Et posuit super eū diadema & testimonium.pro quo hebrei legunt.Et posuit super eum diadema et ornamētum:scilicet regium.sed magis proprie significat testimonium.sicut est in littera nra. De quo vide infra in dictione עוֹד ood.Et in titulo. Ps.79. Vbi dicitur in finem pro his qui commutabuntur psalm? pro assyriis: testimonium Asaph.vbi etiam hebrei pro testimonio legunt ornamentum seu decus. Item עָדָה Aada. idest transire vel aufferre.Iob.28. nec pertransiuit per eā leena.& supra in eodem.25. Et luna etiam non splendet. Pro quo hebrei legunt. Ecce aufert lunam & non splendebit.idest aufert lumen lune.Potest etiam legi sic. Ecce adhuc luna non splendebit.de quo vide supra in dictione עָד Aad.Prouer.25.& āmittit pallium in die frigoris.idest aufert a se pallium.Dan.2.Transfert regna atque constituit. Et in eodem.7.Aliarum quoqꝫ bestiarum ablata esset potestas.Et in eodem.Potestas eorum que non auferetur.Itē עֵדָה Eeda.idest cetus seu congregatio hominum. De quo vide supra in dictione יָעַד Iaad.

עָדַן Aadan.deliciare.deliciis abundare.deliciis affluere.delectari.voluptati operam dare. Nee.9.& abundauerūt deliciis in bonitate tua magna. & inde עֵדֶן Eéden .idest voluptas delicie.Gen.2.Plantauerat autem dominus paradisum voluptatis a principio.& in eodem.Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis.Ezech.31.& emulata sunt eū omnia ligna voluptatis.Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֲדָנָה Eedna.Gen.18.Postqꝫ consenui & dominus meus vetulus est voluptati operam dabo.& in plurali עֲדָנִים Aadanim.2.Reg.1.Qui vestiebat vos coccineis in deliciis. Hiere.51.Repleuit ventrem suum teneritudine mea. idest deliciis meis.Scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מַעֲדַנִּים maadanim.Prouer.29.& dabit delicias anime tue.Reperitur etiam מַעֲדָנוֹת maadanoth secundum ter

Adhuc. Rimis. Velociter. usqꝫquaqꝫ Satis. Tam. Quam. In eternū. Eternum, Iugiter. Eternitas. Futurum. Super. עֵדֶן usq3adhuc עֲדֶנָה Adhuc. בְּעַד Pro. Per. מִבָּעַד Intrinseca עַד Preda. Spolium. עֵדִים mēstruata. עָדַד Erigere. Suscipere Sustētare עָדָה Ornare. עֲדִי ornamētum ornatus. Mundē. Mundus muliebris. Maxilla. עֵדוּת testimōium ornamentum. עָדָה Pertrāsire. Auferre. Ammittere Trāsferre. עֵדָה Cetus עָדַן Deliciare deliciis. עֵדֶן Voluptas. עֲדָנָה Voluptas עֲדָנִים Delicie. מְעֻדָּנִים מַעֲדָנוֹת

minationē pluralem femininorū. 1. Reg. 15. Et oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. pro quo hebrei legunt. & abiit ad eum Agag deliciis. i. delicatus siue cū delectatione quia non timuit mortem: sed habuit eā pro deliciis. Sicut exponunt aliqui hebrei. alii vero dicunt ꝙ significat vincu lis: & ꝙ deriuatur a dictione עֲנָד Aanad: & legunt sic. & abiit ad eum. idest oblatus est ei Agag in vinculis. idest ligatus. Vincula. Et similiter. Iob. 38. Vbi nos legimus. Nunquid coniunge re valebis micantes stellas pliadas. Pro quo ipsi legunt. Nū quid colligabis colligationes seu applicationes chima. Et Colligatio nes. est chima nomen cuiusdam constellationis stellarū: vt dic tum est supra in littera chaph. & inde עֲדִינָה Aadina. idest עֲדִינָה Delicata. delicata seu tenera. Esa. 47. Audi hec delicata. Et in gene re masculino עֲדִין aadino. 1. Reg. 23. Ipse est quasi tenerri mus ligni vermiculus. Item עִדָּן Iidan. In lingua chaldaica עִדָּן Tenerrim⁹. significat tempus siue horā. Dañ. 2. Quod tempus redimi tis. & in eo. Et ipse mutat tempora & etates. & in eo. 7. Vsꝙ ad tempus & tempora & dimidium temporis. Tempus.

עָדַף Aadaph. superesse. excedere. superfluere. excedens vel excrescens esse. Exo. 16. Nec qui plus collegit habuit amplius. Pro quo hebrei legunt. & non excessit siue nō sup fluit illi qui plus collegit. Et in eo. 26. Quod autē supfue rit in saxis. idest vnum saxū quod amplius est. Nu. 3. qui excedunt numerū leuitarū. & in eo. Precium eorū qui sup sunt. & in eo. Pecuniam eorū qui fuerant amplius. Excedere. Superes. Esse ꝺplius

עָדַר Aadar. Deesse. deficere. priuare. auferre. Bellare. seu expedire. fodere. seu putare. idest abscindere. 1. Regū. 30. Nec defuit quisꝗ a paruo vsꝙ ad magnum. 3. Reg. 4. Cum ingenti cura prebebant in tempore suo. pro quo he brei legunt. Non deficiebant in aliqua re. siue in aliquo ver bo. sed beatus hieronymus transtulit sensum. Esa. 34. vnū ex eis nō defuit. & in eo. 40. Neꝙ vnū reliquū fuit. i. neꝙ vnū defuit. Et in eo. 59. & facta est veritas in obliuiōe. Pro quo hebrei legunt. Et facta est veritas priuata vel deficiens idest non inuenitur in eis veritas. Significat etiam bellare. siue aciem instruere vel expedire. 1. Paralipo. 12. Expediti ad pugnā corde perfecto. & supra in eo. In auxiliū non in corde duplici. pro quo he. le. Ad bellandum seu ad instruen dam aciem non in corde & corde. idest non corde duplici: sicut est i littera nostra. Item עָדַר Aadar. i. fodere seu sarri re. Esa. 5. Non putabitur & non fodietur. Et in eo. Et om nes montes qui in sarculo sarrientur. & inde מַעֲדֵר maee der. idest sarculus seu fossoriū. vt in predicto loco. Item עֶדֶר Eeder. idest grex. Ps. 77. Et pduxit eos quasi gregē in de serto. Canti. 6. Sicut grex caprarū. & i plu. עֲדָרִים Aadarim siue עֶדְרֵי Eedre. Gen. 29. Tres quoꝙ greges ouiū. Et in eo dem. mosꝙ erat vt cunctis ouibus cōgregatis deuoluerent lapidem. Pro quo hebrei legunt. & congregabantur illuc omnes greges & deuoluebant lapidem. Ioel. 1. Sed & gre ges pecorum disperierunt. Ponitur ēt pro caulis pecorū. 2. Paralip. 32. Et presepia iumentorū caulasꝙ pecoribus. Fodere. Sarrire. Sarculus Grex Greges. Caule.

עַדָשׁ Aadas. lens. & solum inuenitur in numero plurali. s. עֲדָשִׁים Aadasim. idest lentes. Gen. 25. Accepto pane & lentis edulio. Quod in hebreo legitur pluraliter. scilicet lentiū. 2. Reg. 23. Erat quippe ibi ager plenus lēte. Ezech. 4. Et tu sume tibi frumētū & hordeū & fabam & lentem. Lentes.

עָגַן Vug. coquere. scilicet panes subter prunas. vel operi re. Ezech. 4. & stercore quod egreditur de homine o peries illud in oculis eorum. i. coques illud cooperiendo stercore sicut cooperiendo prunis. & inde עֻגָה Vuga. idest torta seu panis sub prunis vel cinere cocta. vt supra in eo dem. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud. 3. Regum. 19. Et ecce ad caput suum subcinericius panis. Osee. 7. Subcinericius panis qui non reuersatur. Et in plu rali עֻגוֹת Vugoth. Gen. 18. Et fac subcinericios panes. Scri bitur etiam cum mem in principio & dicitur מָעוֹג maog. 3. Regum. 17. Viuit dominus deus tuus quia non habeo pa nem. Ponitur etiam מָעוֹג maog pro subsānatione. Ps. 34. subsānauerunt me subsānatione. Et alii exponunt sic. Subs sānauerunt me pane. quasi dicat. pro cibo eis dato a aduer sariis meis. Operire. Coquere. עֻגָה Subcinerici panes. מָעוֹג subcinerici us panis. Panis. מַעַג subsānatio

עוּד Aauad. Testificari. testimonium prebere. contestari. predari. spoliare. Gen. 43. Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iusiurandi dicens. pro quo hebrei legunt. Contestando contestatus est nos vir ille dicens. Exo. 19. de scende & contestare populum. Et in eodem. 21. Et contesta ti sunt dominum eius. Deut. 4. Testes inuoco hodie celum & terram. idest testificor seu contestor celum & terram con tra vos. & in eodem. 30. Et inuocabo contra eos celum & terram. idest contestabor. 1. Regum. 18. Contestare eos & predic eis ius regis. 3. Regum. 21. Et falsum testimoniū di cant. Pro quo hebrei legunt. Et testificent eum dicentes. i. testimonium dicant contra eum. Nee. 9. Contestatus es eos vt reuerterentur. Et in eodem. Et contestatus es eos in spi ritu tuo. Et in eodem. Que testificatus es eis. Ps. 80. Audi populo meus & contestabor te. Ps. 94. Israel & testificabor te. Esa. 8. & adhibui mihi testes fideles. Pro quo hebrei le gunt. Et testificatus sum mihi. idest contestatus sum mihi testes fideles. idest testes adhibui mihi sicut est in littera no stra. Hiere. 6. Cui loquar & ad quem contestabor. Et in eo dem. 32. Et scripsi in libro & signaui & adhibui testes. A mos. 3. Audite & contestamini in domo iacob. Malach. 2. Dominus testificatus est inter te & vxorem tuam. Ponitur etiam pro comparare. vt Threñ. 3. Cui comparabo te. Po test etiam legi sic. Quem testificabor in te. idest quos testes adducā vt testificētur si talia aliquando aliquis passus sit si cut tu. Vnde idem erit sensus cum littera nostra. & inde עֵד Eed. idest testis. Gen. 31. Tumulus iste testis erit. Leuit. 5. Te stisꝙ fuerit. Deut. 17. Nemo occidatur vno contra se dicen te testimoniū. Pro quo hebrei legunt. Nemo occidatur in ore vnius testis. 1. Regum. 12. Testis est dominus aduersus vos & testis xp̄us ei⁹. Ps. 88. Et testis in celo fidelis. Hiere. 29. Ego sum testis & iudex. Ponitur etiam p ro testimōio. Gen. 31. Quem vocauit labam tumulum testis: & iacob a ceruum testimonii. Exo. 20. Non loquaris contra proxi mum tuum falsum testimonium. scribitur etiam cum he in fine & dicitur עֵדָה Eeda. Gen. 21. Vt sint mihi in te stimonium. Et in eodem. 31. Tumulus inquam iste & la pis erit in testimonium. & in plurali עֵדִים Eedim. idest te stes. Deut. 17. In ore duorum vel trium testium. Iob. 10. In stauras testes tuos contra me. Esa. 44. vos testes mei. & in de עֵדוּת Eeduth. idest testimonium siue testamentum. vel testificatio. Exo. 16. Posuitꝙ illud Aaron in tabernaculo reseruandum. Pro quo hebrei legunt. posuitꝙ illud Aarō coram testimonio. idest coram arca testamenti vel testimo nii. Et in eodem. 25. In qua pones testimonium quod da bo tibi. Et in eodem. 38. Hec sunt instrumenta tabernacu li testimonii. Et in eodem. 40. Posuit & testimonium in ar ca. Ps. 77. Et suscitauit testimonium in iacob. p̄s. 92. Testi monia tua credibilia facta sūt nimis. p̄s. 118. Beati qui scru tantur testimonia tua. p̄s. 131. Et testimonia mea hec que docebo eos. Scribitur etiamcum tau in principio & dicitur תְּעוּדָה Theuda. Esa. 8. Liga testimonium. & in eodem. Ad legē & ad testimoniū. Itē עָדַד Aauad. idest spoliare. seu pre dari. translatio nostra traduxit circumplecti. Ps. 118. Fu nes peccatorū circūplexi sunt me. & beatus hieronymus in

Obtestari.

Testificare. Testimoni um dicere.

Adhibere testes.

Testis.

Testimōiū

Testimōiū

Testes.

Testimōiū

Testimoniū

circūplecti

Implicare Depredari עָזַז Preda. ſpolia.

pſalterio iuxta he.ve.tranſtulit. Implicauerunt me. ꝓ quo hebrei legunt. Depredati ſunt me. & inde עֵז Aad. ideſt preda. ſeu ſpolium. Geñ. 49. Mane comedet predam. Eſa. 33. Tunc diuidentur ſpolia predarum multarum. Soph. 3. qua propter expecta me dicit dominꝰ in die reſurrectiõis mee in futurum. pro quo hebrei legunt. In die reſurrectionis mee ad predam ſeu ad ſpolium. poteſt etiã legi ſic. ſ. in die reſurrectionis mee in eternum. De quo vide ſupra in dictione עֵד Aad. Item עוֹד ood. ideſt adhuc. vltra. rurſus. ampliꝰ. Geñ. 7. Adhuc enim & poſt dies ſeptem. Et in eo. 8. Cunctis diebus terre. pro quo hebrei legunt. Adhuc cunctis diebus terre. & in eo. 45. adhuc pater meus viuit. Exo. 9. adhuc retines populum meũ. 1. Reg. 20. & ſi vixero facies mihi miſericordias domini. pro quo hebrei legunt. & non ſi adhuc ego vixero & non facies mecũ miſericordias domini. Et eſt idem ſenſus cũ littera noſtra. nam due negatiões valent pro vna affirmatione. Eſter. 6. Adhuc illis loquentibus venerũt eunuchi regis. Iob. 1. Cumꝫ adhuc ille loqueretur venit alter. & in eo. 2. Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua. Et in eo. 27. Quia donec ſupereſt halitus i me. ps. 83. In ſecula ſeculorum laudabũt te. Pro quo beatus hieronymus in pſal. iuxta he.ve. tranſtulit. Adhuc laudabunt te ſemper. ps. 140. Quoniam adhuc & oratio mea i beneplacitis eorum. Eſa. 5. Sed adhuc manus eius extenta. Oſee. 11. Iudas autem teſtis deſcendit cum deo. Proquo hebrei legunt. Iudas autem adhuc deſcendit cum deo. Poteſt etiam legi ſic. Adhuc dominatus eſt cum deo. Amos. 4. Cum adhuc tres menſes ſupereſſent. Significat etiam vltra. ſiue rurſus aut amplius. Geñ. 8. Nequaquam vltra maledicam terre propter hominem. & in eodem. Non igitur vltra percutiam omnem animam. Et in eodem. 9. & non erunt vltra aque diluuii. Et in eodem. 46. Et inter amplexus fleuit. pro quo hebrei legunt. Et fleuit ſuper collum eius vltra ſiue amplius. Exo. 4. Dixitꝫ dominus rurſum mitte manum tuam in ſinum tuum. Et in eodem. 10. Caue ne vltra videas faciem meam. Ps. 87. Quorum non eſt memor amplius. & Prouer. 31. Et doloris ſui nõ recordetur amplius. Eſa. 62. Non vocaberis vltra derelicta. Et communiter ſignificat tempus infinitum vel indeterminatũ. Quandoꝫ vero accipitur pro tempore finito vel determinato. vt in aliquibꝰ locis predictis: &. 4. Reg. 6. Et vltra non venerũt latrones ſyrie in terram iſrael. ideſt poſt certum tempus. ſcribitur ẽt cum beth vel mem in principio & dicitur בְּעוֹד Beod. ſiue מְעוֹד Meod. ideſt dum adhuc: ſiue cum adhuc. Geñ. 25. Dũ adhuc ipſe viueret. & in eo. 40. Tres propagines tres adhuc dies ſunt: poſt quos recordabitur pharao miniſterii tui Pro quo hebrei legunt. tres propagines tres dies ſunt: dũ adhuc tres dies. ideſt in ſpacio trium dierum recordabitur pharao miniſterii tui. Nu. 22. Cui ſemper ſedere conſueuiſti vſqꝫ in preſentem diem. pro quo hebrei legunt. Cui ſedere conſueuiſti dum adhuc tu: vſqꝫ in preſentem diem. i. ex eo tempore quo cepiſti ſedere ſuper iumentum. Deut. 31. Adhuc viuente me. 2. Regum. 12. Ecce cum paruulus adhuc viueret. Et in eodem. Propter infantem cum adhuc viueret ieiunaui. Amos. 4. Cum adhuc tres menſes ſupeſſẽt. & inde עַד Aad. ideſt eternum ſiue eternitas. De quo vide ſupra in dictione עַד aad.

Vltra. Rurſum. Amplius. Donec. Adhuc. Dũ adhuc. Eternitas. עַד

עָוָה Aaua. Iniq̃ vel iniuſte agere. peccare. curuum eſſe. 2. Reg. 19. Ne reputes mihi domine mi iniquitatem: ne memineris iniuriarum ſerui tui. pro quo hebrei legunt. ne qꝫ memineris qꝫ iniq̃ egerit ſeruus tuus. Eſter. 1. Non ſolũ regẽ leſit regina vaſthi. Pro quo hebrei legunt. nõ cõtra regem ſolũ peccauit ſeu iniq̃ egit vaſthi regina. Hiere. 9. Vt iniq̃ agerent laborauerunt. Dañ. 9. Iniquitatem fecimus impie egimus. Et quia illud quod iniquũ eſt non eſt rectum & ſimiliter quod curuũ eſt non eſt rectum. ideo ponitur etiã pro curuari. Ps. 38. Miſer factus ſum & curuatꝰ ſum vſqꝫ in finem. Pro quo hebrei legunt. Curuatus ſum & humiliatus ſum vſqꝫquaqꝫ. Et beatus hieronymus in pſal. iuxta he.ve. tranſtulit. Afflictus ſum & incuruatus ſum. vide ẽt de hoc infra in dictione עָנָה Aauath. Ponitur etiam pro affligere. Eſa. 24. & affliget faciem eius. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. & incuruabit faciem eius. Et in de. עָוֹן Aaua. ideſt iniquitas. Ezech. 21. Iniquitatem iniquitatem iniquitatem ponam eam. vbi ponitur ter predicta dictio. & inde עָוֹן aauon. ideſt iniquitas. peccatũ. Geñ. 4. maior eſt iniquitas mea quam vt veniam merear. Et in eodẽ. 15. Necdum enim complete ſunt iniquitates amorreorũ. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet needũ enicõpletum eſt peccatũ ſeu iniquitas amorrei. Et in eodẽ. 44. Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum. Ps. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco. ps. 68. appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum. & in plurali עֲוֹנוֹת aauonoth. Iob. 13. Quantas habeo iniquitates. Et in eodem. Et conſumere me vis peccatis adoleſcentie mee. Ps. 129. Si iniquitates obſeruaueris domine. Prouer. 5. Iniquitates ſue capiunt impium. Reperitur etiam עֲוֹנִים aauonim ſecũdum terminationem pluralem maſculinorum. vt Eſa. 64. Et iniquitates noſtre quaſi ventus abſtulerunt nos. & in eodem. In manu iniquitatis noſtre. Quod in hebreo legitur pluraliter. ſcilicet iniquitatum noſtrarum. Hiere. 14. Si iniquitates noſtre reſponderunt nobis. & inde עֲוֹנִים Iuim. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit vertiginem. Eſa. 19 Dominus miſcuit in medio eius ſpiritũ vertiginis. Poteſt etiam legi. ſpiritum erroris vel iniquitatis.

Inſquitatẽ facere. Curuari. Affligere. Inſquitas Inſquitas Peccatũ Iniquitates Peccata. Vertigo.

עָוֵל aaual. Iniq̃ agere. Ps. 70. & de manu contra legem agentis & iniqui. pro quo beatus hieronymus in pſalterio iuxta hebraicam veritatem tranſtulit. De manu iniqui ideſt iniq̃ agentis & nocentis. Eſa. 26. In terra ſanctorum iniq̃ geſſit. & inde עָוֶל aaual. ſiue עָוִל aauil. ideſt iniquus. Iob. 16. Concluſit me deus apud iniquum. & in eodem. 29. Conterebam molas iniqui. Soph. 3. Neſciuit autem iniquus confuſionem. ideſt erubeſcentiam. & inde עָוְלָה aauel. ideſt iniquitas. Leuit. 19. nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula in pondere & in menſura. Ezech. 28. In multitudine iniquitatum tuarum in iniquitate negociationis tue. Et in eodem. 33. Confiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem. & in eodem. In iniquitate ſua quam operatus eſt: in ipſa morietur. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur עַוְלָה aaula. 2. Reg. 7. nec addent filii iniquitatis vt affligãt eum. Iob. 6. Reſpondete obſecro abſq̃ contentione. Pro quo hebrei legunt. abſq̃ iniquitate. & in eodem. Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem. Et in eodem. Nũquid deus indiget veſtro mendacio. Pro quo hebrei legunt. nunquid pro deo loquemini iniquitatem. Et eſt ſenſus ſicut in littera noſtra. Et in eodem. 34. Qui bibit ſubſannationem quaſi aquam. pro quo hebrei legunt. Qui bibit quaſi aquam iniquitatem. ps. 106. Et omnis iniquitas oppilauit os ſuum. Ezech. 28. Donec inuenta eſt iniquitas in te. ponitur etiam pro infructuoſo. Iob. 24. Et conteretur quaſi lignum infructuoſum. Dicitur etiam עוֹלָה oola. Iob. 5. Iniquitas autem contrahet os ſuum. & in plurali עוֹלוֹת ooloth. ps. 57. Etenim in corde iniquitates operamini. ps. 65. ſcrutati ſunt iniquitates. anteponitur ẽt littera lamed lic vau & dñ עַלְוָה aalua. ideſt iniquitas. Oſee. 10. Super filios iniquitatis. Item עוֹל vul. infans paruulus. lactens. vt Eſa. 49.

Iniquus. Iniquitas Infructuoſum. Iniquitates. Iniquitas.

Infans. עֲוִילִים

visitatiões uerunt visitationes vrbis. Ponitur etiã pro custodia vel ẽpfectura. Nu.3. Erunt sub custodia eorũ tabule tabernaculi.4.

Custodia. Reg.11. Et posuit sacerdos custodias in domo dñi.2.Paralipo.34. Vt deferrent arcã corã rege. ꝑ quo he.le. vt deferrent arcã ad visitationẽ regis.i.vt rex eã visitaret & requireret.Hiere.37.Erat ibi custos porte per vices.ꝑ quo hebrei

prefectura legunt.Habens custodias vel prefecturas. & in eodem.52. Et posuit eũ in domo carceris.i.in domo custodie. Põitur etiã ꝑ episcopatu.ps.108.Et episcopatũ eius accipiat alter.

פָּקַד Item פָּקַד pacad.i.numerare.cõputare.censere. recensere.

Recẽsere Exo.30. Et non erit plaga in eis cũ fuerint recensiti. Et in eo.38. Hec sunt instrumenta tabernaculi que ennmerata sunt. Pro quo he.le. He sunt numerationes seu computus

enumerat. numerare. tabernaculi testimonii que enumerata sũt. Vbi ponitur nomen & verbũ ab eo deriuatũ.Nu.1. Numerabitis eos per turmas suas.& in eodẽ. Hi sunt quos numerauerũt moyses & Aarõ.& in eo. Leuite aũt in tribubus familiarũ suarum nõ sunt numerati cum eis.& in eodẽ.2. Vniuersi qui in castris Iude annumerati sunt.& in eo.3.Numera filios leui.& in eodem. Numerauit eos moyses vt preceperat dñs. Iudi. 20. Inuenticꝫ sunt vigintiquincꝫ millia de beniamin educẽtium gladium:preter habitatores gabaa qui septingenti erãt viri fortissimi:Pro quo hebrei legũt.Et numerati sunt seu recensiti sunt filii beniamin in die illa de ciuitatibus:viginti quiqꝫ millia educẽtium gladiũ:preter habitatores gabaa qui numerati sunt septingenti viri iuuenes.& in eo.virorum qnocꝫ israel absqꝫ filiis Beniamin inuenti sunt.i.recensiti sunt quadringenta millia. & in eo.21.Eo quocꝫ tpe cum essent in silo:nullus ex eis ibi reptus est. Pro quo he.

Cõputare. legunt.Et recẽsitus est populus:& ecce nullus erat ibi de habitatoribus iabes galaad.1.Reg.15.Et recensuit saul populum.& in eodẽ.15. Et recẽsuit eos quasi agnos.1.Paralipo. 23.in vna familia vnaqꝫ domo computati sunt.Signãt etiã constituere vel statuere:aut preficere seu prefectũ esse.Gen.

Cõstituere 39.A quo prepositus oiꝫ:gubernabat prepositam sibi domũ.ꝑ quo he.le. Et constituit eũ siue prepositi eum super domum suam.Et in eodẽ.4.at custos carceris tradidit eos ioseph.pro quo he.le.Et prefectum fecit seu constituit princeps militũ ioseph cum eis.i.ꝑposuit ioseph eis ĩ custodia Nu.1.Sed constitues eos super tabernaculum testimonii.& in eodẽ.3.Aaron autẽ & filios eius constitues super cultum sacerdotii.& in eodẽ.17.Prouideat dñs deꝫ spirituũ omnis carnis hominẽ:qui sit super multitudinẽ hanc.i.constituat Deut.20.Vnus quisqꝫ suos ad bellandũ cuneos preparabit. Pro quo hebrei legunt.Et constituent duces exercitus in capite populi. Ios.10. Et ponite viros industrios qui clausos custodiãt.i.cõstituite.1.Reg.29.& sedeat in loco suo in quo constituisti eũ.3.Reg.11. Cõstituerat eum prefectum sup tri

Preficere prepõnere buta domus ioseph.4. Reg.25. Et prefecit godoliã filium ahichã.& in eo.Quod constituisset rex babylonis godoliã. 1.Paralip.26.preposuit aũt eos dauid rex rubenitis & gaditis.i.prefecit.2.Paralipo.24.Qui preerãt operariis in domo dñi.i.prefecti vel prepositi erant.Nec.7. Et censui ianitores & cantores & leuitas.pro quo hebrei legũt. & cõstituti sunt ianitores & cantores. & in eodẽ.12. Recensuerunt quoqꝫ in die illa viros super gazophylacia.Iob.34. Quẽ constituit alium sup terrã.ps.108.Constitue sup eum peccatorem.Hiere.1.Ecce cõstitui te hodie sup gentes & sup regna.& in eodẽ.51.Numerate contra eã taphsar.pro quo hebrei legũt.cõstituite super eã taphsar.i.principẽ seu ducem exercitus.Et inde פָּקִיד Pachid.i.prefectus.prepositus.4.

פָּקִיד prefectus. Reg.25.Qui erat prefectus super bellatores.2. Paralipo. 24.Et quẽ primus sacerdos cõstituerat. Pro quo he.le. Et

Prepositꝰ prepositus seu prefectus sacerdos primus.& in plu.פְּקִידִים Pechidim.Gen.41. Qui cõstituat prepositos per cũctas regiones.Ester.2.Et mittantur qui considerẽt per vniuersas prouincias.Pro quo hebrei legunt. Et cõstituat siue prepo

פְּקִידִים Prepositi nat rex prepositos per vniuersas prouincias. Signãt ẽt predicta dictio reponere vel comẽdare aliquid in aliquo loco aut alicui.4.Reg.5. Tulit de manu eorũ & reposuit in do-

Reponere cõmẽdare. mo.Esa.10. Apud machmas comẽdauit vasa sua.i.reposuit Hiere.36. Porro volumen cõmendauerunt in gazophylacio.& in eo.37.vt traderetur hieremias in vestibulũ carceris.Pro quo he.le. Et cõmẽdauit vl reposuit hieremiam in vestibulo carceris.& inde מִכְמָן pichadon.idest depositum

מִכְמָן depositũ. siue repositum· Gen.41. Et ꝑparetur future septẽ annorũ fami.pro quo he.le.Et erit cibus in depositũ seu repositum terre septẽ annis famis. Leuit.6.Et negauerit proximo suo depositũ. Item פָּקַד Pachad.i.precipe.imparé. Esdre.1. Et

פָּקַד Precipere ipse precepit mihi vt edificarẽ ei domũ.Esa.13. Dñs exercituũ precepit militie belli.& inde פְּקוּדִים picudim siue

פְּקוּדִים פְּקוּדֵי Precepta Picude.i.precepta siue mandata.ps.18. Iustitie dñi recte letificãtes cor.pro quo btũs hiero.in ps.iuxta he.ve.trãstulit Precepta dñi recta letificantia cor.ps.118.Tu mandasti mã

Mandata data tua custodiri nimis.& in eodẽ. In mãdatis tuis exercebor.& inde מִפְקָד Miphcad.i.preceptum seu imperium.2.

מִפְקָד Imperiũ loc⁹ segat⁹ Paralip.31.Ex imperio ezechie regis.Ponitur ẽt pro loco separato.Ezech.34.& cõbures eũ in separato loco domꝫ. Potest etiam legi sic. & cõbures eum secundũ ritũ domus. Signãt ẽt predicta dictio deficere vel deesse: & tunc ponitur in voce passiua. Nu.31. Et necꝫ vnus quidem defuit.1.

Deesse Reg.25.Nec aliqñ defuit quicꝫ eis.2. Reg.2. & defuerunt de seruis dauid decem & nouẽ viri.3.Reg.20.Qui si lapsus fuerit:erit aia tua pro aĩa eius. pro quo he. le. Si defuerit. Esa.38.Quesiui residuum annorum meorum.pro quo he

Deficere brei legunt.Defeci siue defui residuo.idest in residuo annorũ meorũ.Potest etiã legi sicut est in littera nr̃a.secundũ primã signãtionẽ.Hiere.23.Nõ pauebunt:& nullus q̃retur ex nũero.ꝑ quo he.le. nõ pauebũt: & non deficient. Item.

פָּקֻד Pecod.nomẽ ꝓpriũ gẽtis vel ꝓuincie:secundũ hebreos. ꝑ qꝫ btũs hiero.trãstulit nobiles.Ezech.23.filios baby-

nobiles lonis & vniuersos chaldeos:nobiles tyrãnosqꝫ & prĩcipes.

פָּקַח Pacach.apire. Geñ. 3.apientur oculi vŕi. Et in eo. & apti ſunt oculi amborum. Et in eo.21. Aperuitq; oculos eius deus. 4.Reg.4. Apuitq; oculos ſuos. Et in eo. 6. Domine api oculos pueri huius. Iob.14. Et dignum ducis ſup huiuſcemodi apire oculos tuos. Ps.145. Dñs illumĩat cecos. p quo he.le. dominus apit cecos. i. apit oculos eorũ. Eſa.35. Tũc apientur oculi cecorũ. & in eo.42. vt apias oculos cecorũ. Et in eo. Qui apertas habes aures nõne audi es. Hiere.32. Cuius oculi aperti ſunt ſuper vias filiorũ adã. Zach.12. & ſup domũ iuda apiam oculos meos. & inde

פָּקֵחַ Pichéach. i. vidẽs ſiue ille qui habet oculos aptos: vel prudens. Exo. 4. Videntẽ & cecũ. & in eo.23. Nec accipias munera: que ẽt excecãt prudẽtes. i. vidẽtes. & inde

פְּקַחְקוֹחַ pecachcóach. cũ duplici cof & cũ duplici cheth. i. apertio. Eſa. 61. Et clauſis aptionẽ. & aliqui hebrei dicunt q; ſunt due dictiones: & legunt ſic. & clauſis aptionem carceris.

פַּקָּע Pacúa. colocynthis. genus herbe amariſſime. & ſolũ inuenitur in nu.plu. ſ. פְּקָעוֹת pecuoth. 4.Reg.4. Et collegit ex ea colocynthidas. Et dicunt hebrei q; ſignãt cucumeres ſilueſtres venenoſos atq; mortiferos. Signãt ẽt ſculpturas ſimiles herbe p̃dicte. 3.Regum.7. Et ſculptura ſubter labium circuibat illud.

פָּר Par. taurus. vitulus. Exo.29. Tolle vitulum de armẽto. Leuit.4. Offeret p peccato ſuo vitulũ imaculatũ dño. Iudi.6. Tolle taurũ p̃ris tui: & alterum taurum annorũ ſeptẽ. Et in plu. פָּרִים parim. Exo.24. imolauerũt victimas pacificas dño vitulos. Nu.28. offeretis holocauſtũ domino vitulos de armẽto duos. p̃s.21. Circũdederunt me vituli multi. Eſa.34. & tauri cum potentibus. & in gñe femininoפָּרָה Para. i. vitula ſeu vacca. Nu.19. vt adducãt ad te vaccã ruffã. Eſa.11. vitulus & vrſus paſcentur. p quo he.le. Vitula & vrſus paſcentur. Et in plu. פָּרוֹת paroth. Amos.4. Audite verbum domini vacce pingues.

פַּרָּר Parur. olla. cacabus. & ſcribitur cũ vau in ſecunda ſyllaba. Nu.11. Coquẽs in olla. 1.Reg.2. Aut in ollã ſiue i cacabũ. Scribitur ẽt cũ aleph in pria ſyllaba. Ioel.2. oẽs vultus redigentur in ollã. i. redigentur in nigredinẽ ſicut olla.

פֶּרֶא Pére. onager. fer? . ſilueſtris. Geñ.16. Hic erit fer? hõ. ideſt ſilueſtris ſicut onager. Iob.6. nunquid rugiet onager cũ habuerit herbã. Oſee.8. Onager ſolitarius ſibi ephraim. & aliqñ ſcribitur cũ he in fine loco aleph. Hiere.2 Onager aſſuetus in ſolitudine. & in plu.פְּרָאִים peraim. Iob 24. Alii quaſi onagri in deſerto. p̃s.103. Expectabũt onagri in ſiti ſua. Item פָּרָא para. i. diuidere. Oſee. 15. Quia ipſe inter fratres diuidet. ideſt faciet eos habitare ſolitarios ſicut onagri in ſolitudine.

פָּרַד Parad. diuidere. ſeparare. recedere. diſpergere. Geñ. 10. Ab his diuiſe ſunt gentes in terra poſt diluuiũ. Et i eo.13. Recede a me obſecro. i. diuidere vel ſeparare a me. & in eodem.25. Et duo populi de ventre tuo diuidentur. Et in eodem.30. Diuiſitq; gregem iacob. Deut.32. Quãdo ſeparabat filios Adam. Iudi.4. Haber autem cineus receſſerat quondam a ceteris cineis. i. diuiſus fuerat. Ruth.1. Si nõ ſola mors me & te ſeparauerit. Iob.4. Et catuli leonũ diſſipati ſunt. ideſt diuiſi vel ſeparati ſunt: aut diſperſi ſunt. Ps. 21. Et diſperſa ſunt oia oſſa mea. Prouer.17. qui altero ſermone repetit ſeparat federatos. Et in eo.18. Occaſionẽ querit qui vult recedere ab amico. Ezech.1. Et penne eorũ extente deſuper. ideſt ſeparate vel diuiſe erant. Oſee. 4. quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur. pro quo hebrei legunt. Quoniam ipſi cum meretricibus ſeparabantפֶּרֶד tur. & inde פֶּרֶד péred. ideſt mulus ex equa & aſino gñatus. eo quod tale animal non poteſt generare. & eſt quaſi ſepa-

ratus & ſolus. 2.Regum.13. Aſcenderunt ſinguli ſuper mulas ſuas. Pro quo hebrei legunt Aſcenderunt vnuſquiſq; ſuper mulum ſuum. Et in eo.18. Accidit autem vt occurreret Abſalon ſeruis dauid ſedens mulo: cumq; ingreſſus fuiſſet mulus. p̃s.31. nolite fieri ſicut equus & mulus. & in plurali פְּרָדִים peradim. Eſa.66. In mulis & in carrucis. & in genere femininoפִּרְדָּה pirda. ideſt mula. 3.Reg.1. Et imponite ſalomonẽ filium meum ſuper mulam meam. Et in eo. Et i poſuerunt ſalomonem ſuper mulam. Et in plu. פִּרְדוֹת pirdoth ſiue פְּרֻדוֹת perudoth. pro quo beatus hiero. tranſtulit iumenta. Ioel.1. computruerunt iumenta in ſtercore ſuo. hebrei tamen ſecundũ primam ſignificationẽ dicunt q; ſignificat grana ſeminis diſperſa vel diſſeminata ſub terra. vnde in predicto loco ipſi legunt. Computruerũt diſſeminata ſub glebis ſuis.

פַּרְדֵּס Pardes. paradiſus. hortus. pomerium. vnde licet paradiſus ſit dictio greca & ſignificet idem qd hortus tamen ab hebreo traxit originẽ. Canti.4. paradiſus malorũ punicorũ. Ponitur etiam pro ſaltu vel ſilua. Nee.2. Ad aſaph cuſtodem ſaltus regis. & in plurali. פַּרְדֵּסִים pardeſim Eccl̃s.2. feci hortos & pomeria.

פָּרָה Para. creſcere. augere. fructificare. Geñ.1. Creſcite & multiplicamini. Et in eo.17. Et multiplicabo te vehementer nimis. ideſt creſcere te faciam. Et in eodem. & augebo & multiplicabo eum valde. Et in eo.26. Nunc dilatauit nos dñs & fecit creſcere ſuper terrã. Et in eo.42. Creſcere me fecit de? i terra pauptatis mee. & i eo.49. fili? accreſcens Ioſeph. Ps.104. Et auxit populum ſuum vehementer. Ps.127. vxor tua ſicut vitis abundãs. i. fructificãs. Eſa.11. Et flos de radice eius aſcendet. ideſt creſcet ſeu fructificabit. Ezech.9. fructus & frondes eius creuerunt ex aquis. & inde פְּרִי peri. ideſt fructus Geñ.1. Lignũ pomiferũ faciens fructũ. Leuit.23. Et fructũ arboris pulcherrime. Deut.28. Et benedictus fructus ventris tui. Ps.1. quod fructũ ſuũ dabit in tpe ſuo. Ps.57. Si vtiq; eſt fructus iuſto. Ezech.36. & fructũ veſtrum afferatis populo meo. Amos.9. Faciẽt hortos & comedent fructus eorũ. & inde dicunt hebrei q; deriuatur אַפְרִיוֹן Apirion. ideſt ferculũ a ferẽdo dictũ. ſeu carruca. Canti.3. Ferculum fecit ſibi rex ſalomõ de lignis libani. & aliqui hebrei dicunt q; ſignificat thalamum.

פַּרְוַיִם Paruaim. nomẽ propriũ loci vnde ferebatur aurũ probatiſſimũ. 2.Paralip.3. Porro aurũ erat probatiſſimũ. pro quo he.le. Et aurũ erat aurũ pharuaim. & ſolũ inuenitur in predicto loco.

פַּרְוָרִים Paruarim. ſuburbana. & ſolũ reperitur in nu.plu. tranſlatio nã poſuit pro nomine proprio. vt.4 Reg.23. Iuxta exhedram nathan melech eunuchi qui erat in pharurim. pro quo he.le. Qui erat in ſubvrbanis. i. qui erat prefectus in ſuburbanis ciuitatis.

פְּרָזוֹת Peraz. Rus. vicus ſeu villa abſq; muro. & ſolum inuenitur in numero plurali. ſ. פְּרָזוֹת perazoth. Eſter.9. Hi vero iudei qui in oppidis non muratis ac villis morabantur. Zach.11. Abſq; muro habitabitur ieruſalem. ideſt i villis abſq; muro. & inde פְּרָזִים perazim. i. hoies habitantes in villis abſq; muro. Eſter.9. Hi vero iudei qui in oppidis nõ muratis morabũtur. ponitur etiam p bellatoribus ſeu viris robuſtis & fortiſſimis. Abach.3. Maledixiſti ſceptris eius capiti bellatorum eius. Scribitur etiam cum nun in fine & dicitur פְּרָזוֹן perazon. Iudi.5. Ceſſauerunt fortes in iſrael. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. ceſſauerũt rura ſeu ville in iſrael. quia propter timorem inimicorum non audebant habitare niſi in vrbibus muratis. Et in eodẽ Et clementia in fortes iſrael.

פַּרְזֶל Ferrus

פַּרְזֶל Parzel.siue פַּרְזֶלָא parzela.in lingua chaldaica significat ferrū. Dañ. 2. Tibie aūt ferree.& in eodē. Quedam pars erat ferrea :quedam autem fictilis.& in eo .Quo modo ferrum comminuit & domat omnia.

פָּרַח Efflorere Oriri. Germinare. Florere

פָּרַח Parach.florere.germinare.oriri.volare.Geñ. 40.crescere paulatim in gēmas:& post floresvuas maturescere. Leuit.13. Sin aūt efforuerit discurrens lepra in cute.Et in eo.Plaga enim lepre orta est invlcere. Nu.17.quē ex his elegero germinabit virga eius.& in eo.Inuenit germinasse virgā Aaron in domo leui.Iob.14.Ad odorē aque germinabit.p̄s.71.orietur in diebus eius iustitia.idest germinabit siue florebit.p̄s.91.Iustus vt palma florebit.& in eo. In atriis domus dei nr̄i florebunt.Prouer.14.Tabernacula iustorū germinabūt.Canti.6.Si floruissent vinee. Esa. 35.Et florebit quasi liliū.& in eo. Germinās germinabit. Ezech.7.floruit virga:germinauit superbia.Et in eo.17. Frondere feci lignū aridū. p quo he.le. Florere vel germinare feci lignū aridū. Abach.3.Ficus enim nō florebit. ponitur ēt pro turgere.Exo. 9.Erūtq; in hoībus & iumentis vlcera & vesicce turgētes.& in eo.facta sūt vlcera vesiccarū turgentiū.& inde פֶּרַח pérach . i.flos.liliū.Exo.25 . Spherulas ac lilia ex ipso pcedētia. & in eo . Spherulecq; ac lilia. Nu.17.& turgētibus gēmis eruperāt flores.3.Reg.7. & folium repandi lilii.Scribitur ēt cū he in fine & dicitur פִּרְחָה pircha.& scd̄m hebreos signiat pueros vel iuuenes qui sunt in flore iuētutis. Iob.30. Ad dexterā orientis calamitatis mee illico surrexerunt.pro quo he.le. Ad dexterā pueri vel iuuenes surrexerūt.potest ēt legi sic. Ad dexterā germinātis siue orientis: supple calamitatis mee.sicut est ī lra nra. Si gnat ēt p̄dicta dictio volare. Ezech.13 Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes.& in eo.Quas vos capitis animas ad volandū.& inde אֶפְרֹחִים ephrochim i.pulli.f.auiū. Deut.22.Et matrem pullis vel ouis desuper incubantem.

Florere. Turgere. Lilium Flos. Pueri. Volare. Pulli.

פָּרַט Canere

פָּרַט Parat.canere. Amos.6.Qui canitis ad vocem psalterii.& solum inuenitur in p̄dicto loco.& scd̄m hebreos signiat pticularizare:sicut fit in instrumētis musicis vario tactu digitorum.vnde apud hebreos particulare dicitur פְּרָט Perat. Itē פֶּרֶט péret.i.racemus paruus:seu grana vuarum decidentia tempore vindemie. Leuit.19.nec in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis.

פָּרָט Racemus.

פָּרָךְ Oppressio Seruitus dura violēter violētia

פָּרָךְ Pharech.oppressio.dura seruitus.violētia.Exo.1.omniq; famulatu quo in terre opibus p̄mebantur.pro quo he.le.& in oī ope in agro ac omni famulatu eorū quo seruiebant oppressione aut dura seruitute.Et in eo. Et affligebāt illudētes eis.pro quo he.le.& seruire fecerunt egyptii filios israel dura seruitute. Leuit.25. Non affliget eū violenter in conspectu tuo.Ezech.34.Sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia.i.cum violentia.

פָּרַךְ Cellula

פַּרְכָּר Parchar.Cellula.2.Paralipo.26.In cellulis quoq; ianitorū ad occidentem quattuor invia:biniq; per cellulas.& solum inuenitur in predicto loco.

פָּרַם Scindere. Diffuere

פָּרַם Param.scindere.rumpere.dissoluere.Leuit.10.Vestimēta vra nolite scidere.& in eo.21.vestimēta nō scindet.& in eo.13.Habebit vestimēta dissuta:caput nudum.

פָּרַס Diuidere Frangere. Concidere Expādere.

פָּרַס Paras.diuidere.frāgere.scindere.seu concidere. expādere.Leuit.11.omne quod habet diuisam vngulā. & i eo.Sed vngulā nō diuidit.Esa.58.Frange esurienti panē tuum.Hiere.16.& nō frāgēt inter eos lugēti panē . Scribitur ēt cum sin in fine loco samach.Threñ.4.& nō erat qui frāgeret eis.Mich.3.& conciderunt sicut in lebete.Signat etiam expandere.vel extendere.Hiere.4. Expandens manus suas.Threñ.1.Expandit sion manus suas . De quo vide infra in dictione פָּרַשׂ paras.cum sin in fine.& inde פַּרְסָה parsa.idest vngula. Exo.10.Non remanebit ex eis vngula. Leuit.11. Omne quod habet diuisam vngulam . Et in plurali פַּרְסוֹת parsoth. Deut.14. Omne animal quod in duas partes vngulas findit. Esa.5. Vngule equorū eius vt silex.reperitur etiam in genere masculino .vt Zach.11. & vngulas eorum dissoluet.& inde verbum siue participium מַפְרִיס Maphris.idest vngulas producens. p̄s.68.Et placebit dño super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas & inde פֶּרֶס péres.i.gryphus.Leuit.11.Aquilam & gryphū & halietum.Item פָּרַס Paras.persia.nomē prouincie.2.paralip.36.Anno primo cyri regis persarum .idest regis persie.Ester.1.Fortissimis persarum & medorum . Ezech. 38. Perse ethiopes & libyi.

פַּרְסָה Vngula. פַּרְסוֹת Vngule מַפְרִיס Vngulas producēs. פֶּרֶס Gryphus. פָּרַס Persia

פָּרַע Vacare Deserere. Dereserere.

פָּרַע Paraa.vacare.ocioſum esse.deserere.abiicere. transire.dissipare.nudare.discoopire.Exo.5.Quare moyses & Aaron solicitatis populū ab opibus suis.i. vacare facitis populū ab operibus suis.Prouer.1 . Et despexistis omne consilium meum . pro quo hebrei legunt. & deseruistis.Et in eodem.4.Fuge ab ea:nec transeas per illam.pro quo hebrei legunt.Dessere siue abiice eam : nec transeas p illam.Et in eodem.8.Et nolite abiicere eam.& in eodē.13. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinā .Et in eo.15. Qui abiicit disciplinam despicit animam suam. & in eodē 29.Cum prophetia defecerit dissipabitur populus .Ezech 24.Non transeam nec parcam.vbi ponitur pro transire.significat etiam nudare vel discooperire. Exo.32.|Vidēs ergo moyses populum q̄ esset nudatus:expoliauerat enim eum Aaron.idest nudauerat.Leuit.10.Capita vestra nolite nudare.& in eo.13.Habebit vestimenta dissuta:& caput nudum.& in eodem.21.Caput suum non discooperiet.Nu.5. Discooperiet caput eius.& inde פֶּרַע péraa.idest coma. seu cesaries capitis.Nu.6.Crescente cesarie capitis eius . Item פְּרָעָה peraa.idest vindicta vltio:secundum hebreos.& solū inuenitur in numero plu.scilicet פְּרָעוֹת peraaoth. Deut.32 Nudati inimicorum capitis.pro quo hebrei legunt. de capite vltionum inimici. Potest etiam secundum precedentem significationem legi:sicut est in littera nostra. Iudi.5. Qui sponte obtulistis de israel animas vras ad periculū:benedicite domino.pro quo hebrei legunt. In vindicādo vindictas in israel:in offerendo se sponte populus:benedicite domino.idest cum se obtulit sponte ad vindictas:sustinendo periculum animarum suarum . vbi ponitur nomen & verbum ab eo deriuatum.

פֶּרַע Vlciones. vindicta.

פַּרְעֹשׁ Pulex.

פַּרְעֹשׁ Paroos.pulex.1.Regum.24. Canem mortuū persequeris & pulicem vnum.

פָּרְפַּר Conterere

פָּרְפַּר Parpar.Conterere.confringere.Iob.16.Repēte cōtritus sum.

פָּרַץ Diuidere percutere. Dissipare. Concidere Aperire. Diruere.

פָּרַץ Paras.Diuidere.vel dirumpere. confringere .percutere.diruere.dissipare.aperturam in muro facere. crescere.dilatare.cogere. Gen.38.quare diuisa est pp te maceria.Exo.19.Ne percutiat eos.2.Reg.16.Contristatus ē aūt dauid eo quod percussisset dñs ozam.2.Paralip.20.Percussit dominus opera tua.idest dissipauit vel diruit. Nee.1. Et murus ierusalē dissipatus est. & in eo.2.& considerabā murū ierusalē dissipatū. Iob.16.Concidit me vulnere sup vulnus.pro quo hebrei legunt.Diuisit vel dirupit me seu confregit me diuisione super diuisionem seu confractione super confractionem . Et in eodem.28.Diuidit torrens a populo peregrinante.Et in eodem.30.Quasi rupto muro & aperta ianua. idest diuiso vel dissipato muro . Prouerb. 25.Sicut vrbs patens absq; murorum ambitu . idest sicut vrbs diruta . Esa . 5 . Diruam maceriam eius . Osee .

4. Inundauerunt: & sanguis sanguinē tetigit. pro quo he. le. Diruerunt seu dissipauerūt aut diruperunt. Mich. 2. Di- uident & transibunt. Ponitur ēt ꝑ egredi. 1. Paralip. 13. Si placet vobis & a dño deo nr̄o egredietur sermo. & ī de

Egredi. פֶּרֶץ

Péres. i. diuisio. pcussio. confractio. diruptio. interruptio. Gen. 38. Quare ꝑpter te diuisa est maceria. pro quo he. le. Quare diuisa est ꝑpter te diuisio: siue quare diuisisti super te diuisionē. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. 2. Reg. 6. Et vocatū est nomē loci illius ꝑcussio oze. Esa. 30. Propterea erit vobis iniquitas hec sicut interruptio cadēs. Et in plu. פְּרָצִים. perasim. 2. Re gū. 5. Diuisit dñs inimicos meos corā me: sicut diuidūtur aque: propterea vocatum est nomen loci illius baalpharasim. i. habens diuisiones. vbi ponitur verbū & nomē ab eo deriuatū. Amos. 4. & per a- perturas exibitis altera contra alteram. & in eo. 9. Et reedi ficabo aperturas murorum eius. & in ge. se. פִּרְצוֹת perasoth Ezech. 13. Et nō ascendistis ex aduerso: nec opposuistis mu rū ꝑ domo israel. pro quo he. le. Et nō ascēdistis in ruptis. s. locis murorū: vnde aduersarii possent intrare ciuitatē: nec opposuistis murum pro domo israel. Scribitur ēt cū mem in principio & dē מְפַרְצִים miphrasim. Iudi. 5. & in ꝑportu- bus eius morabatur. vbi ponitur ꝑ portubus. Et inde

Diuisio

Percussio interruptio. פְּרָצִים

diuisiones

Aperture. פִּרְצוֹת

Rupture

מְפַרְצִים Portus.

פָּרִיץ

paris. i. predo. latro. qui rūpit & perfodit domos: seu preua ricator. ps. 16. Ego custodiui vias duras. pro quo btūs hiero nymus in psal. iuxta he. ve. transtulit. Ego custodiui vias la tronis. Ponitur ēt pro mala bestia & fera: que rūpit & dilace rat. Esa. 35. Et mala bestia nō ascēdet ꝑ eā. & in plu. פָּרִיצִים Parisim. Hiere. 7. Nūquid spelunca latronum facta est do- mus ista. Ezech. 7. & intrabunt in illud emissarii: & cōtami nabunt illud. i. intrabunt in illud latrones seu preuaricato- res. Dañ. 11. Filii quoq; preuaricatorū populi tui extollen- tur. Et inde verbū ꝑuaricari vel latrocinari. 1. Reg. 25. Ho- die īcreuerūt serui qui fugiunt dños suos. i. qui ꝑuaricātur contra dños suos. Signat ēt ꝑdicta dictio פָּרַץ Paras multi plicari vel dilatari: seu augeri: aut crescere. Gen. 28. Dilata- beris ad orientem & occidentē. Et in eo. 30. Ditatusq; ē hō vltra modū. i. multiplicatus siue auctus est diuitiis. Exo. 1. Tāto magis multiplicabātur & crescebant. 1. Reg. 3. Non e- rat visio manifesta. Pro quo he. le. Non erat visio multipli- cata. vnde ꝑmittitur. & sermo dñi erat preciosus in diebus illis. i. rarus. 2. Paralip. 31. Quod cū pcrebuisset in auribus multitudinis. pro quo he. le. & cū multiplicatū vel augmen tatū esset verbū: siue cū multiplicata esset res. Iob. 1. & pos- sessio eius creuit in terra. ps. 105. & multiplicata est ī eis rui na. Prouer. 3. & vino torcularia tua redūdabūt. i. augebūtur Esa. 54. Ad dextetā enim & ad leuam penetrabis. idest. cre sces vel dilataberis. Osee. 4. Fornicati sunt & non cessaue runt. pro q̄ he. le. fornicati sunt & nō multiplicabūtur: siue nō augebūtur. Signat ēt cogere seu flagitare. 1. Reg. 28. coe gerūt aūt eū serui sui. 2. Reg. 13. Cūq; aūt cogeret eū & nolnis set. Et in eo. Coegit itaq; Absalom eū. 4. Reg. 5. & coegit eum: ligauitq; duo talenta.

Latro Mala be stia פָּרִיצִים

Latrones. Emissarij.

Preuarica- tores.

ꝑuaricari פָּרַץ

Dilatari

Multipli- cari. Crescere.

Redūdare Penetrare

Cogere

פָּרַק Redimere

Paraq. Redimere. liberare. excutere. soluere. diuide- re. lacerare. Ps. 155. Redemit nos ab inimicis nostris. Threñ. 5. Nō fuit qui redimeret de manu eorū. Dañ. 4. pec cata tua elemosynis redime. Signat ēt excutere vel solue re. Gen. 27. Cum excutias & soluas iugū eius de ceruici- bus tuis. Exo. 32. Tollite inaures aureas de vxorū filiorum q; & filiarū vr̄arū auribus. i. dissoluite vel dilacerate aut di- rūpite. Et in eo. fecit populus quod iusserat: deferētes inau res ad aaron. pro quo he. le. & dissoluit populus inaures au reas que erāt in auribus suis: & detulerunt ad aaron. ps. 7. Dum nō est qui redimat neq; qui saluum faciat. pro q̄ bea-

Excutere

Dissoluer.

tus hiero. in pſ. iuxta he. ve. trāstulit. laceret & non sit qui e ripiat. Zach. 11. & vngulas eorum dissoluet. Ponitur ēt pro subuertere. 3. Reg. 19. Subuertēs mōtes & conterēs petras. & inde פֶּרֶק pérec. i. dilaceratio: siue diuisio. Naum. 3. Dila- ceratiōe plena. ponitur ēt pro bitio itineris. s. vbi vie diui- duntur: siue ꝑ exitu viarum. vt in abdia. Nec stabis in exiti bus. & inde מַפְרֵקֶת Maphrécheth. quod signāt ossa ceruī- cis. 1. Reg. 4. Et fractis ceruicibus mortuus est.

Laceratio dissoluere. subuertere

פֶּרֶק dilaceratio

Exitus.

מַפְרֵקֶת

Ceruices

עֹרֶף

פָּרַשׁ Paras. declarare. explanare. exponere. separare. disp- gere. diuidere. pungere. Leuit. 24. Donec nossent quid iuberet dñs. Pro quo he. le. Vt declararetur vel expo- neretur eis ex ore dñi. Nu. 15. nesciētes quid sup eo facere deberēt. pro quo he. le. Quia nō erat expositū vel declara- tum quid fieret ei. & inde מְפֹרָשׁ mephoras. i. expositum. de claratum. distinctum. seu distincte. Nec. 8. & legerunt in li- bro legis distincte & aperte. & inde פֵּרוּשׁ parasa. i. declara tio. explanatio. Ester. 4. Quomodo aman promisisset vt in thesauros regis pro iudeorum nece inferret argentum. pro quo he. le. Et declarationē seu explanationē argēti quā aman dixerat vt inferret in thesauros regis pro iudeis vt dispderet eos. & in eo. 10. & dignitas atq; sublimitas qua e- xaltauit mardocheum. pro quo he. le. & declaratio seu ex- planatio magnitudinis mardochei. sed beatus hiero. trāstu lit sensum. Signāt ēt ꝑdicta dictio dispgere vel diuidere. E zech. 34. In die qñ erit in medio ouium suarum dissipata- rum. i. dispsarū. Itē signāt pungere: scd̄m hebreos. Prouer. 23. Et sicut regulus venena diffundet. Pro quo he. le. Et si- cut regulus seu basiliscus punget. & ide פָּרָשׁ Paras. i. eques eo quod pungit equum cum calcaneis. Hiere. 4. A voce e- quitis & mittentis sagittam. Naum. 3. Et equitis ascenden- tis. & in plu. פָּרָשִׁים parasim. Exo. 14. Super currus & equi tes eorum. & in eo. & operuerunt currus & equites. Et ī eo. 15. Ingressus est enī equus pharaonis cum curribus & e qui tibus in mare. Ezech. 27. Equos & equites & mulos addu- xerunt in forum tuum. Abach. 1. Et diffundentur equites eius. Ponitur ēt pro lapillis plaustri qui sunt acuti quasi vn- gule. Esa. 28. Nec vexauit eum rota plaustri: nec vngulis suis comminuet eum. Item פֶּרֶשׁ Péres. Stercus. fimus. Le uit. 4. & pedibus & instentinis & fimo & reliquo corpore. Nume. 19. Tam pelle & carnibus eius quam sanguine & fi- mo flamme traditis. Malach. 2. et dispergam supervultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.

declarare.

מְפֹרָשׁ distincte.

פָּרָשָׁה declaratio

Eques פָּרָשִׁים Equites.

Vngule פָּרֶשׁ Fimus.

Stercus

פָּרַשׁ Extendere Tendere Expādere.

Paras. cum puncto cebolcth. extendere. tēdere. expā- dere. dispergere. diuidere. Exo. 9. Extendam pal- mas meas ad dominum. Et in eodem. Tetendit manus su- as ad dominum. Et in eodem. 25. Expandentes alas & o- perientes oraculum. Nume. 4. Extendentq; desuper pal- lium totum hyacinthinum. 2. Regum. 17. Et expādit vela men super os putei. 3. Regum. 8. Et expanderit manus su as in domo hac. 4. Regum. 19. Et expandit eas coram do mino. Iob. 36. Si voluerit extendere nubes. Et in eodem. Et fulgurare lumine suo desuper. pro quo hebrei legunt. Ecce expandit super eum lumē suum. Et in eo. 39. expādēs alas suas ad austrum. ps. 43. Et si expandimus manus no- stras ad deum alienum. Ps. 104. Expandit nubē in prote- ctionem. Ps. 139. Et funes extenderunt in laqueum. Ps. 142. Expandi manus meas ad te. Esa. 1. Et cum extenderi tis manus vestras. Et in eo. 19. Et expandētes rete super fa ciem aquarum. Et in eodem. 25. Et extendet manus suas sub eo: sicut extendit natans ad natandum. Et in eodem. 65. Expandi manus meas tota die. Threñ. 1. Expandit sion manus suas. Ezech. 2. Et expandit illum coram me. Osee. 5. Et quasi rete expansum super thabor. Ioelis. 2. Sicut

Spargere. Dissidere. Dispgere. Scidere

mane expansum super montes. signat ēt dispergere vel dividere. aut separare. ps. 67. Dum discernit celestis reges super eā. pro quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. Dum diuideret robustissimus reges in ea. Ezech. 17. Residui aūt in oēm ventū dispgentur. Zach. 2. qm̄ in quattuor ventos celi dispersi vos. Significat etiam concidere. Mich. 3. & cōciderunt sicut in lebete.

Exemplar.

פַּרְשֶׁגֶן Parsegen. in lingua chaldaica signat exēplar siue trasumptum. Esdre. 4. Hoc est exemplar epistole quam miserunt ad eum. Et in eo. Exemplum edicti artaxerxis regis lectum est.

Stercus.

פַּרְשְׁדֹנָה Parsedona. Secessus seu stercus alui. Iudi. 3. Stimq̄ per secreta nature alui stercora prorūpe runt. & solum inuenitur in predicto loco.

Expādere

פָּרַשׂ Parsez. expandere. Iob. 26. & expandit super illud nebulam suam. & solum inuenitur in predicto loco

Euphrates

פְּרָת Perath. Euphrates. Geñ. 4. fluuius autē quartus ipse est euphrates.

Inclyti Tyrāni.

פַּרְתָּם Partham. inclytus. prefectus. preses. & solum inuenitur in nu. plu. scilicet פַּרְתֻּמִּים Parthemim. Ester. 1. Fortissimis persarum & medorum inclytis. & in eo. 6. Et primus de regiis principibus ac tyrannis teneat equū eius vbi ponitur pro tyrannis.

Crescere

פָּשָׂה Pasa. crescere. expandi. Leuit. 13. Et siquidem lepra vltra non creuerit. Et in eo. Et non creuerit in cute. Et in eo. Iterum lepra creuerit. i. se expanderit.

Cōfringere

פָּשַׁח Pasach. confringere. Threñ. 3. Semitas meas conuertit: & confregit me. & dicunt hebrei q̄ significat scindere. vel concidere.

Nudare. Detrahere pelle. Spoliare.

פָּשַׁט Pasat. spoliare. exuere. excoriare. pellem detrahere. nudare. irruere. s. ad predam: seu spolium inuadere. Geñ. 37. Nudauerūt eū tunica talari & polymita. idest spoliauerunt seu exuerunt. Leuit. 1. Detractaq̄ pelle ostie. Et in eo. 6. Spoliabitur prioribus vestimentis. Et in eo. 16. Et depositis vestibus quibus prius indutus erat. pro quo he. le. Et exuet siue spoliabit vestimenta sua. Nu. 20. Cūq̄ nudaueris patrē veste sua. Et in eo. Cūq̄ aaron spoliasset vestibus suis. 1. Reg. 17. Nā spoliauit se ionathas tunica qua erat indut⁹. & in eo. 19. spoliauit se vestimētis suis. & i eo. 31. Venerūt philistiim vt spoliarēt iterfectos. 2. Reg. 23. & popul⁹ qui fugerat reuers⁹ est ad cesorū spolia detrahēda. Iob. 19. Spoliauit me gl̄ia mea. & in eo. 22. & nudos spoliasti vestibus. Canti. 5. Spoliaui me tunica mea. Esa. 32. Exuite vos & cōfūdemini. Ezech. 16. & denudabūt te vestimentis tuis. & in eo. 26. Et vestimēta sua varia abiicient. i. spoliabūt vl exuēt. Osee. 2. Ne forte spoliem eā nudā. Mich. 3. & pelles eorū desup excoriauerūt. Sigñat ēt irruere vel inuadere. s. p̄dā vel spoliū. Iudi. 9. Et primo mane oriēte sole irrue super ciuitatē. Et in eo. Surrexit & irruit in eam. 1. Reg. 27. Et agebāt p̄das de gesuri. i. inuadebāt p̄das siue irruebāt ad p̄das. & in eo. In quē irruistis hodie. & in eo. 30. Amalechite impetū fecerūt ex parte australi. i. irruerūt vel inuaserūt Et in eo. Siquidē nos erūpimus ad australē plagam. Iob. 1. Et inuaserunt camelos et tulerunt eos.

Exclusio. Irruere. Inuadere.

Recedere. Peccare. Peccare Spernere ipie agere.

פָּשַׁע Pasaa. p̄uaricari. rebellare. recedere. peccare. 3. Reg. 12. Recessitq̄ israel de domo dauid. pro quo he. le. & p̄uaricatus est siue rebellauit israel in domo dauid. 4. Reg. 1. p̄uaricatus est aūt moab in israel. 2. Paralip. 21. In diebus illis rebellauit edō ne esset subditus Iude. & in eo. eo tpe & lobna recessit ne eēt sub manu illi⁹. i. rebellauit. Prouer. 28 & pro buccella panis deserit veritatē. p quo he. le. & p buccella panis p̄uaricatur vir. Esa. 1. ip̄i vero spreuerūt me. pro q̄ he. le. Ipsi vero p̄uaricati sunt in me. & in eo. 43. & inter pretes tui p̄uaricati sūt in me. & in eo. 59. peccare & mētiri cōtra dñm. Hiere. 33. & spreuerūt me. i. & p̄uaricati sunt in me. siue rebellauerūt in me. Amos. 4. venite ad bethel & i pie agite: & ad galalī & multiplicate p̄uaricationē. & ei⁹ pas siuū ponitur p adiuuari. Prouer. 18. Frater q adiuuatur a fratre q̄si ciuitas firma. Et inde פֹּשֵׁעַ Poseaa. i. p̄uaricator trāsgressor. rebellis. sceleratus. Esa. 48. & trāsgressore ex ventre vocaui te. & in plu. פֹּשְׁעִים posiim. Esa. 46. Redite p̄uaricatores ad cor. & in eo. 53. Et cū sceleratis reputatus est. Et in eo. Et pro trāsgresoribus rogabit. Dañ. 8. Et post regnū eorū cū creuerint iniquitates. pro quo he. le. Cū cōsumati fuerīt p̄uaricatores. Osee. 14. & p̄uaricatores corruēt in eis. et inde פֶּשַׁע pesaa. i. p̄uaricatio. trāsgressīo. iniquitas scelus. Geñ. 30. Quā ob culpā meā: et ob qd̄ pctūm meum sic exarsisti post me. p quo he. le. que est trāsgressīo mea vl iniquitas mea: et qd̄ est peccatū meū. Exo. 22. Ad ppetrandā fraudē. i. p̄uaricationē seu iniquitatē. Et in eo. 34. qui aufers iniquitatē et scelera atq̄ pctā. ps. 31. beati quorū remisse sunt iniquitates. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he. ve. trāstulit. btūs cui dimissa est iniquitas. et in plu. פְּשָׁעִים pesaiim. siue פִּשְׁעֵי pisee. Leuit. 16. ab imūdiciis filiorū israel et a p̄uaricatiōibus eorū. Prouer. 10. Et vniuersa delicta operit charitas. Hiere. 5. qa multiplicate sūt p̄uaricatōes eorū

Adiuuari. Trāgressor. Peccare. Peccatores scelerati. Trangressores Culpa. trāgressīo. p̄uaricatio Iniquitas Peccare. Delicta

פָּשַׁע Pasaa: cū pūcto cebōled. incedere. deambulare. gradiri. Esa. 22. Gradiar super eā. & inde y פָּשַׁע pesaa. i. gressus. passus pedū. btūs hiero. trāstulit gradum. 1. Reg. 20. vivit dominus & viuit anima tua quia vno tantum vt ita dicam gradu ego morsq̄ diuidimur.

Gradiri. Gradus

פֶּשַׁךְ Pasach. Aperire. s. labia: seu inconsiderate loqui. diuidere. Prouer. 15. Qui autem inconsideratus est sētiet mala. Pro quo he. le. & qui aperit labia sua sētiet mala. Ezech. 16. & diuisisti pedes tuos omni transeūti.

Inconsiderate loqui. Aperire. diuidere.

פָּשַׁר Pasar. interp̄tari. Dañ. 5. Porro ego audiui q̄ possīs obscura interp̄tari. & inde פְּשַׁר pesar. siue פִּשְׁרָה pisra. i. expositio. solutio. interp̄tatio. Eccl's. 7. & quis cognouit solutionē verbi. Dañ. 2. & interp̄tationē eius indicabimus. & in eo. vt solutionem somnii indicarent mihi.

Linum.

פִּשְׁתָּה Pistha. linū. & scribitur cū he in fine. Exo. 9. Linū ergo & hordeū lesum est. & in eo. & linum iam foliculos germinaret. Esa. 42. & linū fumigās nō extinguet. & licet sit gñis feminini: declinatur pluraliter תִּים pisthim secūdū terminationē masculinorū. Deut. 22. Non indueris vestimēto quod ex lana linoq̄ cōtextū est. Ios. 2. Et operuit eos lini stipula. Iudi. 15. Sicut solent ad ardorem ignis lina consumi.

Linū Lina

פָּתַת Pathath. frāgere. diuidere. s. in frustra seu minutatim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. & inde פַּת path. i. fragmētū. seu buccella panis. Geñ. 18. ponāq̄ buccellā panis. Ruth. 2. Intinge buccellā tuā in aceto. Iob. 31. Sic comedi buccellā meā. Prouer. 17. Melio⁹ est buccella sicca cū gaudio. Ponitur ēt pro pane vel cibo. 2. Reg. 11. De pane illius comedēs. Prouer. 23. cibos q̄s comederas euomes. qd̄ i hebreo legitur singl̄r. s. panē vel cibū. & in plu. פִּתִּים p ithim. Leuit. 11. Diuides eā minutatim. p q̄ he. le. diuidēs eā i buccellas. ps. 147 mittit crystallū suā sicut buccellas. repitur ēt פִּתּוֹת pithoth scd̄m terminationē femininorū. Ezech. 13 & violabāt me ad pp̄m meū pp pugillū hordei & fragm̄ēta panis. & iūgitur cū dictiōe בַּג bag. & dr̄ פַּת בַּג pathbag. De quo vide supra in dictiōe בַּג bag. Itē פָּתַת pathath. i. lactare vel seducere. Prouer. 24. ne lactes quenpiam labiis tuis. De quo vide infra in dictione פָּתָה patha.

Diuidere. Buccella Panis Cibi. Buccelle Fragmēta Lactare

פִּתְאֹם Pithom. subito. statim. confestim. De quo vide in dictione פָּתָה patha.

פְּתִגִל Fascia. פתגל Pethigil.fascia pectoralis. Esa. & pro fascia pectorali cilicium.& solum inueniturin predicto loco.

פִּתְגָם Verbum. Res. Sentẽtia פתגם Pithgam.siue פִּתְגָמָא pithgama.verbũ.res.sentẽtia Ester.1.Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum diuulgetur imperiũ.pro quo hebrei legũt. Et audietur verbum regis quod faciẽdũ est in omni regno eius.Dañ.3.Non oportet nos de hac re respondere tibi.i.de hoc verbo.Eccls.8.Quia nõ profertur cito contra malos sententia.

פָּתָה Seducere. Decipere פתה Patha.seducere.decipere.lactare.suadere. persuadere dilatare.Exo.23.Si seduxerit quis virginem.Deut.11 Ne forte decipiatur cor vestrum.3.Reg.22.quis decipiet achab regem israel.Et in eodẽ.Decipies & preualebis .Iob. 31.Si deceptum est cor meum super mulierem.Et in eo.Et letatum est in abscondito cor meum.Debet legi lactatũ. i. seductũ vel deceptum.sicut Prouer.1.Si te lactauerint peccatores.idest seduxerint.Hiere.20. Seduxisti me domine & seductus sum.Potest etiam legi.persuasisti me domine& persuasus sum.Ezech.14.& propheta cum errauerit. idest cum deceptus fuerit.Et in eodem.Ego dominus decepi pphetam illum.Osee.2.Ecce ego lactabo eam.idest persuadam vel seducam eam.& in eo.Quasi columba seducta nõ habens cor.& inde פְּתָיוּת pethaiuth.idest persuasio vel deceptio.pro quo beatꝰ hieronymus trãstulit illecebras. Prouer. 9.Plenaqꝫ illecebris:& nihil omnino sciẽs.& inde פֶּתִי Pothe.idest insipiens.stultus.paruulus.scilicet intellectu:q facile seducitur . Iob. 5. Et paruulum occidit inuidia . Et communiter scribitur cum iod in fine loco he & dicitur פְּתִי Pethi.põs.18.Sapientiam prestans paruulis . Quod in hebreo legitur singulariter.scilicet paruulo vel insipiẽti. Prouer.14.Innocens credit omni verbo.idest insipiens.Et in eo.19.Pestilente flagellato stultus sapientior erit . Ponitur etiam פִּתְי Pethi.pro infantia.vt Prouer.1.Vsqꝫquo paruuli diligitis infantiam.idest insipientiã.& in plu.פְּתָיִם petha im.siue פְּתָיִים pethaim cum duplici iod.põs.118. Intellectũ dat paruulis.Prouer.1.Auersio paruulorum interficit eos. Et in eo.22.Innocens pertransiit& afflictus est damno.qđ in hebreo legitur pluraliter.scilicet innocentes vel insipiẽtes transeunt.Et aliquando scribitur cũ aleph & dr פְּתָאִים Pethaim.põs.114.Custodiens paruulos dominus. Prouer. 1.vt detur paruulis astutia.Et in eodem.7.Et video paruulos.Et in eodem.8.Intelligite paruuli astutiã.& inde פִּתְאֹם pithom.idest subito.confestim.Statim.Nu.12.statim locutus est dominus ad eum.Prouer.6.Huic extemplo veniet perditio sua.idest statim veniet.Malach.3.Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis . Itẽ פָּתַח patha.idest dilatare.Gen̄.9.Dilatet deus iapheth .Prouer. 20.Et dilatat labia sua.& inde פְּתַח petha.i. latitudo . Dañ. 3.Latitudine cubitorum sex.

Lactare psuadere פתה Dilatare פתה Latitudo פתאם Statim Extemplo פתים Paruuli פתאים paruuli פתיות Illecebra פתי paruulus.

פָּתַח Aperire. פתח Pathach.aperire.patere.pandere.soluere. dissoluere. incipere.sculpere seu proscindere. Gen̄.8.apiens noe fenestram arce.& in eodem.4 .Aperuitqꝫ ioseph vniuersa horrea.Nu.14.Vas quod non habuerit operculum . pro quo hebrei legunt.Et omne vas apertum quod non habuerit operculum.Deut. 15.Vt aperias manum fratri tuo . Et in eodem.20.Et aperuerit tibi portas.Et in eo.28. Aperiet tibi dominus thesaurum suum optimum:celum. Iudi.3. Et videntes qꝫ nullus aperiret.4.Reg. 9. Aperies ostium & fugies.Et in eodem.15.Noluerant enim aperire ei.2.ꝑalipo.6.Et aperiantur oculi tui super domum istã.Nee.6. Et epistolam habebat in manu sua.pro quo hebrei legunt. Et epistola aperta in manu sua.scilicet erat.Et in eodem.8. Et aperuit esdras librum.Iob.12.Si incluserit hoiem:nullꝰ est qui aperiat.põs.77.& ianuas celi aperuit.Esa.14. Vinctis eius nõ aperuit carcerem.& in eo.26. Aperite portas. Et in eo.35.Et aures surdorum patebunt.idest aperiẽtur. Et in eo.48.Nec ex tunc aperta est auris tua. & in eodem. 60. Et aperientur porte tue iugiter. Hiere.1.Ab aquilone pandetur omne malum.idest aperietur . vel secundum hebreos incipiet. Ezech. 37 . Cum aperuero sepulchra vestra.Et in eodem.44.porta hec clausa erit & non apietur. Zach.13.In die illa erit fons patens domui israel.Sigñat ẽt soluere.seu dissoluere.Gen̄.24.destrauit camelos.i.stramẽta dissoluit.3.Reg.20.non glorietur accinctus eque vt discinctus.pro quo hebrei legunt. Non glorietur qui accingitur sicut qui dissoluit.idest qui dissoluit a se baltheum militarẽ postquam vicerit.Iob.12.Baltheum regum dissoluit.& in eodem.30.pharetram suam aperuit.pro quo hebrei legunt.Chordam meam dissoluit.potest etiam significare aperire vt supra dictum est.põs.101.vt solueret filios interẽptorum.Esa.5.Nec soluetur cingulum renum eius . Et in eodem.20.Solue sacum de lumbis tuis.Et in eodẽ.52.solue vincula colli tui . Significat etiam quando flores aperiuntur & incipiunt emittere fructus immaturos. Canti.7 Si flores fructus parturiunt.& inde מִפְתָּח Miphthach. idest apertura siue apertio.Prouer.8.Et aperientur labia mea vt recta predicem.pro quo hebrei legunt . & apertio labiorũ meorum recta.& scribitur etiam sine mem & cum nun in fine & dicitur פִּתְחוֹן pithchon.idest apertura.Ezech.29 Et tibi dabo apertum os in medio eorũ.pro quo he.le . Aperturam oris.& inde פֶּתַח péthach.i. ostiũ.porta.ianua. fores Gen̄.4. In foribus peccatum tuum aderit.idest in ostio vel in ianua.& in eo.6.Ostium autem arce pones in latere. Et in eo.18.Sedenti in ostio tabernaculi.Et in eo.19.Egressus ad eos loth post tergum accludens ostium.põs. 118 .Declaratio sermonum tuorum illumina.pro quo beatus hiero . in psl.iuxta he.ve.transtulit.Ostium sermonum tuorum lucidum.Prouer.17.Qui altam facit domum suam querit ruinam.pro quo he.le.Qui exaltat ostium suum siue ianuam suam querit ruinam.Ezech.46.& adorabit populus terre ad ostium porte illius.& ĩ plu.פְּתָחִים pethachim: siue פִּתְחֵי pithche.põs.23.& eleuamini porte eternales . pro quo beatus hieronymus transtulit.& eleuamini ianue sempiterne. Esa.13.Et ingrediãtur portas duces.Mich.7. Custodi claustra oris tui.pro quo hebrei legunt.Custodi ostia oris tui. & inde מַפְתֵּחַ maphthéach.idest clauis: qua ostia aperiũtur Iudi.3.Tulerunt clauem & aperientes inuenerunt dominum suum.Esa.22.Et dabo clauem domus dauid super humerum eius.ponitur etiam pro apertura.1 . Paralip. 9. Vt quando tempus fuisset:ipsi mane aperirent fores.Pro quo hebrei legunt.Et ipsi super aperturam in mane . & est sensus sicut in littera nostra.Item פָּתַח pathach . idest sculpere vel proscindere. Exo.28.Et sculpes ĩ eis nomina filiorum israel.& in eo.Sculpes eos in nominibus filiorum israel.3. Reg.7.Sculpsit quoqꝫ in tabulis illis.Esa.28.proscindet & farriet humum suam.& inde פִּתּוּחֵי pithuche.idest sculpture:seu celature.Exo.28.opere sculptoris & celatura gẽmarii.3.Regum.6.Sculpsit variis celaturis in torno . põs . 65. Exciderunt ianuas eius in idipsum.pro quo beatus hiero. in psal.iuxta he.ve.transtulit.Et nunc sculpturas eius pariter.& inde פְּתִיחוֹת pethichoth.idest gladii seu lãcee.põs.54 Et ipsi sunt iacula.pro quo beatus hieronymus in psal.iuxta he.ve.transtulit.Cum sint lancee.Mich.3.Et pascent terram assur in gladio:& terram nembrod in lanceis suis .& inde verbum פָּתַח pathach.idest euaginare.põs.36 . Gladium euaginauerunt peccatores.

Aperire. Patere Pandere. Soluere parturire מִפְתָּח Apertio פִּתְחוֹן Apertura. פֶּתַח Fores Ostium מַפְתֵּחַ Clauis. Apertura. פָּתַח Sculpere. proscidere פִּתּוּחֵי Celatura sculpture פְּתִיחוֹת Lancee פָּתַח Euaginar.

פָּתַל Pathal.cõparare.peruertere· Geñ.30. Cõparauit me dñs cum sorore mea. Et aliqui hebrei dicunt q̃ significat in predicto loco addere vel adiungere. Vnde in predicto loco ipsi legũt. Additione dei addita sum cum sorore mea.siue cõiunctione dei adiuncta sum cum sorore mea. Si gñat etiã predicta dictio.peruertere vel subuertere.Ps.17. Cum peruerso peruerteris. Scribitur etiam cũ pe post thau 2.Reg.22.& cũ peruerso puerteris.vbi põitur תִּתַּפָּל thithapal pro תִּפְתָּל Thipathal. Et inde נִפְתָּל Niphtal.idest puersum seu prauũ.Prouer.8.Nõ est in eis prauũ quid neq̃ peruersum.Et in plurali נִפְתָּלִים Nipthalim.Iob.5.Et consiliũ prauorum dissipat.& inde פְּתַלְתֹּל pethalthol.i. peruersum seu peruersa.Deut.32. Generatio prauа atq̃ peruersa. Itẽ פְּתִיל pethil.i.filum seu vitta ex filis duplicatis. Nu.15. Ponẽtes ĩ eis vittas hyacinthinas.Iudi.16. Quomodosi rũpat quis filũ de stupa.& in plu.פְּתִילִים pethilim . Exo.39. Et extenuauit in fila. Ponitur etiam פְּתִיל Pethil. pro ligatura que fit cũ filo vel cum vitta.Nu.19.Vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper ĩmundum erit. Ponitur etiã pro armilla facta ex filis aureis vel argenteis. Geñ.38. Annulũ tuũ & armillã & baculũ quẽ manu tenes. Et in eo.cognosce cuius sit annulus & armilla & baculus.

Cõparare. Addere Peruertere Nephtal Peruersa Thitha Pethil Vitta. Pethilim Fila. Pethil Ligatura. Armilla.

פֶּתֶן Péthen.sine תָּ Páthen.aspis serpentis genus.ps.57. Sicut aspidis surde.ps.90. Super aspidem& basiliscum ambulabis. Vbi ponitur p basiliscо.Esa.11. Et delectabitur infans super foramen aspidis. & in plu.פְּתָנִים Pethanim. Iob.20.Caput aspidum sugget.Et in eodem.Fel aspidũ in trinsecus.Significat ẽt limen porte:& tũc scribitur cũ mẽ ĩ principio & dicitur מִפְתָּן Miphthan.1.Reg.5. Et due palme manuum eius abeise erant super limen.Ezech.46. Et adorabit super limen porte.

Aspis. Basiliscus Pethanim Aspideo. Miphthan Limen.

פֶּתַע Péthaa.subito.fortuitu. casus seu euentus. Nu.6. Sin aũt mortuꝰ fuerit quispiam coram eo..i.si subito mortuus fuerit. & in eodem.35. Quod si fortuitu absq̃ odio & inimicitiis quicq̃ horũ fecerit.Prouer.6. Subito cõteretur nec habebit vltra medicinam.

Fortuitu Subito

פָּתַר Pathar.interpretari.s.sõnium aut exponere.vel conicere. Geñ.40. Et non est qui interpretetur nobis. & in eo. Vt coniectoris veritas probaretur. Pro quo hebrei legunt. Sicut coniecit vel interpretatus est eis ioseph. & in eo.41.Audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. Pro quo hebrei legunt. Et factum est sicut interpretatus est nobis: ita fuit.& in eo.vidi somnium nec est qui ediserat.i. qui exponat vel interpretur. & in eodem. Audiui te sapientissime cõiicere.& inde פִּתְרוֹן pithron.i.interptatio. coniectura. Geñ.40. Iuxta interpretationem congruam sibi. & in plu.פִּתְרֹנִים Pithronim. vt in eo. Nunquid non dei est interpretatio .quod in hebreo legitur pluraliter.s.nũquid nõ dei sunt interpretationes.

Interpretari. Conicere. Exponere. Interptatio. Interptatiões

פִּתְשֶׁגֶן Pathségen.exemplar . Sũma seu copia scripture. Ester.5. Sũma autem epistolarum hec fuit.& in eodem.4. Exẽplar quoq̃ edicti qd pẽdebat in susis dedit ei. & ĩ ligua chaldaica scribitur cũ res loco tau & dl̃ פַּרְשֶׁגֶן par ségen. Esdre.4. Hoc ẽ exẽplar epistole quã miserũt ad eũ.

Summa. Exemplar. Exemplar.

De incipientibus a littera.צ.sadich

צֵל Seel.vmbra. Iob.40. Sub vmbra dormit in secreto calami. Et in eo. Protegũt vmbre vmbrã eius. vbi ponitur tã in singli q̃ in pli.& cõiter scribitur sine aleph . De quo vide infra in dictione צָלַל Salal.

Vmbra

צֹאן Son.ouis.pecus. Et declinatur tantum singulariter:& caret numero plu.& põitur singulare pro plurali. De quo vide infra in dictione צוֹן son.cum vau in medio.

Ouis.

צַב Sab.tegumen.aut plaustrũ.vel lectica desup tecta . Nu.7.Sex plaustra tecta.idest sex plaustra quodlibet cũ tegumento suo.Et in plurali צָבִים Sabim.Esa.66. Et in lectis & in mulis & in carrucis.

Lectum. Lectice

שׂוּף Suph. conterere. conquassare. conculcare. percutere. Geñ. 3. Ipsa. conteret caput tuũ. & in eo. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Pro quo hebrei legũt. Et tu conteres: siue conquassabis calcaneũ eius. nam eadẽ dictio ponitur in predicto loco pro cõterere & pro insidiari. Iob. 9. In turbine enim cõteret me. ps. 138. Et dixi forsitan tenebre cõculcabũt me. & aliqui hebrei dicũt ꝙ in ꝑdicto loco significat obscurare siue contenebrare. vnde ipsi legunt. Forsitã tenebre obscurabunt me. Et btũs hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Operient me. idest cõtenebrabunt me: de quo vide supra in dictione נָשַׂף Nasaph.

שׂוּק Suc. desiderare. appetere. redũdare. Esa. 29. Et anima eius vacua. Pro quo he. le. Et aia eius desiderans siue appetens. s. cibũ & potum. ps. 64. Visitasti terrã & inebriasti eam. pro quo he. le. Et desiderare siue appetere eã fecisti. Potest etiã deriuari a dictione שָׂקָה Saca. que signãt irrigare seu inebriare: sicut est in littera nra. Et inde תְּשׂוּקָה Thesuca. i. desideriũ seu appetitus. Geñ. 3. Et sub viri potestate eris. Pro quo hebrei legunt. Et ad virum tuũ desideriũ tuũ siue appetitus tuus. & in eodẽ. 4. Sub te erit appetitus eius Canti. 7. Et ad me cõuersio eius. Pro quo hebrei legunt. & ad me desideriũ siue appetitus eius. Significat etiã predicta dictio redundare. Ioel. 2. Et redundabũt torcularia vino & oleo. Item שׁוֹק Soc. i. callis seu platea aut vicus. Eccls. 12. & claudẽt ostia in platea. & in eo. Et circũdabũt in platea. & in plu. שׁוֹקִים Seuachim. Canti. 3. Per vicos & plateas. Item שׁוֹק Soc. idest. crus. seu armus: vel tura. Exo. 29. Armũq; dexterum. Iudi. 14. Vt stupentes suram femori imponerẽt Et in plurali שׁוֹקַיִם Socáim. Deut. 28. Percutiet te domin⁹ vlcere pessimo in genibus & in suris.

שׁוּר Sur. canere. cantare. psallere. aspicere. intueri. insidiari. ornare. Exo. 15. Tunc cecinit Moyses carmen hoc domino. & in eodẽ. Cantemus domino. Iudi. 5. Cecinitq; debbora & barach. & in titulo psalmi. 7. Vbi dicitur in finẽ psalmus dauid quem cantauit dño. Esa. 5. Cantabo dilecto meo. Soph. 2. Vox cãtantis in fenestra. Et inde מְשׁוֹרֵר Meforer. i. cantor: siue cãtans. 1. Paralipo. 6. Hemã cantor filio ioelis. Et in plu. מְשׁוֹרְרִים Meforerim siue שָׁרִים Sarim. vt in eodẽ. 15. Vt constitueret de fratribus suis cantores. Nee. 10. Ianitores & cãtores & nathinei. ps. 86. Sicut letantium omniũ nostrum habitatio est in te. pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. transtulit. Et cantores quasi in choris: omnes fontes mei in te. & in genere femininо שָׁרוֹת Saroth. siue מְשׁוֹרְרוֹת Meforeroth. 2. Reg. 19. vt audire possum vltra vocem cantorum. 2. Paralipo. 35. Omnes cantores atq; cãtatrices vsq; in presentem diem lamẽtationes super iosiam replicant. Esd. 2. Et in ipsis cantores atq; cantatrices. Eccls. 1. Feci mihi cantores & cantatrices. Et inde שִׁיר Sir. i. canticum seu carmen. Iudi. 5. Surge loquere cãticum. ps. 39. Immisit in os meũ canticum nouũ. ps. 41. Et nocte canticum eius apud me. Scribitur etiã cum he in fine & dicitur שִׁירָה Sira. Exo. 15. Tunc cecinit moyses & filii israel carmen hoc dño. Deut. 31. Scripsit quoq; moyses canticum. Et in plurali שִׁירִים Sirim. Canti. 1. Cãticum canticorũ salomonis. vbi ponitur tam in singulari ꝙ in plurali. Reperitur etiã in plurali שִׁירוֹת Siroth. secundũ terminationẽ pluralem femininorum. Amos. 8. Et stridebũt cardines templi. Pro quo hebrei legũt. Et vlulabunt carmina tẽpli. i. loco carminũ erit vlulatio. Significat etiã predicta dictio שׁוּר Sur. aspicere siue intueri. Nu. 23. Et de collibus considerabo eum. i. intuebor eum. & in eodem. 24. Intuebor illũ. Iob. 33. Respiciet homines & dicet. & in eodẽ. 36. Memento ꝙ ignores opus eius: de quo cecinerunt viri. Pro quo hebrei legunt. Quod intuiti sũt siue aspexerũt vel cõtẽplati sunt viri. s. sancti. Potest etiã legi sicut est in littera nra: secũdum primã significationẽ. Canti. 4. Coronaberis de capite amana. Pro quo hele. Aspicies siue ĩtueberis de capite amana. Põt etiã legi ornaberis: quod est idẽ quod coronaberis: vt infra dicetur. Significat etiã insidiari: eo quod insidiatores aspiciunt de latibulis suis. ps. 5. Dñe deduc me in iustitiã tuã ꝑpter inimicos meos. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he. ve. trãstulit. Propter insidiatores meos. ps. 58. Deus ostẽdet mihi super inimicos meos. Pro quo beatus hiero. transtulit. Deus ostẽdet mihi in insidiatoribus meis. ps. 91. Et despexit oculus meus super inimicos meos. Pro quo beatus hieronymus trãstulit. Et respiciet oculus meus eos qui insidiantur mihi. Hiere. 5. Insidiantes quasi aucupes. Ponitur etiã predicta dictio pro ornare. Esa. 57. Et ornasti te vnguento regio. Hebrei tamẽ dicunt ꝙ in predicto loco significat offerre. s. munus siue donare. Vnde in predicto loco ipsi legunt. Obtulisti siue donasti regi oleum siue vnguentum. Et inde תְּשׁוּרָה Thesura. idest oblatio: siue munus vel donũ. 1. Reg. 9. Et sportulã nõ habemus: vt demus homini dei. Pro quo hebrei legunt. Et oblatio seu munus non est nobis ad offerendum viro dei. Item שׁוּר Sur. siue שׁוֹר Sor. idest murus. Geñ. 49. Et in furore suo suffoderunt murum. & in eodẽ. filie discurrentes super murum. ps. 17. Et in deo meo transgrediar murum. Et in plurali שָׂרוֹת Saroth. Hiere. 5. ascendite muros eius. Ezech. 27. Naues maris principes tui. Pro quo hebrei legunt. Muri tui. idest sunt in circuitu tui quasi muri. Quod si scribatur cum puncto ceboleth in littera sin tunc significat principes in genere femininо:

שׁוּר
Canere
Cantare.

מְשׁוֹרֵר
Cantor

מְשׁוֹרְרִים
שָׁרִים
Cantores.

שָׂרוֹת
מְשׁוֹרְרוֹת
cãtatrices

שִׁיר
Canticus.

שִׁירָה
Carmen.

שִׁירִים
Cantica

שִׁירוֹת
Carmina.

שׁוּר
Cõsiderat.
Intueri.
Respicer.

cotonari
Aspicere.

Insidiari

Ornare.

תְּשׁוּרָה
sportula.
Munus.

שׁוּר
שׁוֹר
Murus.

שָׂרוֹת
Muri.

שוּרְיָא
אוּשְׁרְנָא
Muri.

vt in sequẽti dictiõe dicetur. & in lingua chaldaica dr̃ שׁוּרְיָא Suraia-siue אוּשְׁרְנָא Vsurna. i. muri. Esd. 4. Et muros eius & parietes componentes. Et in eodem. Quia si ciuitas illa edificata fuerit & muros eius instauraverint. & in eodem. 5 Et muros eius instaurare tis. & inde שְׂרוֹת Suroth. Pro quo beatus hieronymus transtulit aceruos. Iob. 24. Inter aceruos eorum meridiati sunt. Item שׁוֹר Sor. i. bos. Exo. 22. Si bos cornu percusserit. Leuit. 22. Bos ouis & capra. Iob. 6. Aut mugiet bos: cum ante presepe plenũ steterit. Et in plurali שְׁוָרִים Seuarim. Osee. 12. Ergo frustra erant in galgal boues immolantes: & secundum hoc significatum. Gen. 49. Vbi nos habemus & in furore suo suffoderunt murũ: aliqui hebrei legunt subneruauerũt bouẽ. & exponũt illud de ioseph qui dictus est bos vel taurus. Deut. 33. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius.

שְׂרוֹת
Aceruí

שׁוֹר
Bos

שְׁוָרִים
Boues

שׁוֹר
Sur. dominari. imperare. principari. i. principatum exercere. siue principẽ esse. preualere. Iudi. 9. Regnauitq; abimelech super israel: trib9 annis. Pro quo hebrei legũt. Et dñatus est: siue princeps fuit abimelech super israel. Prouer. 8. Per me principes imperãt. Osee. 8. Principes steterunt: & non cognoui. & in eodem. Et in fortitudine sua directus est cum angelo. Pro quo hebrei legunt. Dominatus est: siue preualuit. & in eodem. Et ualuit ad angelum: & cõfortatus est. Vide etiam de hoc infra in dictione שָׂרָה Sara. & aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. i. Paralipo. 15. Conenias aũt princeps leuitarum prophetie prerat. Et inde שַׂר Sar. i. princeps. Exo. 2. Quis te constituit principem & iudicem. Ios. 5. Sum princeps exercitus domini. & in plurali שָׂרִים Sarim. Iob. 29. Principes cessabãt loqui. p̃s. 118. Etenim sederunt principes: aduersum me loquebantur. & in eodem. Principes persecuti sunt me gratis Et aliquando scribitur cum littera sámech loco sin. Hiere. 6. Omnes isti principes declinantes. & in genere femininо שָׂרוֹת Saroth. Iudi. 5. Vna sapientior ceteris vxoribus ei9 hec verba socrui respondebat. Pro quo he.le. Sapientiores domine seu principes eius respondebant ei. 3. Reg. 11. Fueruntq; ei vxores quasi regine septingente. Pro quo hebrei legunt. Fueruntq; ei vxores principes septingente. Ezech. 27. Naues maris principes tue. Sed in aliquibus libris hebraicis reperitur שָׂרוֹת Saroth cũ puncto seboleth. quod significat muros, vt dictũ est supra in dictione precedẽti. Itẽ מְשׂוּרָה Mesura. i. mensura. Leuit. 19. In pondere & in mensura. 1. Paralipo. 23. Et super omne pondus atq; mẽsurã. & aliqñ scribitur sine mẽ. Esa. 28. Et ponat triticũ per ordinẽ Pro quo he.le. Et ponat triticum in mensura. Sed in lingua chaldaica significat ordinẽ. sicut est in littera nostra. s. quando scribitur cum puncto seboleth.

שׂר
Princeps

שָׂרִים
Principes

שָׂרוֹת
Femine

Principes.

משורה
Mensura.

Ordo

שׂוש
Sos. letari. gaudere. exultare. Deut. 28. Et sicut antea letatus est dñs super vos bene vobis faciens: sic letabitur disperdẽs vos. & in eodẽ. 30. Et gaudeat super te in omnibus bonis: sicut gauisus est in patrib9 tuis. p̃s. 69. Exultẽt & letentur in te. p̃s. 118. Letabor ego super eloquia tua. Esa. 35. Letabitur deserta & inuia. & in eodẽ. 61. Gaudens gaudebo in dño. & in eodẽ. 64. Occurristi letanti & facienti iustitiam. & in eodẽ. 66. Gaudete cũ ea gaudio. Et inde מָשׂוֹשׂ Masos. i. gaudiũ siue letitia: & vt in p̃dicto loco. Iob. 8. Hec est enim letitia vie eius. Threñ. 2. Gaudiũ vniuerse terre. & inde שָׂשׂוֹן Sason. i. gaudium seu letitia. p̃s. 44. Propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie. p̃s. 50. Redde mihi letitiam salutaris tui.

Letari

Exultare.

Gaudere

משוש
Letitia

ששון
Gaudium.
Letitia.

שׂוּשׂ

שׂוּם
Soth. ponere. imponere. statuere. Gen. 4. Posuit mihi dñs semẽ aliud. Exo. 7. Necp̃ apposuit cor etiã hac vice. & in eodem. 10. Vt faciã signa mea hec in eo. Pro quo hebrei legunt. Vt ponã signa mea hec in eo. & in eodẽ. 23. Ponãq; termios tuos a mari rubro vsq; ad mare philistinorum. 1. Reg. 4. Que non respondit eis: neq; animaduertit. p̃ quo hebrei legunt. Neq; apposuit cor suũ. Iob. 7. Quid apponis erga eum cor tuũ. & in eodem. 38. Et hic confringes tumentes fluctus tuos. Pro quo he.le. Et hic pones. i. depones superbiam fluctuũ tuorũ. & est sensus sicut in littera nostra. p̃s. 3. Non timebo millia populi circũdantis me. pro quo hebrei legũt. Non timebo millia populi: qui in circuitu posuerunt super me. s. obsidionem. p̃s. 16. Oculos suos statuerunt declinare in terra. Pro quo beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Oculos suos posuerũt. p̃s. 48. Sicut oues in infernũ positi sunt. Prouer. 22. Appone autem cor tuũ ad doctrinã meam. Esa. 16. Pone quasi noctem vmbrã tuam. & in eodẽ. 22. Et equites ponent sedes suas in portis. Hiere. 13. Et ponet eam in vmbrã mortis: & in caliginem. Pro quo he.le. & ponet eã in vmbra mortis: & ponet in caliginem. Ponitur etiam pro dimittere. Iob. 10. Dimitte ergo me vt plangam paululum dolorem meũ. Et inde שִׁית Sith. idest ornamentũ quod mulieres ponũt super se. Prouer. 7. Et ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio. Ponitur ẽt pro iniquitate. p̃s. 72. Operti sunt iniquitate & impietate sua. Et inde שֵׁת Sath. i. fundamentũ. & solum inuenitur in numero plurali. s. שָׁתוֹת Sathoth. p̃s. 10. Quoniã quem perfeci9 destruxerũt. Pro quo hebrei legunt. Quoniã fundamenta dissipata sunt. beatus hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit leges: que sunt quasi fundamenta. alii vero dicunt q̃ significat retia: sicut Esa. 19. Vbi nos habemus. & erunt irrigua eius flectentia. Pro quo ipsi legũt. Et erũt retia eius attrita vel dissipata. Potest etiã deriuari a dictione שָׁתָה satha que significat irrigua sicut est in littera nr̃a. Itẽ שֵׁת Seth. i. locus natiũ: seu verẽda. Esa. 20. Discooptis natibus ad ignominiã egypti. Et in plurali שְׁתוֹת Sathoth. 2. Reg. 10. Et precidit vestes eorum medias vsq; ad nates.

שׂים
Ponere.
Apponere.

dimittere.
שִׁית

Ornatus
Iniquitas
שֵׁת
שְׁתוֹת
Fundamẽta

Leges.

שֵׁת
Nates.
שְׁתוֹת
Nates.

שָׁזַב
Sazab. in lingua chaldaica signãt liberare: seu eripere. Dañ. 3. Quis est de9 qui eripiet vos de manu mea. & in eodem. Potest eripere nos de camino ignis ardẽtis: & de manu tua o rex liberare.

שָׁזַף
Sazaph. aspicere. intueri. Iob. 28. Nec intuitus est eũ oculus vulturis. Cãti. 1. Decoloravit me sol. Pro quo he.le. Aspexit me vel intuitus est me sol.

שָׁזַר
Sazar. retortũ. s. filũ duplicatũ & retortũ. & scribitur cũ mẽ in principio & dicitur מָשְׁזָר Moszar. Exo. 27 De byssо retorta.

שָׂחַח
Sachach. curuare. humiliare. inclinare. Iob. 9. Sub quo curuãtur qui portãt orbẽ. & in eo. 22. Et qui ĩclinauerit oculos suos saluabitur. & in eo. 38. Q̃ cubãt in antris. i. q̃ curuãtur vel humiliãtur in antris. p̃s. 9. Inclinauit se & cadet. p̃s. 37. Miser factus sum & curuat9 sum vsq; in finẽ. p̃s. 41. Quare tristis es aĩa mea. Pro quo btũs hiero. in psal. iuxta he.ve. trãstulit. Quare ĩcuruaris aĩa mea. p̃s. 106. Et pauci facti sunt: & vexati. p̃ quo he.le. Et pauci facti sũt: & humiliati vel incuruati sunt. Prouer. 14. iacebũt mali ad fi bonos. i. humiliãtur vel incuruãtur. Eccls. 1. Et obsurdescẽt oẽs filie carminis. p̃ quo he.le. & humiliabũtur oẽs filie carminis. i. submissa voce canẽt: nõ valẽtes vocẽ eleuare. Esa. 2 Et incuruabit se hõ. & in eo. Et incuruabitur oĩs sublimitas hoĩm. & in eo. 25. Et humiliabũtur & detrahẽtur vsq; ĩ terrã. & in eo. 60. Et venient ad te curui: filii eorũ qui humiliauerunt te. Threñ. 3. Et tabescet in me aĩa mea. p̃ quo he.le. Et curuatur siue humiliatur ĩ me aĩa mea. Mich. 6. Et humiliatio tua in medio tui. Abach. 3. Incuruati sunt colles seculi. Vide etiã de hoc infra in dictione שָׂחָה Sacha.

Eripere
Liberare.

שָׁזַף
Intueri
decolorare.
Aspicere

שָׁזַר
Moszar
Retortum

שָׂחַח
curuare.
Inclinare

Humiliare.

שָׂחָה Natare

שָׂחָה Sachach. natare. ps.5. Lauabo p singulas noctes lectulū meū. p quo btūs hiero.in psal.iuxta he.ve.trāstulit. Natare faciā tota nocte lectū meū. Esa.25. Sicut extē dit natans ad natādū. Ezech.47. Qm̄ intumuerāt aq̄ pfunde torrētis. p q̄ he.le.qm̄ intumuerūt aq̄ natatorie torrētis i.aque erāt tā pfunde: q nō poterāt trāsiuadari nisi natādo.

שֹׁחַד Munus

שֹׁחַד Sochad.munus seu donum. aut repetunde. Exo.23. Nec accipies munera: que etiam excecant prudentes. Deut.16. Nō accipies psonā neq munera: quia munera excecant oculos sapientum.1. Reg.8. Acceperunt munera & peruerterūt iudicium.4. Reg.16. Misit regi assyriorū munera. ps.14. Et munera super innocentem nō accepit. Esa. 45. Nō in precio neq in muneribus. & in hebreo declinatur tantum singulariter & caret numero plurali. & inde verbum שָׁחַד Sichad: quod significat donare siue munera dare vel accipere. Iob.6. De substantia vestra donate mihi. Pro quo hebrei legunt. Donate pro me. Ezech.16. Et dona donabas eis: vt intrarent ad te.

שָׁחַד Donare.

שָׁחָה Inclinare Humiliar.

שָׁחָה Sacha.curuare.incuruare. humiliare. inclinare.adorare. Prouer.2. Inclinata est ad mortem domus eius. & in eodem.12. Meror in corde viri humiliabit illum. Esa. 51. Qui dixerūt anime tue incuruare: vt transeamus. Et in de שְׁחוּת Sachuth.i.curuatio: siue interit9. Prouer.28. In interitu suo corruet. vide etiam de hoc supra in dictione שָׁחַח Sachach. & quando est verbum quarte cōiugationis tunc significat adorare. eo quod adorantes inclināt se proni in terra. vt Geñ.18. Et adorauit in terra. & i eodem.33. Adorauit pnus in terra septies. Exo.24. Et adorabitis procul. 2. Reg 15. Sed & cum accederet ad eum homo vt salutaret illum. p quo hebrei legunt. Vt adoraret vel inclinaretur illi. & in eodem. Cūq ascenderet dauid sūmitatē montis in quo adoraturus erat. & in eodē.16. Oro vt inueniam gratiā coram te dñe mi rex. Pro quo hebrei legunt. Adoro.i.gras ago. inueni gratiā coram te. Ezech.8. Et adorabāt ortum solis. & in eo 46. Adorabunt super limen porte. Et inde הִשְׁתַּחֲוָיָה histhachauaia.i.adoratio.4. Reg.5. adorāte eo i eodē loco: & ignoscat mihi deus seruo tuo. Pro quo he.le. In adoratione mea in domo remon ignoscat dñs seruo tuo.

Inclinare Humiliar. Vdorare Adoratio.

שָׁחַט Immolar Occidere. Mactare. Jugulare.

שָׁחַט Sachat.iugulare.decollare.immolare. occidere.mactare. Geñ.22. Et arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et in eodem.37. Et in sanguine hedi quē occiderant tinxerunt. Leuit.1. Immolabitq vitulum corā dño Nu.11. Nunquid ouiū vel boum multitudo cedetur.i.occidetur vel iugulabitur.1. Reg.14. Tulit oues & boues & vitulos & mactauerūt in terra. & in eodē. Et occidite super istud 4. Reg.25. Filios autē sedechie occidit corā eo. 2. Paralipo. 30. Immolauerunt autē phase. Esa.22. Et iugulare arietes. & in eodem.57. Immolātes paruulos in torrentibus. Et in eodē.66. Qui immolat bouē quasi interficiat virum. Osee. 5. Et victimas declinastis in pfundū. Pro quo hebrei legūt. Et immolare siue iugulare declinatores i profundum. idest declinantes a via recta: profunde immolabant idolis. Et in de שְׁחִיטָה Sechita.i.iugulatio vel occisio. 2. Paralip. 30. Immolauerunt leuite phase: his qui non occurrerant sanctificari domino. Pro quo hebrei legunt. Et leuite super occisionem vel immolationem pascharum: idest agnorū qui immolabātur in pascha. Ponitur etiam pro vulnerare. Hiere. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum. Vbi pro vulnerans ponitur שָׁחוּט Sachut. & aliqui hebrei dicunt q in predicto loco significat limatam vel politam aut tersam a rubigine. Et inde dicitur זָהָב שָׁחוּט Zahab Sachut.i.aurum purissimū. scilicet a rubigine. 3. Reg.10. Fecitq rex salomon ducenta scuta de auro purissimo. & aliqui he.le. de auro ductili.

שְׁחִיטָה Occisio. Vulnerar. שָׁחוּט purissimū

שָׁחַט Sachat.exprimere. Geñ.40. Et expressi in calicem quē tenebam. & solum inuenitur in predicto loco.

שַׁחַל Leena.

שַׁחַל Sachal.leena.aspis. Iob.4. Rugitus leonis & vox leene. Et in eodem.28. Nec pertransiuit per eam leena Osee.13. Et ero eis quasi leena. Ponitur etiam pro aspide. ps.90. Super aspidem & basiliscum ambulabis. Itē שְׁחֵלֶת Sacheleth. genus est gūmi. Pro quo beatus Hieronymus trāstulit onycham. idest coloris vnguinis. Exo.30. Sume tibi aromata stactem & onycham & galbanum.

שְׁחִין Vlcer

שְׁחִין Sechin. scabies. vlcer. Exo.9. Erunt enim in hominibus & in iumentis vlcera. Deut.28. Percutiat te deus vlcere pessimo.

שְׁחִם Poma Que spōte nascūtur

שְׁחִם Sachis. illud quod gignit terra ex granis semētis in messe cadentib9: vel quod sponte nascitur. Pro quo beatus hieronymus transtulit poma. Esa.37. In anno secūdo pomis vescere. Pro quo hebrei legunt. Et anno secundo que sponte nascuntur. Et aliquando scribitur cum sāmach in principio & sin in fine. 4. Reg.19. In quarto autem anno que sponte nascuntur

שַׁחַף Egestas.

שַׁחַף Sacheph. egestas. & scribitur cum thau in fine & dicitur שַׁחֲפֶת Sachépheth. Deut.28. Percutiat te domin9 egestate. Et solū inuenitur in predicto loco. & dicunt aliqui hebrei q significat calorem excessiuum. Alii vero dicūt q significat tu morē corporis: sicut fit in hydropicis. Itē שָׁחַף Sachaph. nomen est auis. Pro quo beatus hiero. trāstulit larum. Leuit.11. Et larum & accipitrem.

שָׁחַף Larus

שְׁחִיף Stratum.

שְׁחִיף Sachiph. tabulatum. siue stratum ligneū. Ezech.41. Stratūq ligno per gyrum.

שַׁחַץ Superbia. Insitores

שַׁחַץ Sachas. superbia. Iob.41. Ipse est rex super omnes filios superbie. In alio vero loco beat9 hieronymus transtulit institorē. Vt supra in eodem.28. Non calcauerūt eam filii institorum. potest etiam legi filii superbie.

שָׁחַק Cōtūdere. Excauare Cōminuere

שָׁחַק Sachac. contundere. cōminuere. Exo.30. Cūq in tenuissimū puluerem vniuersa contuderis. Iob.14. Lapides excauāt aq̄. i. cōminuūt. ps.17. Et cōminuā eos vt puluerem ante faciem venti. Et inde שְׁחָק Sachac. i. puluis tenuissimus qui adheret statere. Btūs hieronymus transtulit momentum. Esa.40. Et quasi momentū statere reputate sunt. Item שְׁחָק Sachac. i. celum seu ether aut nubes. ps. 88. Et testis in celo fidelis. & in eodē. Quis in nubib9 equabitur dño. Pro quo he.le. Quis in celo equabitur dño. Pōt etiā legi sicut est in littera nīa. Et in plu. שְׁחָקִים Sechacim. Iob.38. Quis enarrabit celorū rationē. ps.17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. p quo btūs hiero. in psal. iuxta he.ve. transtulit. Tenebrosa aqua in nubib9 etheris. Ponitur etiā pro nubibus. Deut.33. Magnificētia eius discurrūt nubes. Iob.36. Que de nubibus fluunt. ps.35. Et veritas tua vsq ad nubes. Potest etiam legi vsq ad celos.

Womētus Celum. Nubes. Celi. Ether. Nubes

שָׂחַק Ridere. Irridere Deridere. Ludere Ridiculū. Ludus Risus

שָׂחַק Sachac. ridere. irridere. ludere. illudere. Abach.1. Ipse super omnē munitionē ridebit. Et cōmuniter scribitur cum littera sādic. De quo vide supra in dictione צָחַק Sachac cū sādic in prima. signāt etiā irridere. 2. Paralipo. 39. Illis aūt irridētibus & subsanātibus eos. Threñ.1. Et deriserūt sabbata ei9. Itē signāt ludere. Iudi.16. Vt vocarēt Sanson: & añ eos luderet. 2. Reg.6. Dauid aūt & ois israel ludebāt corā dño. & inde מְשָׂחֵק Mishac. i. ridiculū. Abach.1. Et tyrānni ridiculū ei9 erunt. Et inde שְׂחוֹק Sechoc. i. derisus: ludus. Iudi.16. Expectantes ludētē sāson. p quo he.le. Expectātes ludū samson. Eccl's.2. Risū putaui errorē. & i eo.10. In risu faciūt panē. & inde nomē ppriū יִשְׂחָק Isaac. qđ interp̄tatur risus. Geñ.12. Vocauit abraam nomē filii sui quē genuit ei sarra isaac. Et licet ibi scribatur cū lēa sādic: tamen aliqñ scribitur cū sin. ps.104. Et iuramenti sui cū isaac. Ponitur etiā

Isaac.

יִשְׂחָק Idolum

Isaac pro idolo: eo quod idolū est opus dignū risu seu ridiculū. Amos.7. Et demolientur excelsa idoli. Et in eo. Et nō stillabis super domum idoli.

שָׁחַר Denigrari

שְׁחֹר Niger.

שְׁחוֹרָה Nigra.

Fusca

שָׁחוֹר Carbo.

שִׁיחוֹר Turbidus.

שָׁחַר Manc. aurora Diluculū.

Sachar. nigrescere. denigrari. nigrū esse. Iob.30. Cutis mea denigrata est sup me. & inde שְׁחֹר Sechor. i. niger. Leuit.13. Et capillū nigrū. & in ge. fe. שְׁחוֹרָה sechora siue שַׁחַרְחֹרֶת Sacharchóreth. Canti.1. Nigra sum sed formosa. & in eo. Nolite me cōsiderare q̄ fusca sim. i. nigra. & inde שְׁחוֹר Sachor. i. carbo: eo quod est niger. Threñ. 4. de nigrata est sup carbones facies eorū. & inde fluuius egypti dī שִׁיחוֹר Sichor. Eo qđ habet aquā turbidam. Ios.13. a fluuio turbido qui irrigat egyptū. Hiere.2. Vt bibas aquā turbidam. Item שָׁחַר Sachar. i. mane seu diluculū aut aurora. Gen.19. Cumq̄ esset mane cogebāt eū angeli. & in eo. 32. Iam enim ascēdit aurora. Iob.38. Nunquid post ortū tuū precepisti diluculo. Esa. 14. Lucifer qui mane oriebaris. Osee.6. quasi diluculū preparatus egressus eius. Et in eo. 11. Sicut mane transiit. Ioel.2. Quasi mane expansū super montes. Et aliqñ scribitur cū mē in principio & dī מִשְׁחַר Mischar. p̄s.109 Ex vtero ante luciferum genui te. pro quo btūs hiero. in p̄s. iuxta he.ve. trāstulit. De vulua orietur tibi ros adolescētie tue. i. mane orietur. & inde verbū שָׁחַר sacher qđ signāt manicare siue mane surgere vel mane querere. Iob.7. & si mane me quesieris non subsistam. & in eo. 8. Et si diluculo consurrexeris ad deū. & in eo.24. Vigilātesq̄ ad predā. i. mane surgētes. Ps.62. Ad te de luce vigilo p̄s.77. & diluculo veniebāt ad deum. Prouer.1. Mane cōsurgent & nō inuenient me. & in eo.8. & qui mane vigilāt ad me inuenient me. & in eodem.11. Bene consurgit diluculo qui querit bona. & in eo.13. Qui aūt diligit illū: instanter erudit. pro quo he.le. Qui aūt diligit illum: euigilat illū ad eruditionē. Esa.26. De mane vigilabo ad te. Osee.6. In tribulatiōe sua mane cōsurgēt ad me. Ponitur ēt pro desiderare. Prouer.7. Desiderans te videre. Sed ētī predicto loco he.le. Vt mane cōsurgerē ante faciē tuā. & inde שַׁחֲרוּת sachruth. i. pueritia scām hebreos: que est quasi mane ī homine. btūs hiero. trāstulit voluptatē. Eccl's.12. adolescentia & voluptas vana sunt. ponitur ēt שָׁחַר Sachar p̄ luce matutina. Esa.8. Nō erit eis lux matutina. ponitur ēt pro ortu. Esa.47. Veniet super te malum: & nescies ortum eius.

Orīri mane oriri. שָׁחַר

mane q̄rere Diluculo cōsurgere Vigilare Mane surgere

Desiderare שַׁחֲרוּת Pueritia

Voluptas שָׁחַר Lux matutina. Ortus

שָׁחַת Corrūpere Cōputre. Fœre putrescere

שָׁחַת Sachath. corrūpere. putrescere. delere. dissīpare. perdere. dispердere. peccare. Geñ.6. Corrupta est aūt terra corā deo. Et in eo. Cūq̄ vidisset deus terrā esse corruptā: ois quippe caro corrupat viā suā. Hiere.13. Et ecce computruerat lūbare. i. corruptū fuerat. Et in eo. Sic putrescere faciā supbiā iuda. & in eo.51. qui corrūpis vniuersā terrā. Naum.2. Et propagines eius corruperunt. Malach.3. & non corrūpet fructus terre. Sigñat ēt violare seu irritū facere. Amos.1. Et violauerit mīam eius. Malach.2. Irritū fecistis pactū leui. Sigñat ēt delere vel dissīpare. aut pdere siue dispdere. Geñ.6. Et ego dispердā eos cū terra. & in eo.18. Nō delebo. i. nō dispdā si inuenero ibi quadraginta quinq̄. Et in eo.19. Delebimus locū istū. & in eo. Quia delebit dñs ciuitatē hanc. Nu.22. Et vos causa eritis necis oīum. pro quo he.le. Et dispердetis vel perdetis omnem populum istum. Deut.9. Ne dispердas populū tuū. 2. Reg. 20. Moliebātur destruere murū. pro quo he.le. Dissīpabāt ad diruendū murum. Prouer.25. Et perdes pulchros sermones tuos. Hiere. 5. Ascēdite muros eius & dissīpate. Ezech.25. Interficientes & implētes inimicitias veteres. pro quo he.le. Ad dispdendum & dissīpandum inimicitia seculi. i. propter inimicitiam veterem. Ponitur etiam pro peccare. Exo.32. Peccauit populus tuus. Deut.31. Noui ego q̄ post mortem meā iniquē agetis. idest peccabitis. & in eo.32. Peccauerunt ei. Osee.9. Profunde peccauerunt sicut in diebus gabaa. & inde מָשְׁחַת Moschath. i. corruptū: seu debile vl' defforme. Leuit.22. Quia corrupta & maculata sunt omnia Malach. 1. Et votū faciens: immolat debile dño. Ponitur ēt pro inglorio. Esa.52. Sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Et inde מַשְׁחִית maschith. i. dissīpans vel dispердens aut corrūpens. Prouer.18. Frater est opa dissīpantis. & in eo.28. Particeps homicide est. Pro quo he.le. Particeps est viro dissīpanti vel corrūpēti. Hiere.51. Ecce ego ad te mons pestifer pro quo hebrei legunt. Dissīpans aut dispердēs vel corrūpens. vnde sequitur qui corrumpis vniuersam terram. Ponitur etiam pro interfectione vel internitione. Ezech'. 9. & vnusquisq̄ vas interfectiōis habens in manu sua. Et in eo. 21. Fabricantium interitū. Ponitur ēt pro laqueo vel pedica qua aues capiuntur. Hiere.5. Laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. ponitur etiam pro macie vel deformitate. Dañ.10. Sed species mea mutata est in me: & emarcui. pro quo he.le. Et species mea mutata est in me in maciem vel deformitatē. est ēt nomē mōtis ppe ierusalem. Pro quo btūs hiero. transtulit offensionē. 4. Regū.23. Excelsa quoq̄ que erāt in ierusalē ad dexterā partē montis offensionis. & inde שַׁחַת Sachath. i. corruptio siue interitus. Ps.15. Nec dabis sanctū tuū videre corruptionē. Ponitur ēt p̄ fouea vel sepulchro. Quod est locus corruptiōis. p̄s.93. Donec fodiatur peccatori fouea: De quo vide supra in dictiōe שׁוּחַ Sūach. & in plu. שְׁחִיתוֹת Sechithoth. p̄s.105. & eripuit eos de internitiōibus eorū. Ponitur ēt p̄ peccatis. Threñ. 4. Captus in peccatis nīis. & inde שְׁחִיתָא Sechitha. quod ī lingua chaldaica signāt deceptionē. Dañ.2. Quod interp̄tationē quoq̄ fallacē & deceptione plenam composueritis.

מָשְׁחַת corruptus Debile. Inglori⁹. מַשְׁחִית Dissīpās

Pestifer. corrūpēs.

Interfectio. Interitus

Pedica

Macies.

Offensio שַׁחַת corruptio

Fouea

שְׁחִיתוֹת Internitiōes Peccata. שְׁחִיתָא Deceptio. שָׁגָה Errare

שָׁטָה Sata. errare. Preuaricari. auertere. diuertere. declinare. i. a via recta Nu.5. Vir cuius vxor errauerit. & in eo. Et si nō polluta est deserto mariti thoro. pro quo he.le. Et si non declinasti siue diuertisti pollutione sub viro tuo. idest a viro tuo. & in eo. Sin aūt decliasti a viro tuo atq̄ polluta es. Prouer.4. Declina & defere eam. & in eo.7. Ne abstrahatur in viis suis mens tua. pro quo he.le. ne diuertat siue declinet in viis eius cor tuum. Osee.5. & victimas declinastis in profundū. & inde שָׁטִים Satim. siue שָׁטֵי sate. i. preuaricationes siue auersiones. p̄s.39. & nō respexit in vanitates & insanias falsas. pro quo he.le. nō respexit ad supbias & p̄uaricatiōes mēdacii. & aliqñ scribitur cū sāmach Ioco sin. Ps.100. Facientes preuaricationes odiui.

declinare. abstrahere.

שָׁטִים Insanie Preuaricationes

שָׁטַח Satach. expandere. extendere. Nu.11. Et siccauerunt eas per gyrum castrorum. Pro quo he. le. Expandentes siue extenderunt eas per gyrum castrorū. s. ad exsiccādum eas. 2. Regum.17. Et expandit velamen super os putei. Iob.12. Et subuersas in integrum restituet. Pro quo hebrei legunt. Expandens gētes & deducit eas: siue requiescere facit eas. Ps.87. Expandi ad te manus meas. Hiere.8. & expandent ea ad solem & lunam. Et inde מִשְׁטַח Mistach. idest locus vbi aliquid extenditur ad exsiccandum. Ezech. 26. Siccatio sagenarum erit in medio maris. p̄ quo hebrei legunt. Extensio sagenarum erit in medio maris. idest locus vbi sagene extendantur ad exsiccandum eas.

Expādere.

מִשְׁטַח Siccatio Extensio.

שָׂטַם Odire

שָׂטַם Satham. Odire. odium habere. cōminari. Geñ.27. Oderat autem esau Iacob. Et in eodem.49. Inuidebunt q̄ illi habentes iacula. Pro quo hebrei legunt. Oderūt siue comminati sunt illi. Et in eodem.50. Ne forte memor sit iniurie quam passus est. Pro quo hebrei legunt. Ne forte comminatus sit nobis ioseph. Iob.16. & comminās mihi infremuit contra me. & inde מַשְׂטֵמָה Mastema. idest cō-

Cōminari מַשְׂטֵמָה

minatio siue odium. Beatus hieronymus transtulit amentiam vel insaniam. Osee. 9. Propter multitudinem iniquitatis tue & multitudinem amentie. & in eodem. Insania in domo dei eius.

Amentia. Insania

שָׂטָן Satan. aduersari. contrarium esse. ps. 108. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi. Pro quo beat⁹ hieronymus in ps. iuxta he. ve. transtulit. Aduersabantur mihi. Et in eodem. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi. Pro quo beatus hieronymus transtulit. Qui aduersabantur mihi. Zach. 3. Et sathan stabat aduersus eum vt aduersaretur ei. & inde שָׂטָן Sathan. idest aduersarius seu contrarius. vt i predicto loco. vbi ponitur verbum & nomen ab eo deriuatum. Ps. 108. & diabolus stet a dextris eius. vbi ponitur pro diabolo. & inde שִׂטְנָה Sitna. idest aduersatio siue inimicitia. Gen. 26. Appellauitq; eum inimicitiam.

Aduersari

aduersari⁹ diabolus.

inimicitia

שָׂטַף Sataph. Lauare inundare. obruere. Leuit. 6. Defricabitur & lauabitur aqua. & in eo. Non lotis ante manibus. Pro quo hebrei legunt. Et manus suas non lauit aqua. & in eodem. Vas autē ligneum lauabitur aqua. 5. Reg. 22. Et lauerunt currus eius in piscina samarie. Significat ēt inundare vel obruere. Iob. 14. Paulatim terra consumitur. idest inundatur. Ps. 77. Et torrentes inundauerunt Canti. 8. Et flumina non obruent illam. idest non inundabunt. Esa. 8. Inundans & transiens. & in eodem. 10. Inundabit iustitiam. Et in eodem. 28. Flagellum inundans cū transierit. Esa. 30. Spiritus eius velut torrens inundans. Hiere. 47 & erit quasi torrens inundans: & cooperiet terram. Ezech. 13. Erit enim imber inundans. Dañ. 11. & veniet properans & inundans. Significat etiam ire cū impetu. Hiere. 8. Quasi equus impetu vadens in prelio. Pōitur etiam pro expugnare cum impetu & inundatione bellantium. Dañ. 11. & brachia pugnantis expugnabuntur a facie eius. Et in eodem. Et exercitus eius opprimetur. p quo hele. Et exercitus eius inundabit. idest expugnabit. potest etiam legi expugnabitur siue inundabitur. & inde שֵׂטֶף Séteph. idest inundatio siue diluuium. Ps. 31. Veruntamē in diluuio aquarum multarum.

Inūdat. Obuere

Ire cū impetu.

Expugnat

שֵׂטֶף Diluuium

שֹׁטֵר Soter. Executor: seu exactor. pretor. pro quo beatus hieronymus transtulit preceptorem siue magistrū. Prouer. 6. Que cum non habeat ducem nec preceptorem & in plurali שֹׁטְרִים Sotrim. Deut. 16. Iudices & magistros constitues in portis tuis. & in eodem. Qui docerent vos singula. Pro quo hebrei legunt. Et exactores vel pretores per tribus vestras. Potest etiam legi. & magistros siue preceptores per tribus vestras. & inde מִשְׁטָר Mistar. idest ratio. Iob. 58. Aut pones rationem eius in terra. & aliqui hebrei dicunt q̄ significat descriptionem. Item שְׂטָר Setar. in lingua chaldaica significat latus. Dañ. 7. Et in parte stetit. idest in vno latere.

pceptor Magistri.

Rati o.

Latus.

שַׁי Sái. munus. ps. 71. Tibi offerent reges munera. ps. 75 Omnes qui in circuitu eius affertis munera. & solū inuenitur in hebreo in numero singulari: & caret nūero plurali.

Munus.

שִׁין Sig. diuersorium: secundum translationem nostram: 3. Regum. 19. Forsitan loquitur: aut in diuersorio est. hebrei tamen dicunt q̄ significat negociationem siue occupationem.

diuersoriū

שִׂיחַ Siach. virgultum seu arbor. aut germen. Gen. 2. Et omne virgultum agri. Iob. 30. Et mandebāt herbas & arboris cortices. & in plurali שִׂיחִים Sichim. Gen. 21. Abiecit puerum subter vnā arborē. pro quo hebrei legūt. sub vna de arboribus. Iob. 30. Qui inter huiusce modi letabantur. Pro quo hebrei legunt. Qui inter arbores siue inter virgulta letabantur.

Virgultus Arbor

שִׂיחִים Arbores.

שִׁילֹה Silo. mittendus. secundum translationem nostram quasi שִׁילוֹחַ Siloach. vt Gen. 49. Donec vēiat qui mittendus est. Hebrei tamen interpretātur מְשִׁיחַ Mesiach idest christus. & sic est in translatione chaldaica. scilicet donec veniat mesiach. idest christ⁹. potest etiam deriuari a dictione שָׁלַל Salal. vel a dictione שָׁלָה Sala. de quo infra dicetur.

mittendus

Christus.

שִׁין Sáin. vrina. Esa. 36. Et bibant vrinam pedum suorum.

Vrina

שִׁיר Ser. ornamentum brachiorum: vt armilla. & solum inuenitur in numero plurali. scilicet שִׁירוֹת Seroth. Esa. 5. Et torques & armillas & monilia.

Armille.

שַׁיִשׁ Sáis. marmor. 1. Paralipo. 29. Et marmor parium abundantissimum. & aliquando scribitur sine iod & dicitur שֵׁשׁ Ses. Ester. 1. Columnis marmoreis. & in eodē. Smaragdino & pario stratum lapide.

marmor

שֵׁשׁ marmor. smaragd⁹

שַׁיִת Sáith. vepres. spina. Esa. 5. Et ascendent super eā vepres & spine. Et in eodem. 7. Vepres enim & spine erunt in vniuersa terra. Et in eodem. 10. Et deuorabitur spina eius & vepres eius.

Spina

שָׁכַךְ Sachach. cessare. quiescere. Gen. 8. Et imminute sunt aque: & clausi sunt fontes abyssi. p quo hebrei legūt Et cessauerunt aque siue quieuerunt. Nu. 17. Et cohibebo a me querimonias filiorum israel. idest cessare faciā. Ester. 2. Postq̄ regis asueri indignatio efferbuerat. i. quieuerat vt cessauerat. Et in eo. 7. & ira regis quieuit.

Cohibere. Cessare

שָׁכַב Sachab. cubare. iacere. requiescere. dormire. concubare. prostrari. Exo. 6. Mane quoq; ros iacuit per circuitum castrorū. Nu. 23. Nō cubabit donec deuoret predam. 2. Reg. 8. Coequans terre. Pro quo hebrei legunt. Iacere siue cubare fecit eos in terra. s. ad coequandū eos terre. Et in eo. 15. Cuba sup lectulū. & in eo. Cuba mecū soror mea. 4. Reg. 4. Et collocauit eum super lectulū hois dei. pro quo hele. Et iacere siue cubare eum fecit. Hiere. 3. Vbi nō prostrata sis. i. vbi nō cubasti. Ponitur ēt p dormire vel requiescere. Geñ. 19. Ecce dormiui heri cū patre meo. Et in eo. 28 Terram in qua dormis: tibi dabo. & in eo. 47. Sed dormiā cum patribus meis. Leuit. 26. Dormietis: & nō erit q exterreat. Nu. 5. Si non dormierit vir alienus tecum. & in eo. Et concubuisti cū altero. i. dormisti. 1. Reg. 3. Reuertere & dormi. 3. Reg. 1. Cū dormierit dñs meus rex cū patribus suis. Iob. 30. Et qui me comedūt nō dormiūt. p̄s. 87. Sicut vulnerati dormientes in sepulchro. Prouer. 24. pauxillū conseres manus tuas vt quiescas. Eccl's. 2. Neq; per noctē mente requiescit. Et in eo. 4. Et si dormierint duo fouebuntur mutuo. Ezech. 31. Descende & dormi cum incircuncisis. Zach. 14. Et mulieres violabuntur. i. dormient vel cubabunt cū eis. Et ꝓprie p̄dicta dictio significat iacere vel cubare. modo sit ad dormiendū: modo ad quiescēdū: aut in sepulchro p mortē. vt patet in locis p̄dictis. & inde שִׁכְבַת Sichbath. siue מִשְׁכָּב Mischab. idest cubatio: siue concubitus. Leuit. 18. Et cū muliere ꝓximi tui nō coibis. pro quo hele. Nō dabis cōcubitū tuū. & in eo. & cū masculo nō cōmiscearis coitu femineo. & in eo. 19. Hō si dormierit cū muliere coitu seminis. i. cōcubitu seminis. Signāt ēt מִשְׁכָּב Mischab lectū siue lectulū aut stratū. Exo. 22. Sed iacuerit in lectulo. 2. Reg. 4. Qui dormiebat super stratum suum in meridie. Ps. 4. Et in cubilibus vestris compungimini. Canti. 3. In lectulo meo per noctem quesiui. & secundum hebreos significat etiam predicta dictio שָׁכַב Sachab effundere. scilicet super terram. Iob. 38. Et concentum celorum quis dormire facit. pro quo hebrei legunt. & lagenas siue lagūcula

Prostrari dormire.

Cōcubare

Cōcubit⁹. Coitus

מִשְׁכָּב Lectulus. Stratum. Cubile

שָׁכָב

celorum quis effundere facit. & accipiūtur ibi laguncule p nubibus. Sed magis proprie est in translatione nostra. De quo vide supra in dictione נָבֵל nabel. & inde מִשְׂכָּב Miscab. q secundum hebreos significat vrceum. eo quod ab eo aqua effunditur. Pro quo beatus hieronymus transtulit stratoria. 2. Reg. 17. Obtulerunt ei stratoria & tapetia & vasa fictilia.

מִשְׂכָּב stratoria

שָׂכָה Sacha. depictum. imaginatum vel insigne: & scribitur cum mem in principio & iod & thau in fine & dicitur מַשְׂכִּית Maschith. Leuit. 26. Nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. Prouer. 18. Et quasi murus validus circundans eum. Pro quo hebrei legunt. Et quasi murus ex celsus in pictura sua: siue in imaginatione sua. Ezech. 8. Et vnusquisq; in abscondito cubilis sui. Pro quo hebrei legūt. Et vnusquisq; in cubili depicto suo. & in plu מַשְׂכִּיּוֹת Machioth. Nu. 55. Confringite titulos. i. lapides insignitos vl depictos. Ps. 72. Transierunt in affectū cordis. p quo bñs hiero. in ps. iuxta he. ve. trāstulit. Trāsierūt cogitatiões cordis. i. imaginatiões cordis. Pōitur ēt pro lectis. Prouer. 25. Mala aurea in lectis argenteis. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. Cum picturis argenteis. & inde שְׂכִוִי sechui idest gallus. Iob. 38. Vel quis dedit gallo intelligentiam. & aliqui hebrei dicunt q signāt cor siue intellectum.

שָׂכָה insigne. מַשְׂכִּית Insignio. Edificatio Pictura מַשְׂכִּיּוֹת Tituli. Affectus. Logitationes. Lecti. Pictare. שְׂכִוִי Gallus

שָׁכַח Sachach. obliuisci. obliuioni tradere. inuenire. Gen. 40. Oblitusq; est interpretis sui. Et i eo. 41. Vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. Deut. 4. Nec obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. Ps. 9. Oēs gentes qui obliuiscuntur deū. ps. 30. Obliuioni datus sum tanq; mortuus a corde. ps. 49. Intelligite hec qui obliuiscimini deum. ps. 76. Aut obliuiscetur misereri deus. Ps. 136. Si oblitus fuero tui ierusalem: obliuioni detur dextera mea. Eccl's. 8. Et laudabantur in ciuitate quasi opera iustorū. pro quo hebrei legunt. Et obliuioni tradūtur in ciuitate: q ita fecerint: siue quod rectum fecerint. Sed si pro יִשְׁתַּבְּחוּ istabechu legatur יִשְׁתַּחֲוּוּ istabechu: per mutationem littere caph in litteram beth que est quasi eiusdē figure: tūc significat laudabantur sicut est in littera nostra. Esa. 23. In oblivione eris o tyre septuaginta annis. Hiere. 2. Nunquid obliuiscitur virgo ornamenti sui. & in eo. populus vero meus oblitus est mei. & in eo. 23. Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus noīs mei. Threñ. 2. Obliuioni tradidit dominus in sion festiuitatem & sabbatum. & in ligua chaldaica significat inuenire. Dañ. 2. Inueni hominem de filiis trāsmigrationis. & in eo. Nullusq; locus iuētus est eis.

שָׁכַח Obliuisci Obliuioni tradere Inuenire

שָׁכַל Sachal. orbari. absq; liberis fieri. Sterilem siue infructuosum esse. Gen. 28. Cur vtroq; orbabor filio. Et i eo. 31. Oues tue & capre tue steriles non fuerunt. Et in eo. 42. Absq; liberis me fecistis. Et in eo. 43. Ego autem quasi orbatus: absq; liberis ero. Leuit. 26. Que consumant vos & pecora vestra. i. absq; liberis faciant. Deut. 32. foris vastabit eos gladius. i. absq; liberis faciet. 1. Reg. 15. Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus: sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Iob. 21. Vacca peperit & non est priuata fetu. Hiere. 15. Interfeci: perdidi populum meum pro quo hebrei legunt. Absq; liberis feci & perdidi populū meum. Et in eo. 50. Sagitta eius quasi viri fortissimi interfectoris. pro quo hebrei legunt. Quasi viri fortissimi orbantis. idest absq; liberis faciētis. Ezech. 5. Et bestias pessimas vsq; ad internitionem. Pro quo hebrei legūt. & bestias pessimas: & absq; liberis te facient. Et in eodem. 14. Et bestias terre induxero super terram vt vastent eam. idest absq; fructu eam faciant: siue vt faciant absq; liberis habitatores terre. Et in eodem. 36. Et non addes vltra vt absq; eis sis. idest vt sis orbata absq; eis. Et in eodem. Et suffocans gētem tuam. Pro quo hebrei legunt. Et orbans siue absq; liberis faciens gentem tuam. Osee. 9. Da eis vuluam sine liberis. Malach. 3. Nec erit sterilis vinea in agro. & aliquando preponitur littera caph littere sin. Ezech. 36. Et gentem tuam non necabis vltra. idest non facies eam absq; liberis. & inde שָׁכוּל Sacul. idest orbatus: siue ille qui factus est absq; liberis. 2. Regum. 18. Veluti si vrsa raptis catulis in saltu seuiat. idest orbata. Osee. 13. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis. & in hebreo in predictis locis legitur in genere masculino: eo quod est promiscui gñis. & in genere femino שְׁכוּלָה Sechula. idest orbata siue sterilis. Canti. 4. Et sterilis non est inter eas. Esa. 49. Ego sterilis & non pariens. scribitur etiam cum mem in principio & dicitur מְשָׁכְּלָה Mesachela. siue מְשַׁכֶּלֶת Mesachaleth. Exo. 23. Non erit in fecunda & sterilis terra tua. 4. Regum. 2. Sed aque pessime sunt & terra sterilis. & inde שִׁכּוּל Sechol. siue שִׁכּוֹל Sicul. idest sterilitas vel orbatio. Ps. 54. Sterilitatem anime mee. Esa. 47. Et ignorabo sterilitatem. Et in eodem. Veniēt tibi duo hec subito in die vna sterilitas & viduitas. Et in eodem. 49. Filii sterilitatis tue. dicitur etiam מְשַׁכֶּלֶת Mesacaleth. 4. Reg. 2. & nō erit mors neq; sterilitas. Itē אֶשְׁכֹּל Escol. idest botrus. Nu. 15. Pergentesq; vsq; ad torrentem botri. Et in eodem. Abscīderunt palmitem cum vua sua. p quo hebrei legunt. Abscīderunt inde palmitem & botrum vuarum vnum. Canti. 1. Botrus cipri dilectus meus mihi. Mich. 7. Non est botrus ad comedendum. & in plurali אַשְׁכְּלוֹת Ascheloth. Deut. 32. & botri amarissimi. Gen. 40 Et post flores vuas maturescere. Pro quo hebrei legūt. Maturabant in botris eius vue. Canti. 7. Vbera tua botris.

שָׁכַל Orbari, sterilē esse Absq; liberis esse. Suffocare. שָׁכוּל Orbatus. שְׁכוּלָה Sterilis. מְשָׁכְּלָה Sterilis. שִׁכּוֹל Sterilitas אֶשְׁכֹּל Botrus אַשְׁכְּלוֹת Botri

שָׂכַל Sachal. Intelligere. prudenter agere. aspicere: supponere. s. in modum crucis. Deut. 29. Vt intelligatis vniuersa que facitis. Et in eodem. 32. Vtinam saperent & intelligerent. Ios. 1. Vt intelligas cuncta que agis. Et in eodem. Tunc diriges viam & intelliges eam. 1. Reg. 18. Prudenti? se regebat q̄q; omnes viri saul. idest intelligebat. Et in eo. In omnibus quoq; viis suis dauid prudenter agebat. Et in eo. Videns itaq; saul q prudens esset nimis. 1. Paralip. 28. vt intelligerem vniuersa opera exemplaris. ps. 2. Et nunc reges intelligite. ps. 31. Intellectum tibi dabo. idest faciam te intelligere. ps. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Prouer. 16. Cor sapientis erudiet os eius. pro quo hebrei legunt. intelligere facit os eius. & in eodem. 17 Quocunq; se verterit prudenter intelliget. Et in eodem. 21. Excogitat iustus de domo impii. pro quo hebrei legūt. Intelligit iustus. & inde מַשְׂכִּיל Maschil. idest intelligens vel sapiens: aut prudens: vel eruditus. ps. 15. Vt videat si est intelligens. Prouer. 16. Et eruditus in verbo reperiet bona Et in eodem. 17. Seruus sapiens dominabitur stultis filiis. Amos. 5. Ideo prudens in tempore illo tacebit. Ponitur etiam pro intellectu vel eruditione aut disciplina. vt in titulo p̄si. 31. Vbi dicitur intellect? dauid. & in titulo. p̄si. 34. vbi dicitur in finē pro filiis chore intellectus. & beatus hiero. in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Victori filiorum chore eruditio. & inde שֵׂכֶל Séchel. idest intellect? seu disciplina. 1. Regum. 25. Eratq; mulier illa prudentissima. Pro quo hebrei legunt. Et erat mulier illa boni intellectus. ps. 110. Intellectus bonus omnibus facientibus ea. Prouer. 3. Et inuenies gratiam & disciplinam bonam. Et aliquando scribitur cum he in principio & dē הַשְׂכֵּל haschel. Iob. 34. Et verba eius non sonant disciplinam. & in lingua chaldaica dē שִׂכְלְתָנוּ Sochlethanu. Dañ. 5. Scientia & sapientia inuente sunt in eo. Signāt etiā predicta dictio

Intellect. Eruditio שֵׂכֶל Intellect. disciplina הַשְׂכֵּל disciplina שִׂכְלְתָנוּ Scientia. Prudens. Intellect. Eruditus. מַשְׂכִּיל Excogitat

aſpicere. aſpicere vel intueri. Geñ. 3. Aſpectuq; delectabile. Pro quo he.le. Et deſiderabile erat lignū ad aſpiciendum. Poteſt ēt legi ad intelligēdū: ſecundū primā ſignificationē. ſignāt ēt predicta dictio ſupponere. ſ. in modū crucis. Geñ. 48. Cōmutans manus. i. vnū brachiū ſupra aliud ponēs in modū crucis. vnde apud chaldeos & indos crux dicitur מַשְׁכָּל ma ſcal. nam ego interrogaui quēdā indū xp̄icolā qui ſemper crucē geſtabat in manu: quo noīe illa crux vocabatur i ſuo idiomate apud indos & rſidit q̄ appellabatur מַשְׁכָּל Maſcal. quod pōt interpretari intellectus ſeu ſapientia ſcd̄m primā ſignationē. vnde apoſtolus prima ad corinthios capitulo primo ait. Nos aūt predicamus xp̄m crucifixū iudeis quidē ſcādalū: gētibus aūt ſtultitiā: ipſis aūt vocatis iudeis atq; grecis xp̄m dei virtutem & ſapientiam.

ſup pōēſ. ſ. in medā crucis.

שְׂכַל Extruere. Inſtaurare

שְׂכַל Sachlal. In lingua chaldaica ſignāt conſtruere vel extruere aut inſtaurare. vt Eſdre. 4. Extruētes muros eius. & in eodem. Si ciuitas hec edificata fuerit: & muri inſtaurati.

שָׁכַם Manicare. māe ſurgere.

שָׁכַם Sacam. manicare. i. mane ſurgere. Geñ. 19. Et mane proficiſcemini in viā vr̄am. Pro quo he.le. Et manicabitis in viā veſtrā. i. mane ſurgetis. 1. Reg. 1. Et ſurrexerunt mane & adorauerunt corā dño. 2. Reg. 15. Abſaló mane cōſurgens ſtabat in introitu porte. p̄s. 126. Vanū eſt vobis ante lucē ſurgere. i. manicantes. Eſa. 37. Et ſurrexerunt mane. Hiere. 5. Equi amatores in feminas & emiſſarii facti ſunt mihi. pro quo he.ſe. Equi armati manicātes ſiue mane ſurgentes facti ſunt. poteſt ēt deriuari a dictiōe מָשַׁךְ maſach. & intelligi ſicut in littera noſtra. De quo vide ſupra in predicta dictione. Et in eo. 11. Mane conſurgens & cōteſtās Et in eo. 25. De nocte conſurgens & loquens. pro quo he.le. Manicans & loquēs. vbi ponitur אַשְׁכֵּם q̄ הַשְׁכֵּם Haſchem. & in eo. 26. Quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens & dirigens. Oſee. 6. Quaſi ros mane pertranſiēs.

De nocte cōſurgēs

שְׁכֶם Humerus ſcapula

שְׁכֶם Item שְׁכֶם Sechem. i. humerus. Geñ. 9. Palliū impoſuerūt humeris ſuis. Et in eo. 21. Impoſuit ſcapule eius. i. humero eius. Et in eo. 24. Cum hydria quā portabat in ſcapula. Et in eo. 49. Suppoſuit humerū ſuū ad portandū. Ponitur ēt pro iunctura humeri. Iob. 31. Humer⁹ me⁹ a iūctura ſua cadat. Sigñāt ēt partē. vt Geñ. 48. Do tibi partē vnā extra fratres tuos. p̄s. 20. Q̄ñ pones eos dorſum. pro quo he.le. q̄ñ pones eos partē. poteſt ēt legi ſcd̄m primā ſignificationē. Q̄ñ pones eos humerū. & ſic tranſtulit beatus hiero. in pſ. iuxta he.ve. ſ. humerū. Soph. 3. Et ſeruiant ei humero vno. Pro quo he.le. In partē vnā ſiue in parte vna. Eſt etiā שְׁכֶם Sichem nomen proprium loci. Geñ. 12. Vſq; ad locū ſichē Oſee. 6. In via interficientium pergentes de ſichem. Sed etiam in predicto loco hebrei legunt. In via interficientiū partem. i. hominum.

Iunctura humeri. Pars. Dorſum.

שָׁכַן Habitare.

שָׁכַן Sachan. habitare. morari. Geñ. 35. Cūq; habitaret in illa regione. Exo. 25. & habitabo in medio eorum. & in eo. 40. Nube operiēte oīa. Pro quo he.le. Eo quod habitabat ſiue morabatur ſup illud nubes. Leuit. 16. Quod fixum eſt inter eos in medio ſordiū habitatiōis eorū. p quo he.le. Qui habitat cū eis in medio ſordiū eorū. Deut. 12. vt ponat nomē eius ibi & habitet in eo. & in eo. Vt ſit nomen eius ibi. i. vt habitet. & in eo. 33. Et inter humeros illius requieſcet. i. habitabit. Ioſ. 22. In qua tabernaculum dñi eſt. Pro quo hebrei legunt. In qua tabernaculum domini habitat. 3. Regum. 8. Dominus dixit vt habitaret in nebula. Ps. 7. & gloriā meam in puluerem deducat. pro quo he.le. Et gloriam meam in puluere habitare faciat. p̄s. 77. tabernaculum ſuum vbi habitauit in hominibus. p̄s. 95. Paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Ezech. 17. Et habitabunt ſub ea omnes volucres. Ponitur etiam pro ſepelire. Naum. 3. Sepelientur principes tui. & inde שְׁכֵן Sechan. ſiue שָׁכֵן Sachen. ideſt habitator ſeu vicinus. ideſt cohabitator. Exo. 12. Aſſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui eius. Eſa. 33. Nec dicet vicinus elangui. Oſee. 10. Vaccas bethauen coluerunt habitatores ſamarie. Quod in hebreo legitur ſingulariter. ſcilicet habitator ſamarie. & ponitur ibi ſingulare pro plurali. Et in plurali שְׁכֵנִים Sechenim. Deut. 1. Et ad cetera que ei proxima ſunt. Pro quo hebrei legunt. Et ad omnes vicinos eius. Hiere. 12. Hec dicit dominus aduerſus omnes vicinos meos. & in genere femino שְׁכֵנָה Sechena Exo. 3. Sed poſtulabit mulier a vicina ſua. & in plurali feminino שְׁכֵנוֹת Sechenoth. Ruth. 4. Vicine autem mulieres congratulantes ei & dicentes. & inde מִשְׁכָּן Miſchan. ideſt habitaculum ſiue tabernaculum. Exo. 26. Tabernaculum vero ita facies. Nume. 19. polluit tabernaculum domini. Ps. 73. Tabernaculum nominis tui. & in plurali מִשְׁכָּנוֹת Miſchanoth. Iob. 39. Et tabernacula ei⁹ in terra ſaluginis. Ps. 83. Quam dilecta tabernacula tua. p̄s. 131. Tabernaculum deo iacob. quod in hebreo legitur in plurali. ſcilicet tabernacula. Reperitur etiam מִשְׁכָּנִים Miſchanim. ſecundum terminationem pluralem maſculinorum. Ps. 45. Sanctificabit tabernaculum ſuum altiſſimus. Pro quo he.le. Sanctificatio tabernaculorum excelſi.

Sepelire. שָׁכַן Habitator שְׁכֵנִים Habitatores Vicini Vicini שְׁכֵנָה Vicina. שְׁכֵנוֹת Vicine. מִשְׁכָּן Tabernaculum מִשְׁכָּנוֹת tabernacula. מִשְׁכָּנִים tabernacla

שֶׁכֶן Culter.

שֶׁכֶן Sachin. culter: ſeu gladius. Prouerbiorum. 23. Et ſtatue cultrum in gutture tuo. De quo vide ſupra in dictione שׁוּךְ Such.

שָׁכַר Inebriari. Ebriū eſſe.

שָׁרִירִי Vmbilicus שְׁרִירוּת prauitas

שָׁרַר Dominari.

שָׁרַר Sarar.dñari.principatum tenere.preualere. Nu.16. Nisi & dñatus fueris nostri. Ester.1.Esse viros prin cipes ac maiores in domibus suis. Vide etiā de hoc supra in dictione שׁוּר Sur.

שָׁרָא Manere Habitare.

שָׁרָא Sara.in ligua chaldaica significat manere siue habi tare. Dañ.2.Et lux cū eo est.i.manet siue habitat.

שָׁרַב Brida Estus. שָׁרָבִיט Virga

שָׁרַב Sarab.siccum siue aridum. aut estus. Esa.35. Et que erat arida in stagnum. & in eodem.49.Non percu tiet eos estus & sol.

שָׁרְבִיט Sarbit.virga aut sceptrū.Ester.4.Rex aureā virgā ad eū tetēdit.& in eo.Tetēdit cōtra eā virgā aureā.

שָׁרִג Ppago שָׁרַג Explicā et. Complect.

שָׁרִג Sarig.propago.ramus. & solum inuenitur in numero plurali.Gen.40. In qua erant tres propagines.Ioel. 1.Albi facti sunt rami eius. Et inde verbū שָׁרַג Sareg.quod significat perplexum aut cōuolutum siue intricatum esse. sicut vites perplectuntur propaginibus.Iob.40.Nerui te sticulorum eius perplexi sunt. Threñ.1. Conuolute sunt & impositę capiti meo.

שָׁרַד Remanere. Relinqui. Qui reli quitur. Qui remā sit. שָׁרִיד ministerīū Runcina. שָׁרָה Cōsiderar. Relinquere

שָׁרַד Sarad.remanere.relinqui.Ios.10. Hi qui israel effu gere potuerunt:ingressi sunt ciuitates munitas. Pro quo he.le.Et reliqui qui remanserunt ex eis venerunt in ci uitates munitas.Et inde שָׁרִיד Sarid.i.ille qui relinquitur vel euadit.vt in p̄dicto loco. Vbi ponitur verbum & nomē ab eo derivatum.& in eo.8.Ita vt nullus de tanta multitudi ne saluaretur.i. relinqueretur. Threñ.2. Et non fuit in die furoris:dñi qui effugerit & relinq̄retur.Hiere.31. Populus qui remanserat a gladio.& in eo.42.Nullus de eis remane bit neq; effugiet.Item שָׁרָד Serad.i.ministerium.Exo.31. Et vestes sanctas in ministerio aaron sacerdoti & filiis eius Sigñat etiā instrumētum dolatorium.Pro quo btūs hiero. transtulit runcinā.Esa.44.Formauit illud in runcina.

שָׁרָה Sara.considerare.siue intueri. relinquere.soluere.in cipere.Iob.37. Sup omnes celos ipse considerat. Vi de etiā de hoc supra in dictione שׁוּר Sur.Hiere.15. Si nō re liquie tue in bonum. pro quo he.le. Si nō reliqui te i bonū De quo vide supra in dictione שְׁאָר Saar.alii vero legunt sic.Si non solui te in bonum.nā in lingua chaldaica signifi cat soluere vl̄ dissoluere. Dañ.5. Ecce ego video viros quat tuor solutos.& in eo.5.Et cōpages renum eius soluebātur. Significat etiā in lingua chaldaica incipere.Esd.5.Et cepe runt edificare domū dñi. Item שְׁרִיָה Stria.i.lorica siue tho rax. Iob.41. Cum apprehenderit eū gladius:subsistere nō poterit:neq; hasta neq; thorax. Scribitur etiā cum nū in fi ne & dē שִׁרְיָן Sirian.1.Reg.17. Et lorica hamata iduebatur 3.Reg.22. Et percussit regē israel inter pulmonē & stoma chum.Pro quo he.le. Inter iuncturas & loricā. Esa.59.In dutus est iustitia vt lorica. Hiere.51.Et non ascendat lorica tus. Et in plurali שִׁרְיוֹנוֹת Sirionoth.2. Paralipo.26.Et ha stas & galeas & loricas. Item שָׁרוֹן Saron.i.campus seu pla nicies.Canti.2.Ego flos cāpi.Esa.35.Et factus est saron si cut desertū.i.cāpus in quo sunt vinee & frumenta:erit sicut desertum. Item מִשְׁרָה Misra.i.illud.quod ab alio exprimi tur.Nu.6.Quidquid de vua exprimitur:nō bibet.& aliqui hebrei dicunt ꝙ significat madefactum.i.quidquid est ma defactum in vino vel in musto.

שָׁרָה Noluere Incipere. שְׁרִיָה thorax Lorica. שִׁרְיוֹנוֹת Lorice. שָׁרוֹן Campus. Saron. מִשְׁרָה qđ exprīit

שָׁרָה Sara.preualere.dñari. Gen.32.Quoniā si cōtra deū fortis fuisti:quāto magis cum hoībus prevalebis.pro quo he.le. Quoniā cum deo prevaluisti siue dñatus fuisti. Osee.12. Et in fortitudine sua direct? est cum angelo.i.pre ualuit.& in eo.Et invaluit ad angelum. Et inde מִשְׁרָה Mis ra.i.dñiū siue impium. Esa.9. Multiplicabitur ei? impiū.

מִשְׁרָה Imperiū.

שָׁרַט Incidere. Cōcidere Lacerare.

שָׁרַט Sarat.scindere.concidere.incidere.s.carnes vngulis vel ferro.vt Leuit.19. Super mortuo non incidetis carnes vēas.& in eo.21.Neq; in carnibus suis facient incisu ras.Zach.12.Cōcisione lacerabuntur. Et inde שֶׂרֶט Séret. siue שָׂרָטָה Saráteth.i.incisionem. Leuit.21.Neq; in carni bus suis facient incisuras. pro quo he.le.Et in carnibus suis non incident incisionem. vbi ponitur verbum & nomē ab eo derivatum.

שָׂרָטָה Incisura.

שָׁרַךְ Corrigia. מְשֻׁרָכֶת Explicans

שָׁרַךְ Seroch.corrigia.gen.14.vsq; ad corrigiā calige.Esa. 5.Nec rūpetur corrigia calciamenti eius.Et inde ver bum siue participium מְשֻׁרָכֶת Mesarécheth.i.circuiēs sicut corrigia circunuoluitur . Pro quo beatus hiero. transtulit explicans.Hiere.2.Cursor leuis explicans vias suas.

שָׂרַע Eādē. Superfluere

שָׂרַע Saraa.superfluere.superfluū esse. Leuit.21.Vel pat uo vel grādi.Pro quo he.le. Aut diminutum vel sup fluum. & in eo.22. Bouē & ouē aure & cauda amputatis.p quo he.le. Superfluum vel diminutum.s.in aliquo mebro. Esa.28. Coangustatum est enim stratum:ita vt alter deci dat.Pro quo he.le. Coangustatū est enim stratum ne super

fluat.i.ne superfluat alteri:quia est tam angustum ꝙ vix capit vnum hoiem: & si alius ibi recumbat necesse est vt alter illorum decidat.& sic beatus hiero.transtulit sensum.

שַׂרְעַף Saraaph.cogitatio.& solum inuenitur in numero plurali. ps.93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo. Pro quo beatus hiero.in psalterio iuxta he.ve.transtulit. In multitudine cogitationū mearū: que sunt in me.ps.138. Et cognosce semitas meas.Pro quo beatus hiero.transtulit.& scito cogitationes meas.

Cogitationes

שָׂרַף Saraph.comburere.vrere.exurere.succendere.Exo.32.Combusitq; & cōtriuit vsq; ad puluerē.Leuit.10. Et oīs domus israel plangat incendium:quod dñs succēdit. & in eo.Exustum repetit.Nu.19.Cōburetq; eam cunctis videntibus.Deut.29.Sulphure & salis ardore comburens.1. Reg.30.Et succēderent eam igni.& in eo.Et inuenissent eā succensam igni.& in eodem.30. Et combuserunt eam igni 2.Reg.23.Et comburētur vsq; ad nihilum.4.Reg.23.Succendit etiā lucum.& in eodem.& combusit eam sup altare. 2.Paralipo.26. Et cōbuserūt super eum ambitione nimia. Pro quo he.le.Et combuserunt super eum combustione nimia. Vbi ponitur nomē & verbum ab eo deriuatum. Esa.1. Ciuitates vestre succēse igni. Hiere.36. Ne combureret librum.& in eo.26.Et ciuitatē hanc comburet igni.Pro quo hebrei legunt.Cōbures igni.i.eris causa vt cōburatur igni. Et aliquando scribitur cum samach loco sin. Amos.6.Et cōburet eum:vt efferat ossa de domo.& inde שְׂרֵפָה Serepha. idest incendium vel combustio. Leuit.10. Incēdium quod dominus succendit. Nu.19.mittet in flāmam que vaccā vorat.Pro quo hebrei legunt. Mittet in medio combustionis vacce.2.Paralipo.21. Et non fecit ei populus secundū morē cōbustionis exequias.& in plurali מְשָׂרְפוֹת Misrephoth. Esa.33.Et erunt populi quasi de incēdio ignis.Pro quo hebrei legunt.Et erunt populi quasi incendia vel cōbustiones ignis. Hiere.34. Et secundū cōbustiones patrum tuorum priorum qui fuerunt ante te:sic comburent te.Et inde שָׂרָף Saraph.i.serpens ignitus qui flatu vrit. Nu.21.Fac serpētē eneum.i.similitudinem serpentis igniti. Esa.14. De radice enim colubri egredietur regulus: & semen eius absorbens volucrem.Pro quo he.le.Et fructus eius serpēs volans:siue regulus volans.& in eo.30. Vipera & regulus volās.vbi ponitur pro regulo.& in plurali שְׂרָפִים Seraphim.Nu.21.Mitsit dñs in populum ignitos serpentes. Signat etiam שְׂרָפִים Seraphim certū ordinē angelorum celestis hierarchie.Esa. 6.Seraphim stabant subter illud.& in eodem. Et volauit ad me vnus de seraphim.

Cōburere Succēdere Exurere. Absorbēs Regulus. Igniti serpentes. Seraphim

שָׂרַץ Saras.moueri. reptare.serpere.ebullire.producere. s.aīalia mobilia seu reptilia.Gen.1. Aiam viuentē atq; motabilem quā produxerant aque. Pro quo he.le.Quā mouerunt aque.i.mouere fecerūt.& in eo.Producant aque reptile.i.mouere faciant.& in eo.Et ingredimini super terram.i.gradimini.Exo.8. & ebulliet fluuius ranas.i.moueri faciet. Leuit.11.Hec quoq; polluta reputabuntur:de his que mouētur in terra.ps.104. Edidit terra eorum ranas.i.pduxit seu moueri fecit.Ezech.47.Et oīs aia viuēs que serpit. Et inde שֶׂרֶץ Sēres.i.reptile aie viuētis.Leuit.11. Eorū que in aquis mouētur & viuunt.& in eo. Omne de volucribus quod graditur sup quattuor pedes. Pro quo hebrei legūt. Omne motabile de volucribus.

Producere Gradi. Ebullire Moueri. Edere serpere motabile.

שָׂרַק Sarac.Sybilare.Esa.5.Et sybilabit ad eum de finib9 terre. & i eo.7.Sybilabit dñs muscę.Hiere.9.Et sybilabit supervniuersas plagas eius.Threñ.2.Sybiliauerunt & mouerunt capita sua. Zach.2.Sybilabo eis & cōgregabo illos.& inde שְׂרִיקָה Serica.i.sybilus.Mich.6.vt darē te in pdi

Sybilare

tionē:& habitātes in ea in sybilū.& in plu.שְׂרִיקוֹת sericoth. Iudi.5.Vt audias sybilos gregū. & inde מַשְׂרוֹקִיתָא Masrocitha.quod in ligua chaldaica signat fistulā. Dañ.3.In hora qua audieritis vocem tube & fistule.

Sybilus שְׂרִיקוֹת sybili מַשְׂרוֹקִיתָא Fistula

שֹׂרֵק Sorec.vitis.s.electa & optima: aut ꝑpago optima & fructuosa.Gen.49. Ligans ad vineā pullū suū.& ad vitē o fili mi asinā suā.Esa.5.Et plātauit vineā electā.ꝑ quo he.le.& plātauit vitē seu ꝑpaginē.s.electā.Hiere.2. Ego au tē plantaui te vineā electā. & dicunt aliqui hebrei ꝙ signat vitē que ꝑducit vuas sine granulis.& in plu.שֹׂרֹקִים Seruim.Esa.16.Dñi gētiū exciderunt flagella eius.i.ꝑpagines eius.Et inde שְׂרִיקוֹת Sericoth.Pro quo beatus hiero.transtulit plectentes.Esa.19. Et cōfundentur qui opabātur linū plectētes.& aliqui hebrei dicunt ꝙ signāt linum optimū & candidissimū sicut est byssus.Item שָׂרוֹק Saruc.i.variū.s.colore.& solum inuenitur in numero plurali. Zach.1.Et post eum equi ruffi varii & albi.

Vitis. vinea electa שֹׂרֹקִים ꝑpagines שְׂרִיקוֹת Plectēs שָׂרוֹק Varū.

שָׂרַשׁ Saras.radicare.erradicare. Iob.5. Ego vidi impiū firma radice.ꝑ quo he.le.Ego vidi impium radicātē:siue radicatum.i.firma radice plātatum.ps.79.Plantasti radices ei9.ꝑ quo he.le.Radicasti radices ei9. Esa.40.Qui ingrediuntur impetu a iacob.ꝑ quo he.le.Ingrediētes siue ingrediētib9 radicabit iacob. Vnde sequitur.florebit & germinabit israel.& in eo.40. Nec radicato in terra trunco eorum.Hiere.12.Plantasti eos & radicē miserunt.Signat etiā per antiphrasin erradicare vel delere.Iob.31.Et progenies mea erradicetur.& in eo.Et oīa erradicās genimia mea.ps. 51. Et radix tua de terra viuentium.ꝑ quo beatus hiero.in ps.iuxta he.ve.trāstulit. Et erradicabit te de terra viuētiū. Iudi.5.Ex ephraim deleuit eos.& inde שָׂרְשִׁי Sorsi.i.exiliū ꝙ est erradicatio a patria.Esd.2. Siue in mortē siue in exilium.Et inde שֹׂרֶשׁ Sores.i.radix.Deut.29. Et sit inter vos radix germinās fel & amaritudinē.Iob.19. Et radicē verbi inueniamus cōtra eū.& in eo.29. Radix mea apta est secus aquā. & in eo.30. Et radix iuniperorum erat cibus eorum. Esa.53.Et sicut radix de terra sitienti.& in plu.שָׂרָשִׁים Sarasim siue שֹׂרְשִׁי Sorse.Iob.8. Sup aceruū petrarū radices eius densabuntur.Hiere.17. Quod ad humorē mittit radices suas.Ponitur etiā pro vestigiis vel cardinib9.Iob.13.Et vestigia pedum meorum considerasti.& in eodē.36.Et cardines maris operuit.

Erradicat Delere. Exilium. שֹׂרֶשׁ Radix. שָׂרָשִׁים Radices Vestigia. Cardines שָׂרְשֵׁי

שַׂרְשֶׁר Sarser.catena. & solū inuenitur in numero plu. שַׂרְשְׁרוֹת s.Sarseroth.Exo.28.Catenas sibi inuicē coherentes.3.Reg.7.Et qui per modum retis & catenarum sibi inuicē miro ope contextarū.2.Paralipo.3. Et quasi catenas se inuicem complectentes.

Catene שַׂרְשְׁרוֹת

שָׁרַת Sarath.ministrare.seruire. Nu.8. Eruntq; ministri fratrum suorū.ꝑ quo he.le. Et ministrabūt cū fratribus suis. & in eo.16. Et ministraretis ei. & in eo.18. Presto sint & ministrent tibi. Deut.18.Ministrabit in noīe dñi dei sui.& in eo.21. Quos elegit dñs deus tuus: vt ministrēt ei. 1.Reg.2. Samuel aūt ministrabat ante faciem dñi.3. Reg.1. Et abisag sunamitis ministrabat regi.1. Paralipo.6. Ministrabant corā tabernaculo.& in eo.25. Vt adoleret incēsum corā dño secundū ritum suū.ꝑ quo he.le. Vt adoleret incensum corā dño: vt ministraret ei. Esa.60. Arietes nabaioth ministrabunt tibi.& in eo.Et reges eorum ministrabunt tibi.& inde מְשָׁרֵת Mesareth.i.minister.Exo.24. & iosue minister eius.Et inde שָׁרֵת Sareth.i.ministerium. Nu.4.. Oīa vasa qui b9 ministratur i sctō. ꝑ quo he.le. Oīa vasa ministerii.2.Paralipo.24. & facta sunt vasa tēpli in ministerium.

Ministrare מְשָׁרֵת Minister שָׁרֵת Ministeriū שָׁרֵת מִשְׁרַת

שָׁרֵת Sareth.cum puncto cebolet & ꝑposito mē vt dicatur מִשְׁרַת Masreth:signat scutelā aut vas.2.Reg.13.Tol

lenſq; quod coxerat: efudit & poſuit corã eo. Pro quo hebrei legunt. Et tulit ſcutellam & effudit coram eo.

Scutella
שֵׁת
Statio.
שֵׁת
ſet.

שֵׁת Seth. nates. Eſa. 20. Diſcoopertis natibus ad ignominiã egypti. De quo vide ſupra in dictiõe שׁוֹת ſoth. Itẽ שֵׁת Sith. in lingua chaldaica ſignificat ſex. Dañ. 3. Latitudine cubitorum ſex. Et inde שִׁתִּין Sithin. ideſt ſexaginta. vt in eodem. Latitudine cubitorum ſexaginta.

שִׁתִּין
ſexaginta.
שִׁתַּת
Ponere.

שִׁתַּת Sathath. ponere. & ſcribitur cũ ſimplici tau. ps. 48. Sicut oues in inferno poſite ſunt. ps. 72. Poſuerũt in celũ os ſuũ. De quo vide ſupra in dictiõe שׁוֹת ſoth.

שָׁתָה Satha. bibere. potare. Geñ. 9. Bibenſq; vinum inebriatus eſt. Et in eodem. 44. In quo bibit dominus meus. Exo. 34. Panem non comedit: & vinum non bibit. Leuit. 11. et omne liquẽs quod bibitur. ps. 49. aut ſanguinẽ hircorũ potabo. ps. 77. Et imbres eorũ non biberẽtur. Prouer. 9. Et bibite vinũ qd miſcui vobis. & ide מִשְׁתֶּה Miſthe i. conuiuium: ſeu potatio vel potus. Geñ. 19. Ingreſſiq; domũ eius fecit cõuiuium. & in eodẽ. 21. Fecitq; abraam grãde conuiuium. Eſter. 1. fecerat grande conuiuiũ pricipibus ſuis. Eſa. 5. Et vinum in conuiuiis veſtris. Dañ. 1. Nec de vino potus eius. & inde שֵׁתִי Sethi. ideſt ebrietas ſiue potatio Eccl. 10. Ad reficiendum & non ad luxuriã. i. non ad ebrietatem. Scribitur etiam cum he in fine & dicitur שְׁתִיָּה Sethiia. Eſter. 1. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum. Pro quo hebrei legunt. Et potatio erat iuxta legẽ ſiue edictum: non erat qui cogeret. Item שֵׁתִי Sethi. i. ſtamẽ. Leuit. 15. In ſtamine atq; ſubtegmine. Item שֵׁתוֹת Sathoth. ideſt nates. 2. Reg. 10. Veſtes eorum medias vſq; ad nates. Vide etiam de hoc ſupra in dictione שׁוֹת Soth.

Potare.
מִשְׁתֶּה
Conuiuiũ

Potus.
שֵׁתִי
Ebrietas
שְׁתִיָּה
potatio

שֵׁתִי
ſtamen.
שֵׁתוֹת
Nates.

שְׁתַּיִם Sethaim. vel שְׁתֵּי Sethe. duo vel due. De quo vide ſupra in dictione שְׁנָה Sana.

שֵׁתִי
Duo
שָׁתַל
Plantare

שָׁתַל Sathal. plantare. traſplãtare. fundare. ps. 1. Quod plãtatum eſt ſecus decurſus aquarũ. Ezech. 17. Ecce plãtata eſt. Et in eo. Et plantabo ſuper montẽ excelſum. Oſee. 9. Et erat fundata in pulchritudine. Pro quo he. le. Et erat plantata. & inde שְׁתִיל Sathil. i. nouella plantatio: vel palmes. Et ſolum inuenitur in numero plu. Ps. 127. filii tui ſicut nouelle oliuarum.

Fundare
שְׁתִיל
Nouelle. f. plãtatiõe

שָׁתַם Sethum. obturat⁹. Nu. 24. Dixit hõ cui⁹ obturatus eſt oculus. & ſolũ inuenitur in predicto loco.

Obturat⁹
שָׁתַן
Mingere.

שָׁתַן Sathan. mingere. 1. Reg. 25. Si reliquero de omnibus que ad ipſum pertinent: mingentem ad parietẽ.

שָׁתַק
ſilere.
Cõpeſcere
Cõpeſcere
שָׁתַר
Cõputre ſcere

שָׁתַק Sathac. ſilere. quieſcere. cõpeſcere. ſeu mitigare. ps. 106. Letati ſunt quia ſiluerũt. Prouer. 26. Iurgia cõquieſcunt. Ione. 1. Quid faciemus tibi & ceſſabit mare a nobis. i. compeſcetur ſiue mitigabitur.

שָׁתַר Sathar. computreſcere. 1. Regum. 5. & computreſcebant prominẽtes extales eorũ. Et ſolum inuenitur in pdicto loco. Et aliqui hebrei dicunt q derivatur a dictione סָתַר Sathar. & q ſignificat occultare vel cooperire. vnde in pdicto loco ipſi legũt. & ocultabãtur eis ficus. vel hemoroides. i. naſcebantur in loco operto & occulto anus.

De incipientibus a littera. ת. Tau.

תָּא
armamẽtariũ
cubiculũ.
Thalamus
תָּאִים
Thalami.

תָּא Tha. cubiculũ. thalam⁹. 3. Reg. 14. & poſtea reportabãtea ad armamẽtariũ ſcutariorũ. p quo hebrei legũt. Ad cubiculum curſorum. Ezech. 40. Et thalamũ vno calamo in lõgum & vno calamo in latũ. & in eo. Thalamus autem ſex cubitorũ erat hĩc & inde. & i plu. תָּאִים thaim ſiue תָּאוֹת thaoth. vt in eo. & inter thalamos quinq; cubitos. & in eo. Porro thalami porte ad viã orientalem: tres hinc & tres inde. & in eo. Et margiñ ante thalamos cubiti vnius.

תָּאַב

תָּאַב Thaab. deſiderare. cõcupiſcere. deteſtari: ſiue abominari. ps. 118. Cõcupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificatiões tuas. & in eo. Ecce concupiui mãdata tua. & in eodẽ. Concupiui ſalutare tuũ dñe. Amos. 6. Deteſtor ego ſupbiã iacob.

Deſiderare.
Cõcupiſcere.
Deteſtari.
תַּאֲוָה
Deſcribẽ

תַּאֲוָה Thaa. ſignare. deſcribere. circũſcribere. limitare. i. limites ponere. metari. Nu. 34. A mari magno termini incipiunt pueniẽtes ad mõtem altiſſimũ. Pro quo he. le. A mari magno deſcribetis vel limitabitis vobis mõtẽ hor i. ſibi ponetis limites. & in eo. Inde metabuntur fines. Item תָּאו thao. genus cerui. pro quo btũs hiero. tranſtulit origẽ. Deut. 14. Origem camelopardalum.

Metari
תָּאו
Orix.

תְּאוֹם Theom. geminus. gemellus. cõiũctus. & ſolũ inuenitur in nu. plu. Geñ. 38. apparuerunt gemini in vtero eius. Cãti. 4. Sicut duo hinuli capree gemelli. & aliqñ ſcribitur cũ vau loco aleph. Geñ. 25. Et ecce gemini i vtero ei⁹ reperti ſunt. & inde verbũ ſeu participiũ qd ſignificat gemellos fetus habere. Canti. 4. Omnes gemellis fetibus. & inde תְּאוֹמִים Thoamim. ideſt coniuncti. Exo. 26. Erũtq; ſibi cõiuncte a ſurſum vſq; deorſum.

תְּאוֹם
Gemini
Gemelli

Gemellos habere
תְּאוֹמִים
Cõiuncti.

תְּאֵן Theen. ficus. & ſolũ inuenitur in nũero plu. ſ. תְּאֵנִים theenim. Nu. 13. & de ficis loci illius tulerunt. Hiere. 8. Et non ſunt ficus in ficulnea. Et inde תְּאֵנָה theena. i. ficulnea ſiue ficus arbor. vt in pdicto loco. & Ioel. 2. Et ficum meã decorticauit. Et in plurali תְּאֵנֹת theenoth. Amos. 4. Oliueta veſtra & ficeta veſtra comedet.

תְּאֵן
Ficus.
תְּאֵנָה
Ficulnea.
תְּאֵנֹת
Ficeta.

תָּאַר Thaar. Deſcribere. limitare. figurare. formare. tornare. Ioſ. 15. Pertranſitq; a vertice montis vſq; ad fõtẽ. pro quo he. le. Deſcribetur ſiue metabitur terminus a vertice montis. & in eo. Inclinabiturq; in bala. pro quo he. le. deſcribetur ſiue limitabitur in bala. & in eo. Inclinabiturq; in ſarona. i. limitabitur. Eſa. 44. Formauit illud in runcina. & in eo. & in circino tornabit illud. & inde תֹּאַר thoar. i. forma ſeu facies: aut ſpecies. Geñ. 29. Rachel decora facie & venuſto aſpectu. & in eo. 39. Erat autem ioſeph pulchra facie. Deut. 21. Et videris in numero captiuorũ mulierem pulchram. Pro quo he. le. Mulierem pulchrã forma vel facie. Iudi. 8. Et vnus ex eis quaſi filius regis. pro quo he. le. Et vnus ex eis quaſi forma filii regis. 1. Reg. 28. Qualis eſt forma eius. Eſa. 52. Et forma eius inter filios hominũ. Et in eodem. 53. Non erat ſpecies ei neq; decor. Threñ. 4. De nigrata eſt ſuper carbones facies eorum

Limitare.
Formare.
Tornare
תֹּאַר
Facies.

Forma
ſpecies.

תֵּבָה Theba. arca. Geñ. 6. fac tibi arcam de lignis leuigatis. Et in eodem. 8. Egredere de arca.

תֵּבֵל Thebel. orbis. ſ. terrarum. Iob. 34. Aut quẽ poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt. ps. 23. Orbis terrarũ & qui habitant in eo. ps. 97. Iudicabit orbẽ in iuſtitia. Eſa. 14. Poſuit orbem deſertum. Item תֵּבֶל thebel. i. ſcelus. ſiue nephas. De quo vide ſupra in dictione בָּלַל balal.

arca
תֵּבֵל
Orbis.
תֵּבֶל
ſcelus

תֶּבֶן Theben. palea. & ſolum inuenitur in numero ſingulari. & ponitur ſingulare pro plurali. Geñ. 24. palearum quoq; & feni plurimum eſt apud nos. Exo. 5. Nequaq; dabitis vltra paleas populo: & aliqñ ſcribitur cũ mem in principio & dicitur מֶתְבֶּן mathben. Eſa. 25. Sicut teritur palee in plauſtro.

תֶּבֶן
Palea
Palee.
מֶתְבֶּן
Palee.

תָּבַר Thabar. In lingua chaldaica ſignat confringere vel conterere aut cõminuere. & inde תִּבְרָא thebira. i. contritum vl cõminutum. Dañ. 2. Ex parte regni erit ſolidum & ex parte cõminutum.

Cõminuere
תִּבְרָא
Cõminutus

תְּדִר Thedir. ſiue תְּדִירָא thedira. In lingua chaldaica ẽ adverbium temporis & ſignificat ſemper vel continuo Dañ. 6. Deus tuus cui ſeruis ſemper.

תְּדִר
ſemper.

תֹּהוּ Thohu. Inanitas. inane. vacuũ. nihil. & ſcribitur cum ſimplici he & cũ vau ĩ fine loco alteri⁹ he. Geñ. 1. Terra aũt erat inanis & vacua. Iob. 26. Qui extendit aquilonẽ

תֹּהוּ
Inanis

Vacuum Vanitas Inane.

super vacuū. Esa.24. Attrita est ciuitas vanitatis.i.inanitatis.& in eodē.40. Iudices terre velut inanes fecit. & in eodem.41. Ventus & inane simulachra eorū. & in eo.49. Sine causa & vane fortitudinē meā cōsumpsi. Pro quo he.le. In inane siue in vacuū & in vanum fortitudinē meā cōsumpsi. Hiere.4. Aspexi terrā & ecce vacua erat & nihil. Ponitur etiā pro nihilo. Esa.34. Et extendetur super eā mensura vt redigatur ad nihilum. Significat etiam locum desertū qui est inanis & vacuus frugibus & arboribus. Pro quo beatus hieronymus transtulit locum horroris. Deut.32. In loco horroris & vaste solitudinis.

Vacua.

Nihil.

Locꝰ horrorio.

תֹּהֲלָה Thahola. prauitas. Iob.4. Et in ãgelis suis repperit prauitatē. De quo vide supra in dictione הָלַל halal.

Prauitas

תְּהוֹם Thehom. abyssus. Genī.1. Et tenebre erāt sup faciē abyssī. Iob.28. Abyssus dixit nō est in me. Ezech.26. Et adduxero sup te abyssum. Et in plu. תְּהֹמוֹת thehomoth. Exo.15. Abyssī operuerūt eos. & in eodē. Cōgregati sunt abyssī. ps.70. Et de abyssis terre iterū reduxisti me. ps.105 Et deduxit eos in abyssis sicut in deserto.

Abyssus

abyssi.

תּוּב Thub. in lingua chaldaica significat reddere. vel respōdere. aut reuertere. vel reducere. Danī.3. Nō oportet nos de hac re respōdere tibi. & in eo.4. Et sensus meꝰ redditus est mihi. & in eo. Et figura mea reuersa est ad me. Esd.5. Et tunc satisfacerēt ad accusationē illā.i.redderēt rationē: siue responderent. & in eodem. Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis. & in eodem.6. Referātur in templum in ierusalem.i.reducantur.

Respōdeꝭ. Reuerti.

Referre.

תָּוָה Thaua. signare. impingere. exacerbare: siue irritare. Ezech.9. Et signa thau sup frōtes virorū gementiū. 1. Reg.21. Et impingebat in ostia porte. Sed etiā in p̄dicto loco hebrei legunt. & signabat.i.faciebat signa & stigmata sicut insanus & furiosus. ps.77. Et sanctū israel exacerbauerunt. & aliqui hebrei legunt signauerunt.i.petierunt ab eo signa: sicut ipsi exponūt. Et inde תָּו thau.i.signū. Ezech.9. Et signa thau. p quo he.le. Et signa signū. Pōt etiā esse nomen vltime littere alphabeti hebraici: q̄ dī thau. Vñ beatus hiero. in suis explanationibꝰ sup p̄dicto loco sic ait. p signo quod.lxx. Aquila & symmachꝰ trāstulerūt. theodotio ip̄m verbū hebraicū posuit thau: que extrema est apud hebreos viginti & duarū litterarū: vt pfectā in viris gemētibꝰ & dolentibus scientiā demōstraret. siue vt hebrei autumāt: quia lex apud eos appellatur תּוֹרָה thora. q̄ hac in p̄cipio noīs sui littera scribitur: illi hoc accepe signaculū qui legis p̄ceptā cōpleuerant. Et vt ad nr̄a veniamus: antiquis hebreorū litteris quibus vsq; hodie vtūtur samaritani extrema thau littera crucis habet similitudinē: q̄ in xp̄ianorū frōtibꝰ pingitur: & frequenti manus inscriptione signatur. hec hiero. Ponitur etiā תָּו Thau p desiderio. Iob.31. Et desiderū meū audiat oīpotēs. Itē תָּוַה thaua. in lingua chaldaica signāt obstupescere. Danī.3. Tunc nabuchodonosor rex obstupuit.

Signare

Impingeꝭ

Exacerbat

תָּו

Thau.

Signum

Desiderū

תַּוֵּה

Obstupescere

תָּוֶךְ Thauech. siue תּוֹךְ thoch. medium. intermediū. inter dolus. fraꝰ. vsura. Genī.1. Sit firmamētū in medio aquarum. & in eodē.15. Diuisit ea per mediū. Exo.3. Apparuit ei dñs in flāma ignis de medio rubi. & in eo.14. Et ingressi sunt filii israel per medium sicci maris. & in eodē.15. Filii autē israel ambulauerunt per siccum in medio eius. Leuit. 11. Vas aūt fictile in quod horū quicq̄ intro ceciderit. Nu. 35. Eruntq; vrbes in medio. Deut.3. Vsq; ad torrentem arnō: medium torrentis. ps.21. In medio ecclesie laudabo te. Zach.2. Et habitabo in medio tui. Et inde תִּיכוֹן thichon.i. medius siue intermedius. Exo.26. Qui mittentur per medias tabulas. Pro quo hebrei legunt. Et vectis medius siue intermedius per medias tabulas. Et in genere femininо תִּיכוֹנָה Thichona. Iudi.7. Incipientibꝰ vigiliis noctis medie. 3. Reg.5. Et per cocleam ascendebatur in medium cenaculum. Et in hebreo est generis femininі. Item תּוֹךְ thoch. idest dolus aut fraus vel vsura. ps.9. Cuius maledictione os plenum est & amaritudine & dolo. ps.54. Et nō recedit de plateis eius vsura & dolus. ps.71. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum.

Intro.

תִּיכוֹן

Medius

תִּיכוֹנָה

Media

תּוֹךְ

Dolus Usura.

תּוּר Thur. explorare. considerare. contemplari. cogitare. Nu.13. Qui considerent terram chanaam. Pro quo hebrei legūt. Et explorent terram chanaam. & in eodem. Cūq; ascendissent explorauerunt terram. & in eodem. Detraxerunt terre quā inspexerant. idest explorauerant. & in eodem.14. Terra quam circuiuimus valde bona est. Pro quo hebrei legunt. Terra per quam trāsiuimus ad explorandū eam: valde bona est. Et in eodem. Iuxta numerum quadraginta dierum quibus explorastis terram. Et in eodem. Qui perrexerunt ad cōtemplandam terram. & in eodem. 15. Nec sequantur cogitationes suas & oculos. Pro quo hebrei legunt. Et non exploretis siue consideretis post corda vestra & oculos vestros. & est sensus sicut in littera nostra. Iudi.1. Nam cum obsiderēt vrbem: que prius luza vocabatur. Pro quo hebrei legunt. Cum explorarent siue considerarent vrbem. Iob.40. Huic mōtes herbas ferunt. Pro quo hebrei legunt. Contemplatur siue considerat montes in pastum suum. Eccl's.2. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnem meam. Et inde תָּרִים Tharim.i.exploratores. Nu.14. Qui ipsi lustrauerāt terram. Pro quo hebrei legunt. De exploratoribus terre. Et aliquādo scribitur cum aleph in principio & dicitur אֲתָרִים Atharim. vt in eodem. 21. Venisse.s.israel per exploratorum viam. Significat etiā תָּרִים tharim negociatores vel mercatores: eo quod discurrunt per loca & domos tāq̄ exploratores. 3. Reg.10. Excepto eo qđ offerebant viri qui super vectigalia erāt & negociatores. Et inde תּוֹר Thor. idest expectabilis siue considerabilis. 1. Paralipo.17. Et fecisti me expectabilem super omnes homines. & a predicta dictione dicunt aliqui hebrei q̄ deriuatur תּוֹרָה thora. idest lex: a contemplando vel considerando dicta. Deut.4. Ista est lex quam proposuit moyses. 2. Reg.7. Ista est lex adam: domie deus. ps.118. Lex domini immaculata. Vide etiam de hoc supra in dictione יָרָה Iara. Item תּוֹר Thor.i.turtur. Genī.15. Turturem quoq; & columbam. Canti.2. Vox turturis audita est in terra nostra ps.73. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. Pro quo hebrei legunt. Ne tradas bestie animam turturis tui. Et loquitur metaphorice. sicut Canti. 2. dicitur columba mea formosa mea. Potest etiam deriuari a dictione תּוֹרָה Thora que significat legem vt supra dictum est. Vnde beatus hieronymus in psalterio iuxta hebraicam veritatem transtulit. Ne tradas bestiis animam eruditam in lege tua. & sic est in translatione chaldaica: sicut beatus hieronymus transtulit. Et in plurali תּוֹרִים thorim.i.turtures. Leuit. 1. De turturibꝰ & pullis columbarum. & in eodem.5. Offerat duos turtures. Est etiam genus ornamēti maxillarum vel faciei. Pro quo beatus hieronymus transtulit murenulas. Canti. 1. Murenulas aureas faciemꝰ tibi. & in eodem. Pulchre sunt gene tue sicut turtures. Pro quo hebrei legūt. Pulchre sunt gene tue in murenulis siue in quibusdam aliis ornamētis. Item תּוֹר Thor.i.tempus statutum. Ester.2. Cum autē perueniss̄et tempus singulatum per ordinem. & in eo. Euoluto autē tēpore per ordinē. Item תּוֹר Thor. in lingua chaldaica significat bouē. Danī.4. Et fenū vt bos comedes.

Considerare

Explorare

Contemplari

Cogitare.

תָּרִים

Exploratores.

negociatores.

תּוֹרִי

Expectabilis.

תּוֹרָה

Lex.

תּוֹר

Turtur

תּוֹרִים

Turtures

murenule

תּוֹר

Tempus statutum

תּוֹר

Bos.

תָּזַז Thazaz. abscindere. Esa.18. Et q̄ derelicta sunt abscindentur. & solum inuenitur in predicto loco.

Abscidere

תֹּתַח Malleus.

Thothach.malleus. Iob.41. Quasi stipulã stimabit malleum.& solum inuenitur in ꝑdicto loco.& dicunt hebrei ꝙ significat machinam seu instrumẽtum bellicum quo lapides magni procul proiiciuntur.

תַּחְמַס Necus.

Thachmas. nomẽ auis immunde. Pro quo beatus hieronymus trãstulit noctuam. De quo vide supra in dictone חָמַס Chamas.

תָּחַר Emulari

Thachar.siue תָּחַר thathchare.emular.zelare. irrita re.Ps.36. Noli emulari in malignãtibus.& in eodem. Noli emulari in eo qui prosperatur in via sua. Vide etiã de hoc supra in dictione חָרַה Chara.

תַּחְרָא Lorica.

Thachra.lorica. Exo.28. Sicut fieri solet in extremis vestium partib9:ne facile rũpatur.Pro quo hele.Sicut fieri solet in ora lorice:ne facile rumpatur.

תְּחָשׁ Hyacinth9. תְּחָשִׁים Hyacinthi.

Thachas.hyacinthus. seu hyacinthinus. Ezech.16. Et calciaui te hyacintho.& ī plu.תְּחָשִׁים thechasim. Exo.25.Pelles ꝙ hyacinthinas: hebrei vero dicunt ꝙ significat quoddam animal quod taxus dicitur.

תַּחַת Sub Subter Subtus.

Táchath.subter.subtus.deorsum.ꝑ eo. Gen.7.Operti ꝙ sunt oẽs mõtes excelsi sub vniuerso celo.& in eodem.16. Et humiliare sub manu eius.& in eodem. Ac requiescite sub arbore.Deut.12. Et subter omne lignum frondosum.Iob.37.Subter omnes celos ipe considerat.ps.17. Dilatasti gressus meos subtus me.& in eodem. Cadent subtus pedes meos. Et quandoq; preponitur ei littera mem & dicitur מִתַּחַת Mithachath.Deut.5.Et que in terra deorsum.Iob.18.Deorsum radices eius siccabuntur.& in lingua chaldaica dicitur תְּחוֹת thechoch.i.sub vel subter. Hiere.10.Pereant de terra & de hiis que sub celo sunt.Dan. 4.Subter eam habitantes bestie agri. Significat etiã locũ in quo aliquis subsistit.Exo.16.Maneat vnusquisq; apud semetipsum.Pro quo he.le. Maneat vnusquisq; sub se.i.in loco suo.1.Reg.14.Stemus in loco nro: & ne ascendamus ad eos.Significat etiam pro.i.loco alicuius rei.Exo.21.Oculũ pro oculo:dentem pro dente.Deut.28.Eo quod non seruieris dño deo tuo.i.pro eo quod nõ seruieris.2.Reg.19.Nunquid pro his verbis nõ occidetur semei.Iob.34.Quasi impios percussit eos.Pro quo he.le.Pro impiis siue loco impiorum percussit eos. ps.44.Pro patribus tuis nati sũt tibi filii.Esa.55. Pro saliuncula ascendet abies:& pro vrtica crescet myrtus.& in eo.60.Pro eo quod fuisti derelicta.& quando cõponitur cum pronoĩb9 ponitur pluraliter hoc modo תַּחְתַּי thachthái.i.sub me.ps.17. Et subdit populos sub me. Abach.3.Et subter me scateat.dicitur ẽt תַּחְתֶּנִי thachthéni idest subt9 me.2.Reg.22.Dilatasti gressus meos subtus me. & in eodẽ.Et deiicis populos sub me.תַּחְתֶּיךָ thachthécha.i. subter te.Esa.14.Subter te sternetur tinea תַּחְתֶּיהָ thachthéa idest sub eo vel sub ipso.Iob.41.Sub ipso erunt radii solis. Et ī genere femínino תַּחְתֶּיהָ thachthéa.i.sub ea vel pro ea aut in loco suo.Leuit.13.Si autẽ steterit in loco suo.Iob.28. Et in loco suo igni subuersa est. Pro quo he.le. & sub ea ardet siue incẽditur sicut ignis. Reperitur etiam תַּחְתֶּנָּה thachthéna.idest pro ea.Gen.2.Et repleuit carnẽ pro ea.Et inde תַּחְתּוֹן Thachthon.i.inferior.siue inferius.Ios.18.In monte qui est ad meridiẽ bethoron inferioris. & in genere femínino תַּחְתּוֹנָה thachthona. 3.Reg.7.Tabulatũ qd subter erat idest tabulatũ inferius.& in hebreo est generis femínini.dr etiam תַּחְתִּית thachthit.siue תַּחְתִּיָּה thachthiia.Deut.32.Et ardebit vsq; ad inferni nouissima.Pro quo hebrei legũt.Vs ꝙ ad infernũ inferiorẽ.ps.85.Et eruisti aiam meã de inferno inferiori. Et ín plurali תַּחְתִּים thachthiim.siue תַּחְתִּיּוֹת thachthioth.Gen.6.Deorsum cenacula & tristega facies in ea.Pro quo he.le. Inferiora secunda & tertia facies eam.i.secunda & tertia cenacula.ps.62.Introibunt ín inferiora terre.ps.138.Et substantía mea in inferioribus terre.

תַּיִשׁ Aries. תְּיָשִׁים Virci

Thaís.aries.siue hyrc9.Prouer.30.Gallus succinct9 lũbos suos & aries.& in plu. תְּיָשִׁים Theiasim.Gen.32. Capras ducentas & hircos viginti.

תֶּכֶךְ תְּכָכִים Vsura.

Techach.vsura.siue fenus aut fraus.& declinatur tamtũ ín plurali.s. תְּכָכִים thechachim.Prouer.29.Pauper & creditor obuiauerũt sibi. Pro quo hebrei legunt. Pauper & vir vsurarum vel fraudum obuiauerunt sibi. Vide etiam de hoc supra in dictione תּוֹךְ thoch.

תָּכָה Applicãt. תּוֹכִיִּים Pauones תֻּכִּיִּים Dracith9.

Thacha.adherere.appropinquare.Deut.32.& qui appropinquant pedib9 eius.Et solum inuenitur ín predicto loco. Item תּוֹכִיִּים thuchiim.i.pauones. & solum inuenitur ín numero plu.3.Reg.10.Et símias & pauones.

תְּכֵלֶת

Thecheleth. hyacinth9.siue hyacinthin9. Exo.25. Aurum & argentum & es & hyacinthum.& in eodẽ 28.Ligabisq; eam vitta hyacinthina.

תָּכַן Preparare Põderaf. Appẽdere Cõfirmare

Tachan.parare.preparare.cõponere. appendere.ponderare.equũ vel iustum esse.adiuuare.1.Reg.2. Et ipsi preparantur cogitationes.4.Reg.12. Et dabãt eã iuxta numerum atq; mensuram.Pro quo he.le. Et dabant argẽtum quod ponderatum vel preparatum erat. Iob.28. Et aquas appendit ín mensura.ps.74.Ego confirmani colũnas ei9. Pro quo beatus hiero.ín psal.iuxta he.ve.trãstulit.Ego appendi colũnas eius. Prouer.16. Spiritus ponderator est dominus.Esa.40.Et celos palmo ponderauit. & in eo.Quis adiuuit spũm dñi. Ezech.18. Et dixerunt filii ísrael non est equa via dñi.& in eodem. Nunquid vie mee nõ sunt eque. & in eodem.Et nõ magis vie vestre praue. Pro quo hebrei legunt. Vtiq; vie vestre non sunt eque siue nõ sunt iuste. Et inde תֹּכֶן thochen.i.numerus vel mensura.Exo.5.Et reddetis cõsuetum numerũ laterum. Scribitur etiam cum mẽ in principio & cũ thau ín fine: & dicitur מַתְכֹּנֶת Mathcóneth. Exo.5. Mensuram laterum quã prius faciebant imponetis super eos. Ponitur etiã pro cõpositione vl proportione.vt ín eodem.3. Iuxta cõpositionẽ eius non facietis aliud.i.iuxta proportionem numeri & mẽsure illius.& in eodem.Talem cõpositionẽ non facietis ín vsus vros.2. Paralipo.24. Ac suscitauerunt domũ dñi ín statum pristinũ. Pro quo hebrei legunt . Et suscitauerunt domũ dei iuxta cõpositionẽ vel proportionẽ ei9.s.pristinã.& inde תְּכוּנִית thochnich.i.similitudo vl exẽplar.Ezech.28.Tu signaculũ similitudinis Ponitur ẽt ꝑ fabrica. vt in eodẽ.43.Et metiãtur fabricã.

תָּכֵן adiuuare Equũ esse. תֹּכֶן Numerus מַתְכֹּנֶת Mensura. תְּכוּנָה Cõpositio. תְּכוּנִית Similitudo Fabrica

תָּלַל Eminẽs. תֵּל Tumulus aceruus Collis. Excelsum. תִּלְתַּל תִּלְתָּל ים Elate. תְּלִפִּיוֹת ꝓpugnacula. תַּלַּל affligere Vlulatio

תָּלַל

Thalul.eminẽs. vl eleuatus: siue accumulat9. Ezech. 17.Et plantabo sup montẽ excelsum & eminẽtẽ.& in de תֵּל thel.i.tumulus vel cumulus aut aceruus. Deut.15.Et tumulus sempiternus.Hiere.49.Et erit ín tumulũ dissipata.Ezech.3.Ad aceruũ nouarũ frugũ.Ponitur ẽt pro collibus vel excelsis.Ios.11.Absq; vrbibus q̃ erãt in collib9 & in tumulis site.Hiere.30.& edificabitur ciuitas ín excelso suo. Et aliqñ duplicatur littera thau & lra lámed . Et dr תִּלְתַּל thalthal.i.elat9 siue accumulat9. & solũ ĩuenitur ĩ nu.plu.s. תִּלְתָּלִים thalthalim.Cãti.4. Come ei9 elate palmarũ.& inde תִּלְפִּיוֹת thalpioth. ꝑ quo beatus hiero.trãstulit ꝓpugnacula.Cãti.4.Que edificata est cũ ꝓpugnaculis.& est dictio cõposita a תֵּל thel ꝙ significat tumulũ vl eleuatũ:& פִּיוֹת pioth ꝙ significat ora. Itẽ תָּלַל tholal.i.affligere.ps.136.Et qui adduxerũt nos hymnũ.ꝑ q̃ btũs hiero.ĩ ps. iuxta he.ve.trãstulit & q affligebãt nos leti.& aliq he.dicũt ꝙ deriuatur a dictione יָלַל Ialal.q̃ significat vlulare. & legũt sic.s.& ĩ vlulatiõe nra letitiã.i.ĩ tpe nre vlulatiõis ĩterrogabãt nos hymnũ letitie.

תֶּלֶג Nix.

Thelag.ín lingua chaldaica significat niuẽ.Dan.7.vestimentũ eius quasi nix candida.

תָּלָה Suspēdere Pēdere.

תָּלָה Thala.suſpendere.pendere.appendere. Geſi.40. Ac ſuſpēdet te in cruce. Deut.21.Maledictus a deo eſt qui pēdet in ligno.cuius expoſitionē vide ſupra in dictiōe קָלַל Calal.& in eo.28. Et erit vita tua quaſi pendēs ante te. Ioſ. 10. Atq; ſuſpendit eos ſuper quinq; ſtipites: fuerūtq; ſuſpēſi vſq; ad veſperā. Eſter.2. Appēſus eſt vterq; eorum in patibulo. Iob.26.Et appēdit terrā ſuper nihilū. Threſi.5.Principes manu ſuſpēſi ſunt. Ezech.27.Clypeum & galeam ſuſpēderunt in te.& in eo.Pharetras ſuas ſuſpenderūt in muris tuis.& aliquando ſcribitur cum aleph in fine loco he. 2. Reg.21.In qua ſuſpenderant eos philiſtiim. Oſee.11.Et populus meus pendebit ad reditum meū.& inde תְּלִי Theli. i.pharetra in qua pendent ſagitte. Geſi.27. Sume arma tua & pharetram.

Appēdere

תְּלִי Pharetra

תֶּלֶם Sulcus. תְּלָמִים ſulci.

תֶּלֶם Thélem.ſulcus.ſ.qui fit cum aratro. Iob.39.Nūquid alligabis rhinocerotā ad arādū loro tuo. Pro quo hele. Nūquid alligabis rhinocerotā in ſulco: loro ſuo. & beatꝰ hiero.trāſtulit ſenſum.& in plu.תְּלָמִים Thelamim.Iob.31. Et cum ea ſulci eius defient.ps.64. Riuos eius inebria.pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Sulcos eius inebria. Oſee.12. Et altaria eorum quaſi acerui ſuper ſulcos agri.

תֹּלַע Vermis. תּוֹלָעִים Vermeo. Coccus vermiculꝰ מְתוֹלָעִים i coccicio.

תֹּלַע Tholaa.vermis.vermiculꝰ.coccus ſiue coccinū.& ſcribitur cum he vltthau in fine. Deut.28. Quoniā vaſtabitur vermibus. Pro quo he.le.Quoniā comedet illud vermis. Iob.25. Et filius hoīs vermis. Eſa.41. Noli timere vermis iacob.& in plu.תּוֹלָעִים Tholaim Exo.16.Et ſcatere cepit vermibus. Significat etiā coccū ſiue coccinū.aut vermiculū. Exo.26. Purpura coccoq; bis tincto. Eſa.1. Si fuerint rubra q̄ſi vermiculū. Threſi.4. Qui nutriebātur in croceis. i.in coccineis.& inde מְתוֹלָעִים Methulaim.i.coccinati.ſ.veſtibus coccineis induti. Naū.3.viri exercitus in coccineis.

תְּלַת Tres. תְּלִיתָאי Tertium תְּלִתִּי Tertia pe. תְּלָתִין Triginta תְּלִתַּל Elatum.

תְּלַת Thelath.ſiue תְּלָתָא thelatha.in ligua chaldaica ſignificat tres vel tria. Daſi.3. Viri autem hi tres. Et inde תְּלִיתָאי Thelithai.i.tertius vel tertium. vt in eodē. 2. Et regnum tertiū aliud ereum.& inde תְּלִתִּי thalthi.i.tertia pars Vt in eodē.5. Et tertiꝰ in regno meo erit. Pro quo he.le.& tertie partis regni dñabitur.& inde תְּלָתִין Thelathim.i.triginta.vt in eodem.6 Vſq; ad triginta dies.

תְּלַתַּל Thalthal.elatum ſiue accumulatū. De quo vide ſupra in dictione תָּלַל Thalul.

תָּמַם Cōſumare Cōſumeſ.

תָּמַם Thamam.conſumare.conſumere.complere.perficere.deficere.Geſi.47.Suſtentauitq; eos illo anno pro cōmutatione pecorum.& in hebreo additur īmediate.cūq; conſumatus ſiue perfectus fuiſſet ille ānus. Exo.26. Et vna oīs compago retinebit. Pro quo he.le.Et ſimul erunt conſumate in capite: in vno annulo. & beatus hieronymus tranſtulit ſenſum. Nu.17. Nū vſq; ad internitionem delendi ſumus.i.conſumendi ſumus.& in eodem.32. Donec cōſumeretur omnis generatio que fecerat malum. Deut.2. Donec conſumeretur omnis congregatio bellatorum hominum. Ioſ.5. Donec conſumerētur qui non audierunt vocē domini.& in eodem. Poſtq; autem omnes circunciſi ſunt. p quo hebrei legunt. Poſtq; cōſumata ſiue perfecta eſt omnis gēs vt circunciderētur. ideſt poſtq; perfecta eſt circunciſio omnium. Eſa.18. Ante meſem eni totus efloruit. Pro quo hebrei legunt. Ante meſſem enim cum cōſumaretur flos. Et in eodem. 33. Cūq; conſumaueris depredationē: depredaberis.& in eodē.47. Vniuerſa venerunt ſuper te. Pro quo hebrei legunt. Cum conſumarentur vel perfecta eſſent: venerunt ſuper te. Hiere.27. Donec conſumam eas in manu eius. Threñ.3. Miſericordia domini quia nō ſumus cōſumpti. Ezech.24. Vt conſumatur rubigo eius. Significat etiā complere ſiue perficere. Deut.34. Et cōpleti ſunt dies planctus lugentium moyſen. 2. Reg.20. Et ſic proficiebant. debet legi perficiebant. ideſt poſtq; interrogabant: opere perficiebant. Threſi. 4. Completa eſt iniquitas tua filia ſiō. Significat etiam deficere. Geſi.47. Cūq; defeciſſet emptoribus preciū.& in eodem. Deficiente pecunia: pecora ſimul defecerunt. ps.65. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. ps.103. Deficiāt peccatores de terra. Ezech.22. Et deficere faciam īmundiciam tuam a te.& in eodem.47. Et nō deficiet fructus eius. Ponitur etiam pro conflare. 4. Reg.22. Vt conflētur pecunia: que illata eſt in domo domini.& inde תָּם tham ideſt perfectus: ſeu cōſūmatus. aut īmaculatus: vel integer: aut ſimplex: vel innocens. Geñ.25. Iacob autē vir ſimplex. Iob.1. Erat vir ſimplex & rectus.& in eodem.9. Si innocentem oſtendero. & in eodem. Etiam ſi ſimplex fuero. Et in eodem. Innocentem & impium ipſe conſumit. & in genere feminino תַּמָּה Thamma. Cauti.6. Vna eſt columba mea perfecta mea. & aliquando ſcribitur cum duplici mem & dicitur תַּמִּים Thamim. Geſi.6. Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit. Leuit.1. Maſculum īmaculatum offeret. Ioſ.10. Et non feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei. Pro quo hebrei legunt. Et non feſtinauit occumbere ſicut dies perfectus. ideſt ſpacio vnius diei perfecti vel integri. Ezech.5. Ecce cum eſſet integrum nō erat aptum ad opus. Ponitur etiam pro innocentia. ps.84. Non priuabit bonis eos qui ambulāt in innocētia.& in plurali תַּמִּימִים Themimim. Exo.29. Arietes duos īmaculatos. ps.118. Beati īmaculati in via. Prouer. 1. Et integros quaſi deſcendentes in lacum.& in eodem.2. Et ſimplices permanebunt in ea. & in genere feminino תַּמָּה Themima. Leuit.4. Et obtulerit pro peccato oīem īmaculatam. ps.18. Lex domini immaculata. & in plurali תַּמִּימוֹת Themimoth. Leuit.25. Septem hebdomadas plenas. ideſt integras.& inde תֹּם Thom. ideſt ſimplicitas: vel innocētia: aut ītegritas: vel perfectio. 3. Reg.22. Vir autem quidam tetendit arcum in incertū. Pro quo hebrei legunt. Tetendit arcum in ſimplicitate ſua vel in innocentia ſua. i. ſimpliciter vel innocenter. Iob.27. Non recedam ab innocentia mea. Ps.24. Innocentes & recti adheſerunt mihi. Pro quo beatus hiero.in pſal.iuxta he.ve.tranſtulit. Simplicitas & equitas ſeruabunt me. Ponitur etiam pro ſimplici vel innocente. Prouer.10 Fortitudo ſimplicis: via domini. & in eodem.13. Iuſtitia cuſtodit innocentis viam. Et inde מֹתָם Methom.i.integritas vel ſanitas. Ps.37. Non eſt ſanitas in carne mea. Eſa.1. A planta pedis vſq; ad verticem non eſt ſanitas in eo. & inde verbum תָּמַם Thamam. quod ſignificat immaculatum ſeu innocētem eſſe: aut perfectum eſſe. Iob.22. Si īmaculata fuerit via tua. Ps.17. Et cum viro innocente innocens eris. ps.18. Tunc immaculatus ero. Et inde תֻּמִּים Thumim. Pro quo beatus hieronymus tranſtulit veritatem vel perfectionem. Exo.28. Poneſq; in rationali iudicii doctrinam & veritatem. Deut.32. Perfectio tua & doctrina tua a viro ſancto tuo. De quo vide ſupra in dictione אוּר Vr.

Complere Perficere. Deficere Conflare. תָּם ſimplex Innocēs. תַּמָּה Perfecta. תַּמִּים Perfectꝰ. īmaculatꝰ Integer. Innocētia ſimplicꝰ. תְּמִימָה īmaculata תְּמִימוֹת Plene תֹּם ſimplicitaſ Innocētia ſimplex Innocētia תֹּם ſanitas. תָּמַם īmaculatū eſſe. Innocētē eē. תֻּמִּים Veritas. perfectio.

תָּמִיד Perpetuus perpetuō. Iugiter. ſemper

תָּמִיד Thamid. perpetuum.iuge. iugiter.ſemper. Leuit.6. Ignis eſt iſte perpetuus qui nunq; deficiet.& in eodē Decimam partem ephi offeret ſimile in ſacrificio perpetuo. & in eodem.24. Ad cōcinādas lucernas iugiter. Nu. 28. Holocauſtum iuge. ps.24. Oculi mei ſemper ad dñm ps.34. Et dicant ſemper magnificetur dñs. Prouer.5. In amore illius delectaberis iugiter. Ezech.39. & viros iugiter conſtituent luſtrantes terram.

תָּמַהּ Admirari

תָּמַהּ Thama. Mirari.admirari.obſtupeſcere.pauere. Geñ. 43. admirabātur nimis. ps.47. Ipſi vidētes ſic admi

Mirari Stupescere Pauere.

rati sunt. Eccls. 5. Nō mireris sup hoc negocio. Esa. 13. vn? quisq; ad pximū sum stupebit. & in eo. 29. Obstupescite & admiramini. Abach. 1. admiramini: & obstupescite. signāt ēt pauere. Iob. 26. Et pauēt ad nutū ei?. Sed ēt in pdicto loco he. le. & admirātur siue obstupescēt ab increpatiōe eius.

תִּמָּהוֹן Furor

& ide תִּמָּהוֹן Thimhon. i. stupor siue admiratio. p quo btūs hiero. trāstulit furorē. Deut. 28. Percutiat te dñs amentia & cecitate & furore mentis. & inde תִּמְהָא thimhaia. quod in lingua chaldaica signāt mirabilia. Dañ. 3. Signa & mirabilia fecit apud me de? excelsus. Itē

תִּמְהָא mirabilia.

תַּמָּה thama. in līgua chaldaica signāt ibi siue illic. Esdre. 5. Que est in babylōe. pro quo he. le. que ē ibi ī babylōe. & i eo. Qui erāt repositi ī babylone. pro quo he. le. Que erant repositi ibi in babylone.

תַּמָּה Ibi.

תַּמּוּז Thamuz. nomē idoli. p q' btūs hiero. trāstulit Adonidē. vt Ezech. 8. mulieres sedētes: plāgētes adonidē. & solū iuēitur ī pdicto loco. & dicūt aliq he. q; deriuatur a dictiōe תַּמַז tamaza. q; i līgua chaldaica signāt icēdere vl ardere.

תַּמּוּז Adonis.

תָּמַךְ Thamach. sustētare. inniti. applicare. tenere. suscipere. Exo. 17. Substētabāt manus eius ex vtraq; pte. ps. 16. pfice gressus meos in semitis tuis. pro quo btūs hiero. in psl. iuxta he. ve. trāstulit sustēta gressus meos in semitis tuis. Prouer. 5. & ad inferos gressus ei? penetrāt. p quo he. le. Inferno gressus ei? innitūtur siue sustētātur. Signāt ēt applicāre. vel tenere. Geñ. 48. & applicāsam manū pris leuare conat? est. Prouer. 3. & qui tenuerint eā beati. Et in eo. 5. Et funibus pctōrū suorū cōstringitur. i. applicāditur. Et in eo. Mulier gīosa inueniet gloriā. p quo he. le. applicā det gloriā. & in eo. Robusti habebūt diuitias. p quo he. le. Applicādēt siue tenebūt diuitias. & in eo. 31. Et digiti eius applicāderūt fusum Amos. 5. Et tenētes sceptrū de ascalon. Signāt ēt suscipere. Esa. 33. Et excutit manus suas ab omni munere. p quo he. le. & excutit man? suas ne suscipiat munus. & in eo. 41. Suscepi te dextera iusti mei. Et in eo. 42. Ecce seruus meus suscipiam eum. potest etiam legi innitar in eo. & sic legunt aliqui hebrei.

תָּמַךְ Applicāre Tenere Cōstringere Habere Suscipere

תְּמוֹל Themol. heri. hesterna dies. nuper. Exo. 4. Nō sū eloquēs ab heri & nudiustertius. 1. Reg. 21. Cōtinuim? nos ab heri & nudiustertius. 2. Reg. 15. Heri veniśti. Iob. 8. Hesterni quippe sumus: & ignoram?. i. nup vel hesterna die nati. & aliqñ scribitur cū aleph in pricipio & dī אֶתְמוֹל Ethmol. 1. Reg. 10. qui nouerāt eū heri & nudiustertiq;. Esa. 30. Preparata est eī ab heri thopheth. Mich. 2. & ecōtrario populus meus in aduersariū cōsurrexit. pro quo aliqui he. le. & heri siue nuper populus meus in aduersariū consurrexit. Alii vero dicunt q; est dictio cōposita ab אֵת eth. & מוּל Mul. q; significat contra siue aduersus. i. ex aduerso. siue e contra. sicut est in littera nostra.

תְּמוֹל Heri Hesternus אֶתְמוֹל Heri. Ecōtrario.

תֵּימָן Theman. auster. siue meridies. De quo vide supra in dictione יָמִין Iamin. Item תֵּימָן Thaman. in lingua chaldaica est aduerbium loci & significat ibi siue illic.

תֵּימָן Auster. תָּמָּן Ibi. Illic

תָּמָר Thamar. palma arbor. Canti. 7. statura tua similata est palme. Ioel. 1. Malogranatum & palma & malū. dī ēt תֹּמֶר thomer. Iudi. 4. Et sedebat sub palma que noie illius vocabatur. Hiere. 10. In similitudinē palme fabricate sunt. & in plu. תְּמָרִים themarim. siue תִּמֹרִים thimorim. Nu. 33. Duodecim fontes & septuaginta palme. 3. Regū. 6. Et sculpsit in eis figuras cherubim & palmarum. & in eo. Et operuit tam cherubim q; palmas. Ezech. 40. Asi frōtes pictura erat palmarū. & inde תִּמָּרוֹת Thimaroth. i. eleuationes fumi in modū palme. pro quo btūs hiero. trāstulit virgulā. seu vaporem. Canti. 3. Sicut virgula fumi. pro quo he. le. Sicut eleuationes fumi. Ioelis. 2. Et dabo prodigia ī celo & in terra: sanguinē & ignē & vaporem fumi.

תָּמָר Palma. תֹּמֶר Palma. תְּמָרִים Palme.

תִּמָּרוֹת Virgula. Vapor.

תִּנִּין Thanin. coluber. draco. Exo. 4. Et versa est in colubrū & in eo. 7. Et vertatur in colubrū. ps. 90. & cōculcabis leonē & draconē. Hiere. 51. Absorbuit me quasi draco. & aliqñ scribitur cū mē in fine loco nun. Ezech. 29. Draco magne qui cubas in medio fluminū tuorum. & in plu. תַּנִּינִים Thaninim. Exo. 7. Que verse sunt in dracones. Ponitur ēt pro cete. Geñ. 1. & creauit deus cete grādia. & aliqñ pōitur תַּנִּים thanim pro תַּנִּינִים thaninim. Hiere. 10. Habitacula draconum. Ponitur etiam pro lamiis. Threñ. 4. Sed & lamie nudauerunt māmam.

תִּנִּין Coluber Draco.

תַּנִּים Draconeo Cete

Lamie.

תָּנָה Thana. Munera dare. seu mercede conducere. narrare lamentari. Osee. 8. Munera dederunt amatoribus. & in eo. Sed & cū mercede conduxerūt natiōes. & inde אֶתְנָה Ethna. i. merces seu donū. Osee. 2. Mercedes he mee sunt. scribitur ēt cū nū in fine loco he & dī אֶתְנָן Ethnan. Deut. 25. Nō offeres mercedē prostibuli. Esa. 24. Et reducet eā ad mercedes suas. Mich. 1. Et oēs mercedes ei? cōburētur. Signāt ēt predicta dictio narrare siue lamētari aut plangere. Iudi. 5. Ibi narrentur iustitie dñi. & in eo. 11. vt plangāt filiā iepte galaaditis dieb? quattuor. Itē תִּנְיָן thinian. in lingua chaldaica significat secundum. & inde תִּנְיָנוּת thiniauth. idest secundo aduerbialiter siue iterum. Dañ. 2. Responderunt secundo atq; dixerunt.

תָּנָה Miserā dare mercedē cōducere. אֶתְנָה Mercedo. אֶתְנָן merces

תָּנָה Narrare Plangere.

תִּנְיָן Secundo. תִּנְיָנוּת Secundo.

תְּנוּךְ Thenuch. Summitas siue extremum auris. Exo. 29. & super extremum auricule dextere.

תְּנוּךְ Extremus auris.

תַּנּוּר Thanur. clibanus. furnus. Leuit. 10. Siue cliban? siue chytropodes destruētur. & in plu. תַּנּוּרִים thanurī. Exo. 8. & in furnos tuos & in reliquias ciborum tuorum.

תַּנּוּר Clibanus תַּנּוּרִים Furni.

Tempora verborum tria ſunt.preſens. preteritum . futurum. Preſens tempus hebrei non habent :circumloquuntur tamen illud per participium & perſonam que illi adiungitur . & p eo quod nos dicimus ego audio:illi dicunt אֲנִי שׁוֹמֵעַ.ideſt ego audiens.ſ.ſum.& intelligitur verbum ſubſtantiuum: alioquin nō eſſet enunciatio. Preteritum imperfectum ſuppletur per futurum indicatiui.aut per preteritum:ſed plerumꝫ per participium preſentis & verbum ſubſtantiuum eiuſdem temporis.pluſquam perfectum vero confunditur cum preterito perfecto.

Numeri verborum duo ſunt.Singularis qui de vno loquitur. vt פָּעַל.ideſt fecit.Pluralis qui de pluribus loquitur . vt פָּעֲלוּ.i. fecerunt. Perſone verborum quemadmodum nominum & pronominum tres ſunt.Prima que de ſe loquitur.vt אֲנִי פָּעַלְתִּי ego feci.Secunda ad quam prima loquitur. vt אַתָּה פָּעַל tu facis Tertia de qua prima loquitur vt הוּא פָּעַל ille facit. Genera verborum quemadmodum & nominum & pronominū duo ſunt.maſculinum & femininum.maſculinum eſt quod iungitur ſuppoſito generis maſculini expreſſo vel ſubintellecto.ſicuti. אֵל פָּעַל ideſt deus fecit.Femininum verbi genus eſt:quod iungitur ſuppoſito generis feminini expreſſo vel ſubintellecto vt אִשָּׁה פָּעֲלָה.ideſt mulier fecit.Sed antea quam ad explicationem coniugationis uerborum veniamus aduertendum eſt:qđ in prima uerbi perſona tam in ſingulari quam in plurali genꝰ maſculinum & femininum aſſimilantur in preterito & in futuro indicatiui modi.preterita quoꝫ eiuſdem modi in tertia perſona plurali in genere maſculino & femínino ſunt in terminatione ſimilia. Illud quoꝫ notandum quod in prima coniugatione prima verbi poſitio habet terminationes tres : primam in.a cum patha ſequenti alia littera .ut פָּקַד.ſecundam in. e.cūcere.vt חָפֵץ.ideſt uoluit.Tertiam in.o.cum holem .ut יָכֹל ideſt potuit.& in hac coniugatione prima littera ſcribitur ſubiecto camez.cuius explicatio in hunc modum ſequitur.

Prima coniugatio.

IN uoce actiua indicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	Viſitauit.m.	פָּקְדָה	Viſitauit.f.
פָּקַדְתָּ	Viſitaſti.m.	פָּקַדְתְּ	Viſitaſti.f.

פָּקַדְתִּי Visitaui.m.&f.

Plurali.

פָּקְדוּ Visitauerunt.m.&f. פְּקַדְתֶּם Visitastis.m.
פְּקַדְתֶּן Visitastis.f. פָּקַדְנוּ Visitauimus.m.&f.

Aduertendum quod quando prima verbi positio hoc est פָּקַד iungitur dictioni monosyllabe aut habenti accentum in prima:illa quoq; habet accentum in principio. vt gen̄.cap̄.1.בָּרָא ideſt vocauit noctem.& numeri.27.וְשָׁאַל לוֹ ideſt & interrogabit eum.Illud quoq; est notandum quod quando prima littera substantialis vel media est aliqua ex his quattuor אהחע & debebat scribi cum seba:tunc seba mutatur in camez: vel patha:vt אֲהַבְתֶּם .i. dilexistis בָּחַרְתָּ ideſt elegit.que regula obseruatur in omnibus modis.temporibus.& personis. vbicū q; seba supponitur littere substantiali in medio ipsius verbi:si illa littera est ex illis quattuor:seba quoque vertitur in camez. Et quando venit in fine clausule : etiam si littera substantialis media non sit aliqua ex illis quattuor seba littere medie substātialis vertitur in camez vel patha:& in ea collocatur accentus. vt Numeri.19.אֶת מִשְׁמֶרֶת יְהוָה שָׁמָרוּ ideſt custodiam domini custodierunt.& Iudicum.19.חָלַב נָתְנָה ideſt lac dedit. Tertia p̄ terea verbi pluralis persona recipit aliquando nun in fine . vt Deut.8.אֲשֶׁר לֹא יָדְעוּן אֲבֹתֶיךָ.ideſt que non cognouerunt patres tui.& per preteritum huiusmodi suppletur preteritum imperfectum & plusquam perfectum eiusdem. vt Gen̄.37. אָהַב אֶת יוֹסֵף ideſt amabat ioseph.supletur etiam preteritum imperfectum per futurum.vt Iob.1.כֹּה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב ideſt sic faciebat iob.Nonnunquam additur he littera in fine verbi secunde persone gn̄is masculini numeri singularis.vt gen̄.3. הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה ideſt mulier quam dedisti. Aliquando quoq; he finalis vertitur in tau:in verbis tertie persone generis feminini numeri singularis.vt Esaie.23.וְנִשְׁכַּחַתְּ צֹר ideſt obliuioni dabitur tyrus.Presens indicatiui modi circumloquimur per participium quod derinatur a prima verbi positione:& habet semper.o.vocalem in principio.& est simile nomini adiectiuo tā in genere q̄ in terminatione & declinatione.sic.

פּוֹקֵד qui visitat. פּוֹקֶדֶת vel פּוֹקְדָה que visitat.
פּוֹקְדִים qui visitant. פֹּקְדוֹת que visitant.

& quemadmodum in preterito dictum est quando aliqua illarum quattuor litterarum אהחע est in medio:seba vertitur in camez.vt צוֹעֲקִים צוֹעֲקוֹת ideſt qui clamāt vel que clamant .& p hoc participium & pronomina circūloquimur personas vtriusq; numeri.sic.אֲנִי פוֹקֵד ideſt ego visito: & preponitur pronomen participio:nōnunquam vero postponitur.vt Ieremie 1.שֹׁקֵד אָנִי ideſt vigilo ego.que regula ad alias quoq; coniugationes pertinet.Cum vero littera substantialis in fine positionis prime est aīn siue heth.tunc in participio generis masculini numeri singularis suppletur.a.ante illud aīn vel heth.& accentus ponitur in littera substantiali que est ī medio.vt בּוֹרֵחַ ideſt qui fugit.genus vero femininū eiusdē numeri sic . בֹּרַחַת ideſt que fugit.& hec quoq; regula extendit se ad alias coniugationes: quoties littera substantialis in medio posita venit cū aliquo apice preterq̄ cum camez & patha . Aliquando tamen littera substantialis in medio posita recipit patha : & aīn siue heth finalis pertinet ad vocalem precedentem:quia nullum habet apicē subiectum.vt psalmo.93.הַנֹּטֵעַ אֹזֶן ideſt qui plantat aurem.& quando participium generis feminini numeri singularis venit in fine clausule:tunc in littera substantiali media habet camez:& in ea collocatur accentus.vt iosue.11.בָּהּ הָיָא יוֹשֶׁבֶת ideſt in muro illa habitabat.in verbis quoq; desinentibus in.e.vel in.o.nulla est differentia preteriti ad presens. vt אֲנִי חָפֵץ ideſt ego volo.אֲנִי יָכֹל ideſt ego possum. Non nunquā etiam participium generis masculini numeri singularis desinit in hirie sequēti iod.vt gen̄.44.אֹסְרִי לַגָּפֶן ideſt qui alligat ad vitem.& Deutero.33.שֹׁכְנִי סְנֶה ideſt qui habitat in rubo .& alia eodem modo.Et notandum quod per hoc participiū presentis quandoq; circumloquimur preteritum imperfectum indicatiui modi cum eiusdem temporis uerbo substantiuo.eram eras erat.ut אֲנִי הָיִיתִי פֹּקֵד ego eram visitans.i.ego visitabam Futurum in omnibus coniugationibus scribitur per unam ex his quattuor litteris אהיתן additam in prīcipio prime verbi positionis subiecto hiric:preter quā aleph prime persone numeri singularis cui subscribitur cegol.Terminatiōes uero prime persone utriusq; numerī sunt similes in utroq; genere :quemadmodum in preterito dictum est.Quod in aliis quoq; coniugationibus obseruatur.in quibus etiam prime persone utriusq; numeri plerumq; recipiunt he in fine:aliquando tamen nō recipiunt.ut

אֶפְקֹד uel אֶפְקְדָה uisitabo.m.&f.

תִּפְקֹד Visitabis.m. תִּפְקְדִי Visitabis.f.
יִפְקֹד Visitabit.m. תִּפְקֹד Visitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד uel נִפְקְדָה Visitabimus.m.&f.
תִּפְקְדוּ Visitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה Visitabitis.f.
יִפְקְדוּ Visitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה Visitabunt.f.

Et notandum quod vau littera que ponitur ante litteram substantialem finalem aliquando abiicitur . Notandum preterea quod terminatio secunde persone generis masculini numeri singularis est similis tertie persone generis feminini numeri singularis in omnibus futuris tam actiue vocis quam passiue. que voces non possunt dignosci nisi ex contentu partium orationis.Secūde quoq; & tertie persone voces generis feminini pluralis numeri similes sunt . Eiusdem quoq; futuri persone omnes generis masculini numeri singularis atq; etiam prima persona pluralis quando iunguntur dictionibus monosyllabis cum accentu macaph aut habentibus accentum in principio:tunc littera substantialis medie dictionis habet camez & legitur quasi holem.vt Psalmo.88.אֶשְׁמֹר לוֹ חַסְדִּי.ideſt seruabo illi misericordiam meam.& ad hunc modum alia complura.in omnibus etiam personis eiusdem temporis littera substantialis medie dictionis aliquando venit cum patha hoc modo. אֶפְעַל ideſt faciam.quod precipue fit in verbis quorum littera substātialis media aut finalis est aliqua harum quattuor .אהחע vt אֶשְׁמַע ideſt audiam. אֶצְעַק ideſt clamabo .& in vtriusq; huiusmodi futuris in eodem verbo littera substantialis media potest esse cum holem & potest esse cum patha.vt אֶחְפֹּץ volam. יֶחְפַּץ ideſt volet:& in fine clausule seba littere substantialis medie aliquando vertitur in camez siue holem :& in ea collocatur accentus etiam si littera substantialis non sit vna ex illis q̄tuor in hunc modum אֶפְקְדָה. תִּפְקְדִי תִּפְקֹדִי. הִפְקֹד: אֶפְקֹדָה. תִּפְקֹדְנָה תִּפְקְדוּ: יִפְקְדוּ יִפְקֹדוּ.venit etiam ad eundem modum sepe:licet non sit in fine clausule.In quibusdam etiam verbis quorū littera substātialis prima est aīn siue heth in prima persona singulari:subiicitur illis cegol.sic אֶעְבֹּר ideſt transibo.Sed in aliis personis vltra litteram que additur ad designandum personam futuri:littera substantialis prima habet camez vel patha. sic תַּעֲבֹר.ideſt transibis. תַּעֲמֹד ideſt stabis.In quibusdam quorum principium est aleph:littere addite habent holem in prima persona:& aleph substantialis prima amittitur.vt אמל .i. comedam אמר.ideſt dicam.in aliis vero personis aleph rursus emergit:sed non profertur:vt תֹּאמַר ideſt dices. תֹּאכַל ideſt comedes.Sunt preterea verba quorum initium est aleph:in quibus littere que addūtur futuro & substantialis prima habent cegol & non abiicitur aleph.qualia sunt . אֶאֱסֹף ideſt congregabo אֶאֱסֹר ideſt alligabo.Nonnūquam etiam secunde & tertie persone generis masculini numeri pluralis & secunda persona generis feminini singularis accipiunt in fine nun . vt

תִּפְקְדִין יִפְקְדוּן תִּפָּקְדִין que regula seruit coniugationibus aliis tam in voce actiua quam in passiua. Et notandum quod quando preponitur vau cum camez siue patha : & vau est particula coniunctiua: futurum vertitur ī preteritum hoc modo . וַיִּפְקֹד idest & visitauit. quod si tau habet seba siue hiric tunc non mutatur futurum. vt וְיִפְקֹד idest & visitabit. Quod si vau preponitur preterito: subiecto quocunq; apice : preteritum vertitur in futurū. vt וְשָׁכַב idest & quiescet: preterquam in prima persona singularis numeri in cuius littera substantiali media collocatur accentus: quia tunc manet in eodem preterito. vt Osee 12. וְדִבַּרְתִּי עַל הַנְּבִיאִים idest & locutus sum ad prophetas. Si tamen accentum habet in vltima: nihilominus vertitur in futurum. vt Exo. capī. 12. וְעָבַרְתִּי בְאֶרֶץ מִצְרַיִם idest. & transibo per terram egypti. Quodque hoc in loco de vau diximus ad alias quoq; pertinet coniugationes in vtraq; voce. Per tempus etiā futurum aliquando suppletur preteritum imperfectum eiusdē modi. vt Genī. capī. 2. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ idest fons ascendebat de terra.

De imperatiuo.

IMperatiuus modus qui hebraice dicitur צַוּוּי tantū habet vnum tempus presens: caretq; primis personis numeri vtriusq;: hoc modo. פְּקֹד vel פָּקֹד vel פִּקְדִי visita. m. פִּקְדִי visita.f. פִּקְדוּ visitate.m. פְּקֹדְנָה visitate.f. Et notandum quod ad proportionem trium illarum vocum secunde persone imperatiui: numeri singularis: generis masculini: declinantur alie persone eiusdem modi. hoc modo.

פְּקֹדִי פִּקְדִי פָּקְדִי visita.f. פָּקְדוּ פִּקְדוּ visitate.m. פָּקְדְנָה visitate.f. quod plerumq; contingit in fine clausularum. Eadem quoq; secunda persona potest accipere he in fine: idq; tribus modis. Primo si littera substantialis prima legitur cum hiric & vltima cū camez siue patha. vt Genī. 39. שִׁכְבָה עִמִּי dormi mecū. Secundo cum littera substantialis prima legitur cum camez & profertur quasi holem. vt Nee. 15 . זָכְרָה לִי אֱלֹהַי idest recordare mei deus meus. Tertio cum littera substantialis prima legitur cum seba. vt Danī. 19. יְהוָה שְׁמַעָה יְהוָה סְלָחָה .i. domine audi: domine parce. Generis quoq; femininī: numeri singularis: littera substantialis prima aliquando habet camez & profertur holem. vt Iudicum. capī. 9. מְלֹכִי עָלֵינוּ idest regna super nos. Et cum aliqua littera substantialis prima vel media prime verbi positionis est gutturalis: tunc genus femininum numeri singularis & masculinum pluralis possunt habere primas & secundas litteras cum patha: hoc modo פַּעֲלִי idest fac. F. פָּעֲלוּ .idest facite.m. Nonnunquam vtreq; littere prime in masculino plurali veniunt cum cegol. hoc modo. אֶהֱבוּ idest amate אַחֲזוּ .idest comprehendite. Et in femininō singulari littera substantialis prima scribitur aliquando per camez hateph qđ profertur per holem. vt Hieremie capī. 22. וְצַעֲקִי .i. & clama: aliquando etiam he finalis in secunda persona femininī pluralis deficit. vt Ruth. 1 . קְרֶאן לִי מָרָא idest vocate me amarā. In eodem quoq; verbo littera substantialis prima venit cum hiric & nun finalis pertinet ad vocalem precedentem . vt Exodi. 2. קְרֶאנָה לוֹ idest vocate eum. In verbis quoq; quorum tertia persona preteriti desinit in .e. vel in .o. sequenti consonante : preteritum non differt ab imperatiuo. vt Genī .29. סְלֵא שְׁבַע זֹאת idest imple septimanam huius. Et notandum quod tertia persona presentis imperatiui tam singularis quam pluralis suppletur per futurum indicatiui. & quod per idem futurum indicatiui suppletur futurum imperatiui : quod est etiam aliarum coniugationum proprium.

De infinitiuo & gerundiis.

INfinitiuus modus qui ab hebreis dicitur מָקוֹר . idest origo: appellatur sic: quoniam ab illa verbi significatione confusa incipiunt distingui operationes. vt : פָּקֹד .i. פְּקֹד .i. פָּקַד idest visitare. Itaq; apud hebreos infinitiu? aut iungitur prepositionibus: & tunc ponitur pro nostris gerundis: aut iungitur verbo indicatiui modi & tunc ponitur pro participio vel nomine infinito. vt Genī. 50 . פָּקֹד יִפְקֹד idest visitās visitabit. & Exodi. 3. פָּקֹד פָּקַדְתִּי idest visitans visitaui . Prepositiones vero ad circumloquendum gerundia sunt בְּלִם quibus subscribitur hiric in hunc modum.

בְּפָקֹד	In visitando.	כְּפָקֹד	Cum visitando.
לִפְקֹד	Ad visitandum.	מִפָּקֹד	De visitando.

Nonnunquam hec gerundia recipiunt in fine he: & littera substantialis prima habet camez qui profertur quasi holem . vt Exo. 36. לָמְרָבָה אֶל הַמְּלָאכָה ad accedendū ad opus. idest vt accederet operi. Aliquando etiam veniunt cum hiric in fine: sequenti iod. vt Psalmo. 111. לְהוֹשִׁיבִי עִם נְדִיבִים idest ad habitandum cum principibus. vbi debuit dicere. לְהוֹשִׁיב. Per eundem quoq; infinitiuum suppletur subiunctiuus: mutato seba prime littere in holem. & prepositā beth siue caph cum seba: & in fine addito vno ex pronominibus: vt ex omnibus fiat vna dictio ad hunc modum. בִּפְקֹדִי .i. in visitādo me. pro eo quod est cum visitem vel visitauero. & eodem modo alie persone.

בִּפְקָדֵךְ	cum tu visites.m.	בִּפְקָלֵךְ	cum tu visites .F.
בִּפְקֹדוֹ	cum ille visitet.	בִּפְקָדָה	cum illa visitet.
בִּפְקָדֵנוּ	cum visitemus. m. vel. F.		De optatiuo.

Hebrei optatiuum non habent: circumloquuntur tamen illū p preteritum & futurum indicatiui modi & duo hec aduerbia optādi. לוּ hoc est vtinā. vt Esaie capī. 48. לוּ הִקְשַׁבְתָּ idest vtinam audiuisses. & Psalmo. 118. אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי .idest vtinam dirigantur vie mee. De voce passiua.

VOcis passiue preteritum indicatiui modi formatur ex eodem preterito vocis actiue addita in principio nun cum hiric: & mutato camez prime littere substātialis ī seba. vt. נִפְקַד visitatus fuit נִפְקְדָה visitata fuit.

נִפְקַדְתָּ	visitatus fuisti.	נִפְקַדְתְּ	visitata fuisti.
נִפְקַדְתִּי	visitatus vel visitata fui.		Plurali.
נִפְקְדוּ	visitati vel visitate fuerunt.		
נִפְקַדְתֶּם	visitati fuistis.	נִפְקַדְתֶּן	visitate fuistis.
נִפְקַדְנוּ	visitati vel visitate fuimus.		

Notandum tamen quod in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez. hoc modo. נִפְקָדוּ נִפְקָדָה quod si littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהוע tunc in omnibus personis littera substantialis prima & nū passiue vocis scribuntur per cegol. vt Genī. capī. 22 . נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ . i. apprehensum in vepribus. Aliquando littera nun scribitur cū patha. vt Genī. 31. לָמָּה נֶחְבֵּאתָ idest quare absconditus es. Presens tempus huius vocis & modi in tertia persona masculini singularis est simile participio eiusdem passiue vocis & preterito eiusdem vocis & modi. differunt tamen quod preteritū scribitur cum patha in littera substantiali media quando non est finis clausule. presens vero siue participiū scribitur cum camez nisi construatur cum genitiuo. vt.

נִפְקָד	qui visitatus est.	נִפְקָדָה vel נִפְקֶדֶת	q̄ visitata ē
נִפְקָדִים	qui sunt visitati.	נִפְקָדוֹת	que sunt visitate.

Et cum littera substantialis prima est aliqua illarum quattuor אהוע scribitur per cegol. Et similiter nun passiue vocis scribitur p cegol. vt Numeri. capī. 12 . נֶאֱמָן רוּא idest fidelis est ille. & aliqī littera substantialis media participii generis masculini pluralis scribitur cū seba loco camez. Ester. 1. הַנִּמְצָאִים בְּשׁוּשָׁן i. q iuēti fūt in susis. futurū recipit has q̄ttuor litteras איתן vocis actiue: & deficit nun preteriti vocis passiue: que suppletur per dagues impositum littere substantiali prime: hoc modo.

אֶפָּקֵד vel אֶפָּקְדָה visitabor.m.&.f.

תִּפָּקֵד	visitaberis.m.	תִּפָּקְדִי	visitaberis.f.
יִפָּקֵד	visitabitur.m.	תִּפָּקֵד	visitabitur.f.

Plurali.

נִפָּקֵד	vel נִפָּקְדָה visitabimur.m.&.f.		
תִּפָּקְדוּ	visitabimini.m.	תִּפָּקֹדְנָה	visitabimini.f.
יִפָּקְדוּ	visitabuntur.m.	תִּפָּקֹדְנָה	visitabuntur.f.

Et in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in ce re cum accentu. vt תִּפָּקֹדִי ideſt visitaberis.Et notandum quod áleph prime persone aliquando recipit hiric. vt Exodi.14. וְאִכָּבְדָה בְּפַרְעֹה.ideſt honorabor in pharaone. Nonnunquam etiam cere littere substantialis medie vertitur in patha siue ca mez. vt Numeri.16. וַתֵּעָצַר הַמַּגֵּפָה ideſt &cessauit pestilētia.quo in loco tau futuri scribitur cum cere.& hoc est quia quando lit tera substantialis prima est aliqua istarum אהחע tunc littere que adduntur futuro recipiunt cere. vt Gen. capᵒ. 42. יֵאָסֵר בְּבֵית מִשְׁמַרְתֵּכֶם ideſt ligabitur in domo custodie vestre. Ione.1. וַיִּרְדָּם.i.& dormiuit Prouer.22. בְּתוֹךְ רְחֹבוֹת אֵבְצָה.ideſt in medio platearum occidar . Et quando littera substantia lis vltima est ain siue heth.scribitur subiecto patha . sic יִשְׁמַע.i. audietur.יִפְתַּח ideſt aperietur. Nonnūquam etiam littera sub stantialis media vertit cere in patha.quod tenet verum cū non est clausule finis.vt.4.Regum.2. בְּטֶרֶם אֶלָּקַח מֵעִמָּךְ ideſt ante quam tollar a te.& in feminino plurali plerumqᵇ littera substā tialis media scribitur cum camez siue patha . vt Psalmo.56. וְכַשֹּׁתָתָם תִּשָּׁבַרְנָה ideſt arcus eorum confringentur.

De imperatiuo modo.

IMperatiuus formatur a secundis personis futuri eiusdem vocis passiue mutata tau in he.& littera substantia lis prima habet dagues sicut in futuro vt suppleatur de fectus littere nun que erat preteriti.hoc modo.

הִפָּקֵד	visitare.m.	הִפָּקְדִי	visitare.F.
הִפָּקְדוּ	visitamini.m.	הִפָּקֹדְנָה	visitamini.F.

& quando littera substantialis prima est aliqua harum quattu or אהחע he addita scribitur cum cere.sicut Deutero.32. וְהַאֲסֵף אֶל עַמֶּיךָ ideſt apponere populis tuis . & nonnunquam genus masculinum pluralis numeri accipit nun preteriti in principio vt Iere.50. בֹּאוּ וְנִלְוֹו אֶל יְהוָה.hoc est venite & iungimini dño.

De infinitiuo modo.

INfinitiuus vocis passiue similis est secūde persone im peratiui numeri singularis generis masculini.vt הִפָּקֵד ideſt visitari. Aliquando infinitiuus accipit nun preteri riti.vt Ester.3. וְשִׁלּוּחַ סְפָרִים .i. & mittere epistolas . & ex hoc infinitiuo & prepositionibus harum quattuor litterarū בכלם fiunt gerundia vocis passiue:quemadmodum in infinitiuo ac tiue vocis dictum est.& nonnunquam he infinitiui amittitur. vt Exo.10. מֵאֲנְתָּ לֵעָנוֹת מִפָּנָי ideſt non vis subiici mihi.vbi de ficit he quia debuit dici לְהֵעָנוֹת Ex hoc infinitiuo passiue vo cis supplentur optatiuus & subiunctiuus eiusdem vocis:quem admodum in infinitiuo actiue vocis dicebamus . Et notādum qᵒ he regule cum plerisqᵇ ex superioribus non tam ad hanc cō iugationem quam ad omnes alias pertinent. Est & alind parti cipium vocis passiue huiusmodi.

פָּקוּד	visitatus.	פְּקוּדָה	visitata.
פְּקוּדִים	visitati.	פְּקֻדוֹת	visitate.

Sunt qui inter hec duo participia faciant diferentiam: vt parti cipium de quo superius dictum est significet per modum actus in tempore.hoc vero per modum habitus.

Sunt preterea verba neutra vocis actiue que reperiuntur aliqn do in voce passiua significant tamen actionem: & carent parti cipiis vocis passiue:que tamen habent participia vocis actiue actionem quoque significantia:cuiusmodi sunt hec.

הָלַךְ vel נָהַלַךְ ambulauit יָשַׁב habitauit נָפַל cecidit עָמַד stetit. רָכַב Equitauit.In quibus quidem verbis non dicitur הָלוֹךְ nec qᵇ in aliis huius generis.Sūt etiam quedam verba communia: quorū participia vocis actiue aliquando significant passionē. & vocis passiue actionem vt a בָּטַח.ideſt confidit בָּטוּחַ בָּטֻחַ.i. confisus & confidēs:et a שָׁכַן .i. habitauit שָׁכֵן שָׁכוּן.i.habitatus & habitans . sunt alia verba que latinorum more possūt ap pellari deponentia:quia cum habeant vocem passiuam carent actiua.vt נִשְׁבָּע ideſt iuratus vel iurauit שָׁאַר.ideſt remansit si ue relictum est.Sunt alia verba que carent participiis presentis actiue & passiue vocis:in quorum loco ponuntur nomina adie ctiua.vt קָרַב.ideſt accessit.רָחַק ideſt recessit:a quibus deriuan tur nomina adiectiua a priori.קָרוֹב.ideſt propinquus. a poste riori.רָחוֹק.ideſt longinquus:que in locum suorum participio rum succedere tam actiuorum qᵐ passiuorum .In participiorū quoqᵇ locum succedunt sequentia nomina adiectiua.גִּבּוֹר ideſt fortis.חָזָק ideſt fortis.חָכָם.ideſt sapiens סָכָל ideſt stultus צַדִּיק ideſt iustus.קָטָן ideſt paruus רָשָׁע ideſt malus . Quoniam ver ba a quibus hec nomina deriuantur carent vtroqᵇ participio. & hoc verbum.יָכֹל ideſt potuit:neqᵇ habet participium actiuū neqᵇ passiuum neqᵇ nomen adiectiuum:in quo preteritum po nitur pro presenti.

De secunda coniugatione.

SEcunda coniugatio est trium litterarum:quarum prima subscribitur cū hiric.secunda cum cere siue patha.vt פָּקַד פִּקֵּד & nonnunquam cum cegol.& littera substantialis media scribitur per dages:si non sit aliqua harum quinque. אהחע non recipiunt dagues.& tunc prima verbi positio vtroqᵇ mo do scribi potest.Possunt quoqᵇ prima & secunda substantialis littera scribi per cere.vt בֵּאֵר אֶת הַתּוֹרָה ideſt declarauit legem. Possunt etiam venire prima cum cere & media cum patha.vt Gen.24. בֵּרַךְ אֶת אַבְרָהָם.ideſt benedixit abraam. Sunt qui di cant quod littera substantialis media idcirco habet dagues: vt per eum suppleatur defectus littere iod : que debuit interponi duabus primis litteris substantialibus.Sensus huius coniuga tionis in omnibus modis & temporibus est similis coniugatio ni prime.

Secunda coniugatio actiue vocis.indi catiuo modo tempore preterito.

פָּקַד	visitauit.m.	פִּקְּדָה	visitauit.F.
פָּקַדְתָּ	visitasti.m.	פָּקַדְתְּ	visitasti. F.
פָּקַדְתִּי	visitaui.m.&.f.	Plurali.	
פָּקְדוּ	visitauerunt.m.&.f.		
פְּקַדְתֶּם	visitastis.m.	פְּקַדְתֶּן	visitastis.F.
פָּקַדְנוּ	visitauimus.m.&.f.		

Et notandum quod in fine clausule seba littere substātialis me die vertitur in cere & in eadem collocatur accentus . vt Deut. 5: אֲשֶׁר דִּבְּרוּ ideſt quod locuti sunt. Aliquando etiam in prima verbi positione veniunt in principio due littere ex his אהחע simul.& vtraqᵇ cum cegol.vt iudicium.capᵒ.5. מַדּוּעַ אָחֲרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו ideſt quare tardauerunt pedes quadrigarum illius. Et aliquando hec coniugatio reperitur sine dagues. vt Ezech. 9. וּמַלְאוּ אֶת הַחֲצֵרוֹת ideſt implete atria.

Presens quod per participia vocis actiue & passiue huius cōiu gationis & earū que sequuntur suppletur:plerūque venit cum mem addita in principio.vt.

מְפַקֵּד	qui visitat	מְפַקֶּדֶת vel מְפַקְּדָה	que visitat
מְפַקְּדִים	qui visitant	מְפַקְּדוֹת	que visitant.

In fine vero clausule littera substantialis media in gñe femini no numeri singularis plerumqᵇ venit cū cere:& in ea nōnūquā accentus collocatur. ut מְפַקְּדָה . ideſt.que uisitat:& participi um quod desinit in tau venit in hunc modum . מְפַקֶּדֶת Cum uero participium masculinum numeri singularis iun gitur pronomini : aliquando littera substantialis media

ſcribitur cum hiric.vt Leuitici.21. מְקַדִּשְׁכֶם ideſt qui ſanctifi-cat vos. Littere que adduntur futuro in principio veniunt cū ſeba preter aleph prime perſone ſingularis que venit cum pa tha.vt אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה viſitabo.m.&.f. תִּפְקֹד viſitabis.m. תִּפְקְדִי viſitabis.f. יִפְקֹד viſitabit.m. תִּפְקֹד viſitabit.f. Plurali. נִפְקֹד vel נִפְקְדָה viſitabimus.m.&.f. תִּפְקְדוּ viſitabitis. m. תִּפְקֹדְנָה viſitabitis.f. יִפְקְדוּ viſitabunt.m . viſitabunt.f. In fine vero clauſule ſeba littere ſubſtantialis me-die vertitur in cere: & in ea ponitur accentus. hoc mō. אֶפְקְדָה que regula obſeruatur in omnibus coniugationibus.

De imperatiuo.

פְּקֹד vel פִּקְדָה viſita.m. פִּקְדִי viſita.f.
פִּקְדוּ viſitate.m. פִּקֹדְנָה viſitate.f.

Aliquando ī ſecunda perſona maſculini ſingularis littera ſub-ſtantialis media venit cum patha. vt Pſal.54. בַּלַּע יְהוָה פַּלַּג לְשׁוֹנָם ideſt precipita domine: diuide linguam eorum.

De infinitiuo.

פָּקֹד Viſitare. Aliquando in hoc modo littera ſubſtantialis me dia venit cum holem.vt Pſal.117. יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָהּ. ideſt caſtigans caſtigauit me dominus. Aliquando littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum hiric.vt Leuitici.14. אַחַר חִלַּץ אֶת הָאֲבָנִים. i. poſt ea quam eruti fuerint lapides. & ex hoc infinitiuo ſupplentur gerundia & ſubiunctiuus modus: antepoſita vna ex his quattu-or litteris בכלם ſubſcriptis cum ſeba. vt in infinitiuo prime cō-iugationis dictum eſt. Aliquando etiam cum he in fine. vt Le-uitici.26. לְיַסְּרָה אֶתְכֶם ad caſtigandum vos.

De voce paſſiua.

In voce paſſiua littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum furec. & appellatur פְּנָיָן פָּקַד quoniam ſic incipit. ad hunc modum. in dicatiuo modo tempore preterito.

פָּקַד viſitatus fuit.	פָּקְדָה viſitata fuit.
פָּקַדְתָּ viſitatus fuiſti.	פָּקַדְתְּ viſitata fuiſti.
פָּקַדְתִּי viſitatus fui vel viſitata fui.	

Plurali.

פָּקְדוּ Viſitati fuerunt vel viſitate fuerunt.
פְּקַדְתֶּם viſitati fuiſtis. פְּקַדְתֶּן viſitate fuiſtis.
פָּקַדְנוּ viſitati fuimus vel viſitate fuimus.

Et quando littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattu-or אהעך furec littere ſubſtantialis prime vertitur in holem. vt exo.12. כִּי נִרְשׁוּ מִמִּצְרַיִם. i. quia electi fuerūt ex egypto. & ī hūc modum alia cōplura. & licet littera ſubſtātialis media ſit heth: tñ prima ſubſtantialis ſcribi poteſt cum furec. vt Ezech.cap.16 וּמַיִם לֹא רָחַצְתְּ ideſt & aqua non es lota. Et quando littera ſub-ſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהעך ſeba eiuſdē lit-tere vertitur in camez: vt in preterito vocis actiue prime con-iugationis dictum eſt. preterea in fine clauſule ſeba littere ſub-ſtantialis medie vertitur in camez: & in ea collocatur accentus hoc modo. פָּקָדָה Preſens eiuſdem vocis aſſimilatur preteri-to eidem: excepto q preteritum ſcribitur cum patha in littera media ſubſtātiali: preſens vero cū camez. ſic. פָּקֻד qui eſt viſita-tus. פְּקֻדָה que eſt viſitata פְּקֻדִים qui ſunt viſitati פְּקֻדוֹת que ſūt viſitate. Futurū cui littere addite recipiūt ſeba: & aleph prime pſone ſingularis habet patha hoc mō. אֶפָּקֵד viſitabor. m. & f. תִּפָּקֵד viſitaberis.m. תִּפָּקְדִי viſitaberis.f. יִפָּקֵד viſitabitur.m. תִּפָּקֵד viſitabitur.f. Plu. נִפָּקֵד vel נִפָּקְדָה viſitabimur. m.f. תִּפָּקְדוּ viſitabimini.m. תִּפָּקֹדְנָה viſitabimini.f. יִפָּקְדוּ viſitabun-tur.m. תִּפָּקֹדְנָה būtur.f. In fine vero clauſule ſeba līe ſbālis me-die vertitur in camez atq; in eadē accentus collocatur hoc mō. תִּפָּקְדִי תִּפָּקְדוּ & hec vox paſſiua caret imperatiuo modo. Infi-nitiuus vocis paſſiue eſt פָּקֹד vel פָּקֵד. i. viſitari. cui ſi p̄ponātur p̄pones harū quattuor litterarum בכלם circūloquimur gerun-dia. Subiūctiuus vero ſuppletur eo modo quo dictū eſt in infi-nitiuo prime cōiugatiōis. Eſt & aliud participiū vocis paſſiue מְפֻקָּד qui eſt viſitatus מְפֻקָּדָה vel מְפֻקָּדֶת que eſt. tata. מְפֻקָּדִים q̄ ſunt viſitati מְפֻקָּדוֹת que ſunt viſitate. Et qñ littera ſubſtātialis media eſt aliqua harum quinque אהעך: ſurec littere ſubſtan-tialis prime vertitur in holem. vt Deutero.33. מְבֹרָךְ אַתָּה יְהוָה. i. be-nedicta domini.

De tertia coniugatione.

Certia coniugatio quē admodū ſupra dictum eſt appel-latur הִפְקִיד propterea quod facit actū verbi trāſire in aliā perſonā: quod fit precipue in verbis tranſitiuis. vt הִפְקִיד אֶת הַחֹלֶה. i. fecit viſitare infirmū. vbi ſunt tres perſone qui facit viſitare. qui viſitat. qui viſitatur. Et in verbis abſolu-tis actus tranſit in ſecundā perſonā & non vltra. vt הֶעֱמִיד fecit ſtare: quod verbū nō trāſit in aliā rē. Itaq; in hac cōiugatione per vnum verbum ſignificātur due actiones diuerſe. ſ. actio. principalis eiuſdem verbi: & actio huius verbi facio facis. vt a ſupradicto verbo פָּקַד. i. viſitauit dicitur הִפְקִיד. i. viſitare fecit. & a קָרַב. i. appropinquauit: dicitur הִקְרִיב. i. appropinquare fe-cit. Et aliquando per huius coniugationis verba actus perma-net in prima vel in ſecunda pſona. vt הֶחֱרִישׁ hoc eſt tacuit vel tacere fecit. & quando littera ſubſtantialis vltima eſt ain ſiue heth ſcribitur per patha hoc modo. הִשְׁמִיעַ ideſt audire fecit. Et in preterito huius coniugationis: iod exteritur ex me-dio preterquam in tertiis perſonis vtriuſq; generis & nume-ri. hoc modo.

Indicatiuo modo actiue uocis in preterito.

הִפְקִיד fecit viſitare.m.	הִפְקִידָה fecit viſitare.f.
הִפְקַדְתָּ feciſti viſitare.m.	הִפְקַדְתְּ feciſti viſitare.f.
הִפְקַדְתִּי feci viſitare.m.&.f.	

Plurali.

הִפְקִידוּ fecerunt viſitare.m.&.f.
הִפְקַדְתֶּם feciſtis viſitare.m. הִפְקַדְתֶּן feciſtis. tare.f.
הִפְקַדְנוּ fecimus viſitare.m.&.f.

Quando vero littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor. אהעך he addita in principio & littera ſubſtantialis prima ſcribuntur per cegol hoc modo. הֶעֱבִיר ideſt fecit tranſire. Et aliquando littera ſubſtantialis prima tantum ſcri-bitur per ſeba hoc modo הֶעְלִים ideſt abſcondit vel fecit ab-ſcondere. Vno tamen in loco tantum he addita reperitur cum cegol quamuis littera ſubſtantialis prima non ſit aliqua ex ſu-pradictis quattuor. primo. Regum.25. לֹא הֶכְלִמָּנוּם ideſt nunquam eis moleſti fuimus.

Preſens circumloquimur per participium: quod habet mem additam in principio ſubiecto patha ſine camez: & abiicitur he preteriti addita ſic.

מַפְקִיד qui facit viſitare מַפְקִידָה vel מַפְקֶדֶת que fa-cit viſitare. מַפְקִידִים qui faciunt viſitare מַפְקִידוֹת que faci-unt viſitare. Et cum littera ſubſtantialis prima eſt aliqua ha-rum quattuor אהעך illa littera ſcribitur cum patha loco ſeba in hunc modum. מַעֲבִיר ideſt qui facit tranſire. Et aliquā-do littera ſubſtantialis media loco hiric habet cere: & excludi-tur iod. vt Pſalmo.134. מוֹצֵא רוּחַ מֵאֲצְרֹתָיו ideſt qui edu-cit ventos de theſauris ſuis.

Littere que adduntur futuro ſcribuntur cum patha: & excludi-tur he preteriti. & littera ſubſtantialis media habet hiric: ī hūc modum. אַפְקִיד vel אַפְקִידָה Faciam viſitare. m.&.f.
תַּפְקִיד facies viſitare.m. תַּפְקִידִי facies viſitare.f.
יַפְקִיד faciet viſitare.m. תַּפְקִיד Faciet viſitare. f.

Plurali.

נַפְקִיד uel נַפְקִידָה faciemus viſitare.m.&.f.
תַּפְקִידוּ facietis viſitare.m. תַּפְקִדְנָה facietis viſitare.f.
יַפְקִידוּ facient viſitare.m. תַּפְקִדְנָה faciēt viſitare.f.

Cum vero littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor.אהחע littera illa ſcribitur cum patha hoc modo אַצְמִיד ideſt faciam ſtare.& aliquando futurum recipit he preteriti. vt pſalmo.114.וְלִי יְהוֹשִׁיעַ ideſt & me ſaluum faciet. Aliquando etiã littera ſubſtantialis media ſcribitur per cere loco hiric:& excluditur iod ex medio.vt Geñ.capᵒ.1.וַיְבַדֵּל אֱלֹהִים.i. & diuiſit deus.& ad hunc modum alia complura. Nonnunquam preterea in plurali littera ſubſtantialis media ſcribitur cum ſeba loco hiric & excluditur iod ex medio.vt.1.Regũ.31. וַיַּדְּנְקוּ כָל שִׁתִּים hoc eſt irrueruntq; philiſtim:pro quo debuit eſſe וַיַּדְבִּיקוּ.Q.d etiam fit cum pronomini iungitur.vt.1.Reg.17. יַעְשְׁרֶנּוּ הַמֶּלֶךְ ideſt diuitem faciet illum rex.pro quo debuit eſſe יַעֲשִׁירֶנּוּ.

De imperatiuo.

IMperatiuus habet in principio he additam cum patha & in ſecunda perſona maſculini ſingularis & feminini pluralis littera ſubſtantialis media plerumq; ſcribitur cum cere:& excluditur iod ex medio. In aliis tamen perſonis littera ſubſtantialis media ſcribitur cum hiric:& non abiicitur iod ex medio.ſic.הַפְקֵד vel הַפְקִידָה fac viſitare.m, הַפְקִידִי fac viſitare.f.הַפְקִידוּ facite viſitare.m.הַפְקֹדְנָה facite viſitare.f. Et cũ littera ſubſtãtialis media eſt aliqua harum quattuor. אהחע ſcribitur cum patha.vt.2.Reg.capᵒ.11.הַחֲזֵק מִלְחַמְתְּךָ ideſt conforta bellum tuum. aliquando ſecunda perſona imperatiui maſculini ſingularis littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cegol.vt 1.Para.21.הַעֲבֵר נָא ideſt fac tranſire nunc. Nonnunquam preterea idem imperatiuus venit cum hiric loco cere.vt Ieremie 17. הָבִיא עֲלֵיהֶם hoc eſt.induc ſuper eos. & quandoq; littera ſubſtantialis media ſcribitur cum patha loco cere. ſicut in Pſalmo.5. הַיְשֵׁר לְפָנַי דַרְכֶּךָ hoc eſt dirige in conſpectu meo viam tuam.Idem quoq; modus aliquando ſcribitur cum he in fine.vt Iere.18.הַקְשִׁיבָה יְהוָה ideſt audi domine.

De infinitiuo.

INfinitiuus modus recipit he quemadmodum & imperatiuus.& littera ſubſtantialis media ſcribitur cum cere ſiue hiric & iod.in hunc modum.הַפְקֵד vel הַפְקִיד.i. facere viſitare. Aliquando etiam he addita ſcribitur cum hiric. vt Eſaie.51.נָטֹן וְהָצִיל פָּסֹחַ וְהַמְלִיט ideſt protegere & liberare. tranſire & ſaluare.& alia ad hunc modum.Per infinitiuũ quoq; ſupplentur gerundia & ſubiunctiuus prepoſitis illis quattuor litteris בכלם cum ſeba:quemadmodum in ĩfinitiuo prime coniugationis dictum eſt.Et cum ſic veniunt gerundia cum prefatis litteris nonnunquam he addita in principio excluditur:& littera addita ex quattuor predictis ſcribitur cum patha ſiue camez.vt Pſal.25.לַעֲמִיעַ בְּקוֹל תּוֹדָה hoc eſtad audiẽdum vocem laudis.& alia ſimiliter.

Devoce paſſiua.

PAſſiua vox accipit he in principio ſubiecto ſurec ſiue camez quod profertur quaſi holem.hoc modo. הָפְקַד vel הָפְקֵד ideſt viſitatus fuit.

Indicatiuo modo tempore preterito.

הָפְקַד	Viſitatus fuit.	הָפְקְדָה	viſitata fuit.
הָפְקַדְתָּ	Viſitatus fuiſti.	הָפְקַדְתְּ	Viſitata fuiſti.
הָפְקַדְתִּי	Viſitatus vel viſitata fui.		Plurali.
הָפְקְדוּ	Viſitati vel viſitate fuerunt.		
הָפְקַדְתֶּם	Viſitati fuiſtis.	הָפְקַדְתֶּן	Viſitate fuiſtis.
הָפְקַדְנוּ	Viſitati vel viſitate fuimus.		

Et quando littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum qttuor.אהחע he addita ſcribitur aliquando cũ camez.& littera ſubſtantialis prima ſcribitur cum camez hateph hoc modo. הֶעָמַד ideſt ſtatutus eſt:&quando eſt in fine clauſule:littera ſubſtantialis media ſcribitur cum camez loco ſeba accentu in eadem poſito.hoc modo הָפְקָדוּ. Preſens circumloquimur per participium quod habet he additam in principio ſubiecto ſurec ſiue camez quod profertur quaſi holem:ſicut in preterito.hoc mõ

הָפְקָד vel הָפְקֵד	qui viſitatur	הָפְקָדָה	que viſitatur.
הָפְקָדִים	qui viſitantur.	הָפְקָדוֹת	que viſitantur.

Futurum litteras additas accipit ſubſcriptas cum ſurec ſiue camez hateph quod profertur quaſi holem ad hunc modum.

אוּפְקַד vel אֶפְקַד viſitabor.m. &.f.

תּוּפְקַד	viſitaberis.m.	תּוּפְקְדִי	Viſitaberis.f.
יוּפְקַד	Viſitabitur.m.	תּוּפְקַד	Viſitabitur.f. Plu.
נוּפְקַד vel נִפְקַד	viſitabimur.m.&.f.		
תּוּפְקְדוּ	Viſitabimini.m.	תּוּפְקַדְנָה	Viſitabimini.f.
יוּפְקְדוּ	Viſitabuntur.m.	תּוּפְקַדְנָה	Viſitabuntur.f.

Et cum littera ſubſtantialis prima eſt aliqua harum quattuor אהחע tunc littere addite futuri ſcribuntur cum camez:& littera ſubſtantialis prima cum camez hateph quod profertur quaſi holem.vt Leuitici.16.יֶעֱמַד חַי ideſt ſtatuatur vivus.Eſdre.10 יֻחְרַם כָּל רְכוּשׁוֹ ideſt deſtructur omnis ſubſtãtia eius.& hec vox paſſiua non habet modum imperatiuum.

De infinitiuo.

INfinitiuus he additam in principio recipit ſcriptam cũ camez qui profertur quaſi holem:& littera ſubſtantialis media venit cum cere hoc mõ.הָפְקֵד vel הָפְקֹד Viſitari. Infinitiuus tamen qui frequentior eſt in ſacra ſcriptura: eſt qui venit cum he ſcripta cum camez quod profertur quaſi holẽ.vt Ezechielis.16.וְהָמְלֵחַ לֹא הָמְלָחַת וְהָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ ideſt & ſaliri nõ es ſalita.& inuolui non es inuoluta.p quo nos habemus nec ſale ſalita nec inuoluta pannis. & aliquando infinitiuus venit cum he addita in fine.vt Ezechielis.32.רְדָה וְהִשְׁכְּבָה אֶת עֲרֵלִים ideſt deſcende & dormire cum incircunciſis. Participiũ huius vocis eſt huiuſmodi.

מוּפְקָד	qui viſitatur	מוּפְקָדָה vel מוּפְקֶדֶת	que viſitatur
מוּפְקָדִים	qui viſitantur.	מוּפְקָדוֹת	que viſitantur.

Aliquando participium venit cum he preteriti poſt mem.vt Ezechiel.46.לְאַרְבָּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת.hoc eſt.ad quattuor illa aguiata.pro quo nos habemus menſure vnius quattuor.& quãdo littera ſubſtantialis media eſt aliqua harum quattuor אהחע littera mem plerumq; venit cum camez.& littera ſubſtãtialis prima ſcribitur cum hateph camez.vt Ezechiel.29. בְּתוֹךְ עָרִים מְחֻרָבוֹת hoc eſt inter vrbes deſtructas.

De quarta coniugatione.

QVarta coniugatio que vt in parte ſuperiori diximus vocatur qnadrata:quattuor habet litteras ĩ tertia perſona ſingulari preteriti:& habet duas ſyllabas:quarũ prima ſcribitur cum vau & holem & ſecunda cum patha. hoc modo.רוֹמַם ideſt exaltauit.& hec coniugatio plerumq; eſt verborum que dicuntur imperfecta.& in prima coniugatione ſunt vnius ſyllabe.vt קוֹם רוֹם hoc eſt leuauit ſurrexit.Et in ſecunda ſyllaba quarte coniugationis frequenter habet cere hoc modo קוֹמֵם.ideſt eleuauit:vbi omnes quattuor littere ſunt ſubſtantiales:quia etiam vau eſt de ſubſtantialibus. Hec quoq; coniugatio eſt verborum in quibus littera ſubſtantialis ſecunda geminatur.vt מָדַד ideſt menſus eſt.& tunc verbum quadratum ſcribitur cum patha ſiue cere in ſecunda ſyllaba.& illic non ſunt niſi tres littere ſubſtãtiales verbi quia vau eſt ocioſa. Et raro hec coniugatio reperitur in verbis in quibus littera non duplicatur aut non ſunt monoſyllaba.Et ſi quãdo aliter reperitur treſtantum ſunt littere illius ſubſtantiales.& ſecunda ſyllaba ſcribitur cum patha ſiue cere.& in diſcurſu coniugationis horũ verborum ſecunda ſyllaba ſcribitur ſubiecto patha excepto in tertia perſona ſingulari feminini:& in tertia perſona plurali.in quibus ſcribitur cum ſeba. Indicatiuo modo vocis actiue.

פִּקֵּד	Viſitauit.m.	פִּקְּדָה	viſitauit.f.
פִּקַּדְתָּ	Viſitaſti.m.	פִּקַּדְתְּ	Viſitaſti.f.
פִּקַּדְתִּי	Viſitaui.m.&.f.		Plurali.

פֻּקְדוּ visitauerunt.m.&f. פֻּקַדְתֶּם visitastis.m. פֻּקַדְתֶּן visitastis.f. פֻּקַדְנוּ visitauimus.m.&f. In fine vero clausule seba littere substantialis tertie vertitur in camez & accẽtu in eadẽ vt Ieremie.capꝫ.12. נָטָעְתָּם גַּם שָׁרָשׁוּ ideſt plantasti eos.& radices miserunt. Presens circumloquimur per participiũ quod habet mem additam in principio subiecto seba: hoc modo. מְפֻקָּד qui visitat מְפֻקֶּדֶת vel que visitat. מְפֻקָּדִים qui visitant. מְפֻקָּדוֹת que visitant. Inuenitur quoꝫ nonnunquam participium generis masculini singularis addita iod in fine.vt Psalmo. 99. מְלַשְׁנִי בַּסֵּתֶר ideſt qui accusat in secreto.pro quo debuit dici. מְלוֹשֵׁן Futuri quatuor littere que adduntur: recipiunt seba :preter aleph prime persone singularis:que venit cum patha hoc modo. אֶפְקֹד vel אֶפְקְדָה visitabo.m.&f. תִּפְקֹד visitabis.m. תִּפְקְדִי visitabis.f. יִפְקֹד visitabit.m. תִּפְקֹד visitabit.f.

Plurali.

נִפְקֹד vel נִפְקְדָה visitabimus.m.&f. תִּפְקְדוּ visitabitis.m. תִּפְקֹדְנָה visitabitis.f. יִפְקְדוּ visitabunt.m. תִּפְקֹדְנָה visitabunt.f. Et aliquando tertia littera generis femininj plurialis venit cum cere hoc modo. תִּפְקֹדְנָה. Et quando est in fine clausule:seba secunde littere substantialis vertitur in cere accentu in eadem.hoc modo אֶפְקֹדָה תִּפְקְדִי תִּפְקְדוּ יִפְקְדוּ.Imperatiui secunda persona masculini singularis & pluralis est similis vocibus tertie persone preteriti:que dignoscuntur ex contextu partium orationis.hoc modo פְּקֹד vel פִּקְדָה visita.m. פִּקְדִי visita.f. פִּקְדוּ visitate.m. פְּקֹדְנָה visitate.f. Infinitiuus est similis imperatiuo generis masculini singularis.hoc modo. פְּקֹד ideſt visitare. & ad supplendum gerundia recipit prepositiones harum quattuor litterarum ב כ ל מ vt dictum est in infinitiuo prime coniugationis.

De voce passiua.

POx passiua huius coniugationis appellatur verbum graue:quia est quinque litterarum. Ad tres namꝫ substantiales in principio adduntur due:hoc est he cum hiric & tau cum seba: vt pertineat ad litteram precedentem .& littera substantialis media habet dagues hoc modo הִתְפַּקֵּד.quo etiam nomine vocatur.& significat passionem siue actionem que communiter non transit in aliam personam : sed fit illius passionis vel actionis reciprocatio in personam agentem.& eadem est persona agens & patiens.vt הִתְחַזֵּק ideſt confortatus est:vel confortauit se. הִתְפַּקֵּד ideſt visitauit seipsum : siue visitatus est a seipso.Nonnunquam reperiuntur huius coniugationis verba transitiua :qualia sunt verba prime coniugationis. vt הִתְפַּלֵּל ideſt orauit הִתְבּוֹנֵן ideſt intellexit siue intellectus est quod etiam potest esse absolutum . vt הִתְהַלֵּךְ ideſt ambulauit Aliquando tau superaddita deficit:que suppletur per dagues in littera substantiali prima.vt Iosue.22. אֲשֶׁר לֹא הִטַּהֲרנוּ ideſt a quo non mundauimus nos vel nõ sumus mundati:& alia ad hunc modum. Aliquando littera substantialis media scribitur cum cere quando non est in fine clausule. Et aliquando scribitur per cegol.vt Genñ.15. הִתְהַלֵּךְ נֹחַ ideſt ambulauit noe.Quandoqꝫ ex littera substantiali media deficit dagues . Et est notandum quod in hac coniugatione semper tau ponitur ante litteras substantiales:preter quam cum littera substantialis prima est vna ex his quattuor זסצש: quia tunc littera illa ponitur ante tau.vt Mich.capꝫ.6. וַתִּשְׁתְּמֵר חֻקּוֹת עָמְרִי ideſt seruabantur precepta ambri.quia ex huius coniugationis ratione debuit dici. וַתִּשָּׁמֶר.& cum venit cum aliqua ex illis quattuor litteris :aliquando tau vertitur in teth.vt geneſis. 44. מָה נִּצְטַדָּק ideſt in quo iustificabimus nos vel iustificabimur.quod verbum venit a. צָדַק cuius coniugatio explicatur hoc modo. הִתְפַּקֵּד visitauit se.m. הִתְפַּקְּדָה visitauit se.f. הִתְפַּקַּדְתָּ visitasti te.m. הִתְפַּקַּדְתְּ visitasti te.f. הִתְפַּקַּדְתִּי visitaui me.m.&f.

Plurali.

הִתְפַּקְּדוּ visitauerunt se.m.&f. הִתְפַּקַּדְתֶּם visitastis vos.m. הִתְפַּקַּדְתֶּן visitastis vos.f. הִתְפַּקַּדְנוּ visitauimus nos.m.&f. In fine vero clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez:& accentu in eadem.sic הִתְפַּקֵּדוּ Presens circũloquimur per participium presentis:addita mem in principio subscripto hiric & excluditur he preteriti ad hunc modum. מִתְפַּקֵּד qui se visitat מִתְפַּקֶּדֶת vel que se visitat. מִתְפַּקְּדִים qui se visitant. מִתְפַּקְּדוֹת que se visitant. Futurum amittit he preteriti:quod fit ne proferantur tres littere addite simul.quod esset in prolatione perquam graue:& littere addite futuri scribuntur subiecto hiric preter aleph prime persone que venit cum cegol:& littera substantialis media scribitur cum cere.hoc modo. אֶתְפַּקֵּד vel אֶתְפַּקְּדָה visitabo me.m.&f. תִּתְפַּקֵּד visitabis te .m. תִּתְפְּקְדִי visitabis te.f. יִתְפַּקֵּד visitabit se.m. תִּתְפַּקֵּד visitabit se.f.

Plurali.

נִתְפַּקֵּד vel נִתְפַּקְּדָה visitabimus nos .m .&f. תִּתְפְּקְדוּ visitabitis vos.m. תִּתְפַּקֵּדְנָה visitabitis vos.f. יִתְפְּקְדוּ visitabũt se.m. תִּתְפַּקֵּדְנָה visitabunt se.f. Aliquando littera substantialis media scribitur cum patha.vt prouer.25: אַל תִּתְהַדַּר לִפְנֵי מֶלֶךְ ideſt non glorieris coram rege.Et cum venit in fine clausule seba littere substantialis medie vertitur in camez: et accentu in eadem.vt Exo.19. הַנִּגָּשִׁים אֶל יְהוָה יִתְקַדָּשׁוּ ideſt qui accedunt ad dominum sanctificentur. Imperatiuus accipit he additam in principio subiecto hiric.hoc modo. הִתְפַּקֵּד visita te.m. הִתְפַּקְּדִי visita te.f. הִתְפַּקְּדוּ visitate vos.m. הִתְפַּקֵּדְנָה visitate vos.f. Infinitiuus hoc modo profertur. הִתְפַּקֵּד ſ הִתְפָּקֵד Visitare se. Passiue vocis aliud pticipipiũ est מְפֻקָּד visitatus. מְפֻקָּדָה vel מְפֻקֶּדֶת visitata. מְפֻקָּדִים visitati מְפֻקָּדוֹת visitate.

Quattuor itaqꝫ coniugationes regulares atqꝫ perfecte ad hunc modum explicate sunt.

SEd antea quam ad verba irregularia descendamus:nõ est omittendum id quod hebrei dicunt: esse videlicet quedam verba ex duabus coniugationibus composita vt psalmo. 7. יִרְדֹּף אוֹיֵב נַפְשִׁי. ideſt persequatur inimicus animam meam.quod verbum est futuri tertie persone singularis Hoc igitur verbum componitur ex futuro prime coniugationis vocis actiue hoc est.יִרְדֹּף:& ex futuro secunde coniugationis eiusdem vocis hoc est יְרֻדַּף: quoniam hiric qui subiicitur iod & holem qui imponitur daleth:sunt coniugationis prime: & patha qui subiicitur littere res & dagues qui subiicitur daleth sunt secunde coniugationis. Ad eundem quoꝫ modum reperiuntur verba composita in voce passiua.vt numeri.1. לֹא הָתְפָּקְדוּ בְתוֹכָם ideſt nõ sunt numerati inter illos: quod verbum componitur ex voce passiua tertie coniugationis que est הָתְפָּקֵד: & ex voce passiua quarte coniugationis:que est הָתְפָּקַד quia camez qui subiicitur he:est vocis passiue tertie coniugationis.& tau est eiusdem vocis quarte coniugationis.Sunt etiã alia verba que componuntur ex duobus temporibus. vt Ezechielis.8. וְהֵמָּה מִשְׁתַּחֲוִיתֶם ideſt illi humiabant se siue adorabant:componitur namꝫ ex preterito & presenti vocis passiue quarte coniugationis.quia mem prima est participii presentis.& tau secunda est preteriti.

De verbis irregularibus siue defectiuis.

POstea quam explicata est ratio verborum regularium consequens est vt de irregularibus & defectiuis differatur:idqꝫ secundum ordinem coniugationum. Estqꝫ in primis animaduertendum quod verba hebraica communiter habent ternas litteras substantiales illius verbi:que sunt immutabiles in omnibus vocibus.modis.tpibus.numeris.gñibꝫ & personis que inde derivantur. Et tres ille littere vocantur

שׁרשׁ ídeſt radíx:quoníam ſunt radíx & fundamentum omní-
um coníugationum que ex íllís deríuantur:atq; ex eís forman
tur partes íllarum.Eſto exempli gratía פָּעַל ídeſt fecit que eſt
tertia perſona preteriti índicatiui modi príme coníugationís:
& tres líttere hoc eſt pe.aáin lámed ſunt ſubſtantiales omnium
verborum ab íllo deſcendentíuum.& príma líttera huíus ver-
bi dícitur.pe verbi.ſecunda aáin verbi.tertía lámed verbi. &
verbum quod ín omnibus modís & temporíbus retinet has
tres lítteras ſubſtantiales dícitur verbum perfectum.quod aũt
amíttit alíquã ex íllís dícitur ímperfectum ſíue defectíuum.Et
ſunt quedam verba ímperfecta quantum ad vocem tãtum:quo
níam lícet habeant omnes tres lítteras ſubſtantiales: non pro-
feruntur ex íllís níſi due tantum príores : & fínales plerumq;
ſunt áleph ſíue he ocioſe.vt קָרָא ídeſt vocauít.עָלָה.ídeſt aſcen
dít.Sunt etíam verba ín quíbus non proferuntur líttere ſubſtã
tíales medíe que ſunt plerũq; vau ſíue íod.vt בִּין hoc eſt íntelle
xít.שׁוּב ídeſt reuerſus eſt.que verba dícuntur חָיִים ídeſt ocioſa
quía habent líttéras ocioſas.Sunt quoq; verba ímperfecta:quí
bus ín proceſſu coníugationís deficíunt alíque líttere ſubſtan-
tíales:quod contíngit modís quattuor.Primo quando príma
líttera defícit. Secundo quando defícit ſecunda . Tertío quan-
do defícit vltíma.Quarto cum defícit príma & vltíma.que ver
ba dícuntur סָרִים ídeſt defectíua. Sunt preterea verba que ap
pellantur duplícia:quíbus ín díſcurſu coníugationís deficíunt
due líttere.de quíbus omníbus ínfra dícetur:& prímo de íllís q
bus príma líttera defícit ex íís que ſubſtantiales ſunt. Que ver
ba plerumq; ſunt incipientía ab alíqua harum líttérarum לני
vt לָקַח ídeſt accepit נָגַשׁ.ídeſt acceſſit. יָדַע . ídeſt cognouít.Et
ex verbís defectíuís incipientíbus a lámed tantum reperítur
לָקַח ſupradíctum. Et defectus horum verborum plerumq; eſt
ín imperatíno & ín futuro índicatíui :quía ín preterito & p̃ſen
ti communiter retinent tres líttéras ſubſtãtiales. & formantur
ex proportíone alíorum verborum perfectorum que ſupra
dícta ſunt.& quía huíuſmodí verba defectíua plerumq; incípi
unt a líttera nun:de hís primũ agendum eſt.Ponímuſq; exem
plí cauſa hoc verbum נָגַשׁ ídeſt acceſſít.cuíus preterítum & p̃-
ſens poſſunt formarí ex proportíone preteríti & preſentís prí
me coníugationís verborum perfectorum. Sed ín futuro defí-
cit nun ſubſtantíalís príma:que ſuppletur per dages líttere ſub
ſtantialís medíe cui ſubíícitur camez.ſic.אֶגַּשׁ vel אֶגָּשָׁה accedã
m.&.f. תִּגַּשׁ Accedes.m. תִּגָּשִׁי accedes.f.יִגַּשׁ accedet.m.תִּגַּשׁ ac
cedet.f. Pluralí.
נִגַּשׁ vel נִגָּשָׁה accedemus.m.&.f.תִּגְּשׁוּ accedetís.m.תִּגַּשְׁנָה acce
detis.f.יִגְּשׁוּ accedent.m.תִּגַּשְׁנָה accedent.f. Et quando ẽ
ín fíne clauſule:ſeba líttere ſubſtantíalís medíe vertítur ín ca-
mez:accentu ín eadem.vt Geñ. 45.גְּשׁוּ נָא אֵלַי וַיִּגָּשׁוּ ídeſt ac-
cedíte ad me & acceſſerunt.& dagues líttere ſubſtantíalís me-
díe venít etíam ín nomíne quod a verbo deríuatur.vt נָבַע ídeſt
manauít.vnde deríuatur nomen . מָבוּעַ. hoc eſt fons vnde
alíquíd manat.ín quo nun líttera ſubſtantíalís príma defícit:q̃
ſuppletur per dagues vt díctum eſt.Et quando líttera ſubſtan-
tialís media eſt alíqua ex hís quattuor אחהע non excluditur nũ
líttera ſubſtantialís príma:quía non recípit dagues:preter quã
ín hoc verbo.נָחַת ídeſt deſcendít.quía ín futuro amíttít nun:&
venít in hunc modum תֵּחַת אַחַת In quíbuſdam etíam verbís
incípientíbus a nun : líttera ſubſtantialís media ſcríbitur per
holem.vt נָגַף ídeſt percuſſít. נָפַל ídeſt cecídít:quorum fu-
tura exeunt ín hunc modum. אֶפֹּל ídeſt percutíam אֶפֹּל . ſ.
cadam.atq; ſic alía complura. Imperatíuus horum ver-
borum explicatur ad hunc modum. גַּשׁ vel גֹּשׁ accede.m.
גְּשִׁי accede.f. גְּשׁוּ accedíte.m. גְּשֹׁנָה accedíte.f. Secunda p
ſona ímperatíui maſculíni ſíngularís:loco cere ſcríbitur alíqñ
per cegol & alíquando recípit he in fine.vt גְּשָׁה accede .m.alí
as ſcríbitur cum holem hoc modo. גּוֹשׁ ídeſt accede.m.ſ.
